preſbyterorũ.de reb.eccle.nõ alie.⁊ magne ſapiẽtie eſt reuocatio male
geſtorũ.xxij.q.iij.magna.⁊ in.c.nõ liceat pape.xij.q.ij.qð no.Arc.vbi
dicit papã peccare mortaliter ſi alienat bona eccleſie vt daret cõſan
guineis vel amicis.¶ Ad idem qð ipſe no.in.c.nõ dꝫ.xij.di.vbi poſt
beatũ Thomã dicit bona eccleſie eſſe in p̃tãte pape vt adminiſtrato
ris:nõ hꝫ verũ dñiũ vel verã poſſeſſionẽ illorũ.hec eñ ſunt dei.vt.j.c.
cũ ex eo.de elec.li.vj.⁊ per Jnn.in.c.cũ ſup.de cauſa poſſeſ.⁊ proprie.
Nec obſtat cõfirmatio Jnno.q: Jo.ſucceſſor illius reuocauit.põt eñ
papa reuocare geſta predeceſſoris vbi reperit iniuſtã cauſam reuocãdi.
vt.c.ſniam.xxxv.q.ix.⁊.c.tum ex literis.de in inte.reſti.ꝙ ꝓcedit etiã
in alienatione bonorũ eccleſie.arg.eorũ que legunt ⁊ no.ꝑ Jnno.in.c.
cũ ſit generale de fo.cõpe.facit optime text.in.§.vtrum.xviij.diſt.Et
q̃ Bar.fuit ita coloratus vt cõcluderet in hac parte videat:ꝯtrariã tñ
ſniam puto verã ⁊ ſi bene diligẽter velimus oẽs cõſiderare,dicta ven
ditio legitime facta reperit.Nã Bonifacius primo cõmiſit epiſcopo
Ueroneñ vt ſe informaret de cõtẽtis in ſupplicatiõe:⁊ ſi ea reperiret
vera daret illi abbati licẽtiã vẽdẽdi ⁊c.¶ Ex qb⁹ verbis clare patet
ꝙ hoc nõ fuit mãdatũ epo vt iudici ſeu vt iudicialiter procederet,cũ
nulla cõtẽtio eſſet cũ parte cõtraria.ſed tanq̃ bono viro ſe extra iudi
cialiter informaret.vñ nõ tenebat eps cooperari ſuꝑ hoc teſtes ⁊ ꝓ
ceſſuꝫ publicare:lꝫ fuiſſet vtile ſi ſe extraiudicialiter informaret.⁊ hoc

aperte videt̃ in ſimili de mẽte Inno.in.c.dudũ.de preſum.in vlti.col.
licet in veritate cauſis veris nõ exiſtẽtibus factũ eſſet nullũ ſi defect⁹
cauſarũ probaret in futurũ.cũ cõtingat.de reſcrip.Probatur etiã ra
tione in alienatione rei eccleſiaſtice neceſſario nõ requirit̃ ꝙ teſtes re
cipiant̃ per ordinariũ vel qd̃ interponat decretũ ſed ſatis eſt ꝙ inter-
ueniat cauſe cognitio cũ ſolẽnitatũ requiſitarũ interpoſitione:vt no.
Inno.⁊ glo.in.c.j.de reb.eccl.nõ ali.li.vj.¶Itẽ videt̃ mãdata vt cõ-
miſſario.ex quo enim ipſe papa poſſet extraiudicialiter ꝓcedere et ſe
informare,ita ⁊ ipſius cõmiſſarius.ar.c.ſuper literis.de reſcri.Nã ea
ratione que mouerat delegãtẽ debet mouere delegatũ.vt ibi ⁊ ꝑ In-
no.in.d.c.dudũ.Sed in caſu noſtro preſumẽdũ.eſt ꝙ epſ cõmiſſari⁹
diligentẽ inquiſitionẽ fecerit ⁊ cauſas veras reperit.qd̃ patet ex eo ꝙ
dedit poſtmodũ licẽtiã alienãdi factis ſubhaſtationibus.Nã ex cõſe
quẽti preſumit̃ de antecedẽti.l.illud.de acq.here.⁊.c.ꝑſentiã.⁊.c.pre-
2 terea.de offi.dele.†Preſumit̃ enim quiſꝗ diligẽter exercere officiũ
ſuũ.in.c.ad audientiã.de preſcrip.⁊.c.deputati.de appe.per Cy.in.l.ſi
quis decurio.C.de fal.maxime tñ ſi hoc aſſereretur ⁊ preſupponitur
in narratione epiſcopi cõmiſſariũ adhibuiſſe cauſe cõmemorationẽ
facit glo.no.in.l.j.C.de fi.inſtru.⁊ iure haſte fiſ.lib.x.⁊ qd̃ no.Inno.in
c.qm̃.de proba.Quicũꝗ ergo vult dicere cauſas expreſſas nõ fuiſſe
veras habet hoc ꝓbare:cũ preſumat̃ pro autoritate iudicis poſtea in
teruenitẽte.arg.in.l.j.⁊ qd̃ ibi no.Bar.C.de prediis decu.ſine decre.nõ
alie.lib.x.qd̃ ſatis ſenſit Inno.ſi bene põderetur in.d.c.dudũ.nec erat
neceſſe ꝙ alius tractatus premitteret̃:q̃ diſcuſſio que mãdat̃ cõmiſ-
3 ſario habetur loco tractatus.¶†Itẽ omnis ſolẽnitas videt̃ remiſſa
per cõmiſſionẽ ⁊ indulgentiã pape.⁊ ſatis eſt ſeruare verba reſcripti.
vnde pure ſine alia autoritate ⁊ ſolẽnitate potuerũt iuridice abbas ⁊
cõuentus habita licẽtia epiſcopi alienare bona vſꝗ ad valorẽ mille
florenorũ hoc videt̃ ſingulariter probari ꝑ text.in.c.ad audiẽtiã.el.ij.
de eccle.edi.iũcta gl.⁊ dictis doc.ibi.Et ſentit Archi.in.c.antepenul.
xij.qd̃.ij.Per hoc etiã tollitur obiectio que fit ꝙ iſti emptores cõſan-
guinei erãt abbatis.Nã alienatio prohibet̃ fieri cõſanguinei propter
preſumptionẽ fraudis que fraus oĩno hic ceſſat cũ de autoritate epi
eis fuerit alienatio facta.cũ autẽ ceſſat fraus:etiã cõſanguineis alie-
natio fieri poteſt.vt notãter dicit Fede.cõſi.cclxxiij.Et ſentit Bar.in
d.aut.quibuſcunꝗ modis.in fi.Ego etiã vltra alios dico ꝙ illa aut.
loquitur in cõſanguineo economi ⁊ nõ prelati.Nã economus nõ ha-
bet ita in pingue ius ſicut prelatus vt no.v.q.iij.c.j.in gl.¶Itẽ faci-
lius preſumitur cõtra economũ quã cõtra prelatũ ⁊ totum cõuentũ.
Quinimo allego tex.no.ꝙ ꝑlatus põt alienare ⁊ dare ſuis bona eccle
ſie ſi tãtundẽ cõfert eccleſie de ſuo patrimonio:ita ꝙ nõ eſt neceſſe qd̃
eccleſia melioret̃.ſed ſatis eſt qñ nõ deterioretur:vt valde notabiliter
probat̃.in.c.ſi qs qualibet.cũ.§.precedẽti.xij.q.ij.Et expreſſius eadẽ
cauſa.q.v.ſi epiſcopus.ꝑ Inno.⁊ Joã.an.in.c.cũ in officiis.de teſt.for-
tius ergo poterat vẽdere ſuis pro iuſto pretio ⁊ neceſſitate eccleſie,cũ
⁊ ipſe tutor poſſit palã emere rem pupilli.l.pupilli.ff.de autori.tuto.
¶Itẽ ius ciuile nõ potuit hoc prohibere.vñ ſatis eſt ꝙ per canones
nõ reperitur prohibitũ,cũ enim ius canonicũ certã formã tradit in
alienatione rei eccleſiaſtice nõ eſt curãdũ qd ſtatuat ius ciuile:vt not.
dicit Inno.⁊ gl.in.d.c.j.de re.eccle.nõ ali.lib.vj.Solũ ergo reſtat du-
bitatio an valuerit cõfeſſio ſuper receptione pretij:qd̃ ſatis eſt dubita
bile propter ſupradicta.Nã.d.l.ij.in fi.C.de quadriẽ.preſcrip.facit ſa-
tis vt valeret.⁊ probat fiſcus ⁊ eccleſia ꝓcedant a pari:vt no.in.c.j.de
in integ.reſti.¶Itẽ hic interuenit cõfeſſio prelati ⁊ totius cõuentus
qui multũ poſſunt ſuper pecunia numerata.Ad hoc bonus tex.in.c.
qd̃ quibuſdã.de fid.inſtr.⁊ facit qd̃ no.gl.in.c.ij.de ordi.cog.⁊ gl.in.c.
delictũ.de re.iur.li.vj.Et qd̃ no.Jo.an.in.c.q̃ clerici.de iurepatrona.
vbi cõiter no.factũ prelati cõmunicato cõſilio ꝑlati preiudicare eccle
ſie.¶Preterea preſuppoſito ꝙ aliqua dubitatio ſuper hoc oriat̃ ta-
men cõfirmatio Bonifacij ⁊ Inno.ita ſolẽniter facta facit vt ꝑſuma-
mus omne pretiũ fuiſſe numeratũ ſeu conuerſum in vtilitatẽ eccleſie.
Pro hoc bonus tex.iũcta gl.⁊ dictis doct.in.c.cõſtitutus.de religio.
do.⁊ in.c.ad hec.de reſcrip.⁊ cle.ij.eo.ti.in fi.¶Et inſtar ſacrilegij eſt
dubitare an iſtud ſit licitũ ⁊ dignũ ꝙ princeps cũ cauſa inſtituit ⁊ cõ
firmauit.xvij.q.iiij.§.qui autẽ.ff.ad.l.iul.pe.l.ſacrileg.facit.xix.diſt.c.
4 j.⁊.l.quidã cõſulebãt.ff.de re iudi.maxime†cũ papa poſſit aliqua bo
na eccleſie alicui libere donare ⁊ preſumit̃ motus ex iuſta cauſa.xij.q.
ij.cũ redẽptos.in.c.a nobis.de deci.⁊ ibi per Hoſti.facit qd̃ no.de pre
ſcri.cauſe legitime.notãt legiſte in.l.j.C.ſi cõtra ius vel vtili.pu.⁊ in.l.
reſcripta.⁊.l.preſcriptione.C.de pre.impera.offerẽ.⁊ preſuppoſito ꝙ
cauſa nõ ſubeſſet legitima:tñ ſatis eſt tutus quo ad eccleſiam militan
tẽ qui accepit cũ nemo poſſit in hoc papã redarguere.Ad hoc gl.no.
in.c.nõ eſt.de voto.nec de ipſius facto iudicare.ix.q.iij.nemo ⁊.c.alio
rum.¶Nõ obſtat ꝙ ipſemet papa Bonifacius reuocauerit q̃ ſi be-
ne aduertatur reuocatio nõ porrigitur ad caſum noſtrũ.cũ ſolũ reuo
cauerit conceſſiones per ſe factas de rebus eccleſie nõ alie.ſed in caſu
noſtro non ſolũ donauit.imo etiã cõfirmauit ex certa ſcientia vẽdica
tionem que ſatis poterat ſuſtentari:ſaltẽ ex iuris ſubtilitate circa o-
mnem cõfirmationẽ,vt patet per ſupradicta ⁊ aliud eſt confirmare:
aliud de nouo cõcedere ſeu donare:vt ſatis aperte colligitur in.c.in-
ter dilectos.de fide inſtru.quare ⁊ ſepius non eſt fienda illius inueſti-
gatio.c.ij.de trãſlatio.prela.⁊.l.neꝗ natales.C.de proba.¶Itẽ poſ-
ſet non immerito attẽtari ꝙ ex quo donauit ſponte ⁊ ex certa ſcientia
⁊ motu proprio ⁊ priuilegiũ peruenit ad notitiã priuilegiati ꝙ non
potuerit amplius ipſe vel alius reuocare nõ apparente de fraude in-
continẽti poſtꝗ peruenit ad notitiã illorũ fratrũ habuerit effectum
ſuũ.vt legitur ⁊ notatur in glo.in.c.j.de cõceſ.preben.li.vj.facit quod
notabiliter vult Inno.in.c.nouit.de iudi.⁊ Joã.and.in.c.cõſtitutus.
5 de relig.do.⁊ Archi.in.c.quicunꝗ.vj.q.j.vbi volunt†ꝙ priuilegium
conceſſum nõ ſubdito reuocari nõ poſſit.⁊ quod no.Bar.in.l.penul.
ff.de decre.ab ordi.fa.⁊ maxime hoc caſu vbi acquiſitũ fuit dominiũ
ilico.Et ſic habuit effectũ conſummatũ ⁊ trãſiuit in ius gentiũ hinc
dicitur ꝙ perfecta donatio reuocari nõ poteſt.l.perfecta.C.de dona.
que ſub mo.ita quod ipſe dñs alio nõ apparẽte non reuocet.xxij.q.ij.
tantũ.nec laicus in patrimonialibus ſubijcitur pape.vt no.Inno.in
c.inquiſitioni.de ſen.excom.facit.c.ſi duobus.de appella.in fin.Sed
illa bona poſt venditionẽ ⁊ cõfirmationẽ in donationẽ ſecuta fuerũt
effecta patrimonia ipſorũ laicorũ.Et ridiculum eſſet dicere ꝙ papa
poſſit donare ⁊ poſtea ad libitum alio non apparẽte reuocare:⁊ forte
in eo preſumetur cauſa reſpectu laicorũ nõ ſubiectorũ,⁊ quicquid ſit
alio etiã capite ſuſtẽtatur ſcilicet ex cõfirmatione Inno.ſubſequenti
ſolẽniter facta.nec obſtat reuocatio Joãnis.tum quia nõ videt poſſe
reuocare in preiudiciũ laicorũ alia cauſa legitima non apparẽte:ma-
xime cũ duo ſummi pontifices cõfirmaſſent ⁊ donaſſent.nam factum
erat cõſummatũ vt patet ex ſupradictis.tum quia illa reuocatio fuit
aperte ſurreptitia:cũ nõ fuerit facta mẽtio de ratificatione laudi.Nã
laudũ eſt quedã tranſactio ſeu compromiſſum.in aut.vt diffe.iud.⁊
in aut.ſi vero contigerit.C.de iudi.Sed cõceſſio non valet non facta
mentione de cõpoſitione precedẽti vt tex.apertus.in.c.ex multiplici.
de deci.Et expreſſi⁹ in terminis noſtris probari videt̃ in.ca.cũ olim.
de preſcrip.Itẽ omne tacitũ qd̃ expreſſum habuiſſet propoſitũ indu
cere ad negandũ vel etiã ad difficilius cõcedẽdũ habet vitiare:vt in
c.poſtulaſti.⁊ ibi expreſſe per Hoſtiẽ.de reſcrip.Sed certo certius eſt
ꝙ ſi abbas dixiſſet ꝙ ſi laudũ fuiſſet ab vtraꝗ parte ratificatũ lite-
ras reuocatorias non habuiſſet.vel ſaltẽ non ita de facili.ergo ⁊c.Et
hoc ſolũ ſufficit ad annullationem literarũ.Et per hec omnia cõclu
do dictos fratres poſſe legitime ſe defendere aduerſus abbatẽ ⁊ con-
uentum ſancti Mauricij.⁊ cõtraria ſuperius formata ſatis patẽt di-
ſtincta ⁊ ſoluta per premiſſa ⁊c. Nicolaus Abbas.

¶Conſilium.xlij.

1 Hereticus qualiter quis probetur.
2 Statutũ epiſcopi an valeat ex quo cauetur vt ꝑ quatuor teſtes ſin-
gulares quis probetur vſurarius.
3 Teſtes ſunt ſemper ſingulares reſpectu ſenſus ꝑ quẽ actus ꝑcipitur.

EX multis agitatis in iudi-
cio illud in effectu querit̃ vtrũ heres ſit ꝑ cenſurã eccleſia-
ſticã ad exhibitionẽ libri paterni cõpellendus cũ aſſerat a
parte aduerſa in illo contineri vſurã receptã a defuncto ⁊ probat̃ mu
tuũ ac defunctũ fuiſſe vſurariũ.Sed hoc vltimum ſolũ probat̃ ꝑ te-
ſtes ſingulares qui deponunt ſe mutuũ recepiſſe defuncti ſub vſuris
⁊ q̃libet dicit de facto ſuo.heres vero dicit ſe non teneri ad exhibitio
nem libri allegans inſuper illũ firmiter non habere.Et primo videt̃
heredẽ modo predicto debere cõpelli per tex.not.in cle.vnica de vſu.
§.ceterũ.vbi dicitur vſurarium ad hoc compellendum cum de vſuris
agitur.⁊ glo.in verbo ipſos.idem dicit de ipſius heredibus ſuis vel
extraneis.argu.in.c.tua nos.de vſu.⁊.c.michael.⁊.ff.de eden.l.ſi quis
ex argẽtariis.§.j.nec ſufficit vſurarium vel heredẽ dicere ſe librũ ꝑdi-
diſſe etiã cũ iuramẽto:niſi ꝓbet caſum amiſſiõis.arg.c.cum olim.de
priuileg.q̃ cum agitur de preiudicio alterius non eſt ſtandum ſoli iu
ramento:maxime in caſu noſtro vbi cõſtat illum librum defunctũ ha
buiſſe cum ſe ad illum remittat in alio libro ſuo in iudiciũ in hac cau
ſa producto.⁊ hoc per plura argumenta tenet glo.in dicta cle.vna.in
verbo cõpellendi.⁊ ſentiũt ibi cõmuniter ſcribẽtes,nec prodeſt ſi dica
tur non conſtare defunctum fuiſſe vſurarium,cum teſtes ſingulares
non ꝓbent vt in iuribus.ſ.allegatis.q̃ vbi agitur de probatione ali-
cuius vniuerſalis qd̃ habet partes ſucceſſiuas diuerſitas in tempore
⁊ in partibus totius non vitiat.tũc habet vitiare cum eſt probandũ
id qd̃ vnico contextu explicatur:quia tunc diuerſitas in tempore im-
portat diuerſitatem factorũ:tunc teſtes ſunt vere ſingulares.Exem-
plum ſi agitur de probatione teſtamenti ⁊ vnus teſtis dicit ꝙ fuit cõ
ditũ die lune:alius qd̃ die martis.Nã aut iſti teſtes ſunt falſi aut de-
ponunt ſuper diuerſis teſtamentis ⁊ ſic non debent probare cũ q̃libet
deponat de vno teſtamento.¶Sed vbi deponũt de aliquo ſucceſſi-
uo habẽte partes diſtinctas ⁊ diuerſas ĩ tẽpore,diuerſitas nõ vitiat,
q̃ nõ importat diuerſitatẽ facti reſpectu totius qd̃ probandũ immi-
net exẽplis in probanda poſſeſſione.Nam ſi vnus deponit qd̃ poſſe-
dit totum q̃nꝗ annis ⁊ alius dicit de q̃nꝗ annis ꝓbata videt̃ poſ-
ſeſſio decem annorum,q̃ ſuper eadẽ poſſeſſione deponũt,hoc videt̃
de mente glo.in.l.ob carmen.§.fina.ff.de teſtib.Et allegant quidã ibi
pro nunc

pꝛo nūc.l.quidā.C.de here.Ad idē quod no.Jac.but.in.l.eccleſia.C.
1 eo.vbi dicit † ꝙ ſi volo pꝛobare vnū hereticū,ſufficit vnū teſtē dicere
ꝙ audiuit illū dicere ꝙ nō credebat reſurrectionē moꝛtuoꝝ ⁊ alium
qꝺ dixit ſe nō credere Chꝛiſtū filiū dei.Sic videt̃ dicēdū in pꝛopoſito
cū nō arguit de pꝛobatione certi cōtractus.Sed iſto vniuerſali ꝙ de
functus fuit vſurarius diuerſitas in tēpoꝛe ⁊ in cōtractibꝰ vſurarijs
nō habet teſtimoniū vitiare.Ad hāc ſniam poſſunt adduci tria exē-
pla que ponit Inno.in.c.qualiter ⁊ qñ.ſ̃.de accuſa.cū agit̃ de pꝛoba.
fame vel iuriſdictionis vel ꝑceptionis decimarū,nō eſt neceſſe teſtes
cōcoꝛdare in tpe:ſed ſatis eſt ꝙ cōcoꝛdēt in vniuerſo.ſ.qꝺ ſit infamis:
vel ꝙ iuriſdictionē exercuit:vel decimas percepit:qꝛ cōcoꝛdant ſatis
in eo qꝺ pꝛobādū incūbit. ¶ Sed his nō obſtātibus cōtrariā ſniam
quo ad caſum noſtrū arbitroꝛ pꝛeualere.Et pꝛimo moueoꝛ qꝛ dicta
cle.vna.nō vēdicat ſibi in caſu noſtro locū,fundat enim ſe ſuper qua-
litate vſuraria.dicit enī vſurarios cōpellēdos.⁊c.Opoꝛtet ergo pꝛius
conſtare defunctū fuiſſe vſurariū qꝛ vbi iuris diſpoſitio fundat ſe ſup
aliqua qualitate:neceſſe eſt illā pꝛius ꝓbari tanꝙ fundamētū diſpo-
ſitionis.hoc ſatis pꝛobat̃ ex his q̃ legunt̃ ⁊ no.in.c.j.de offi.dele.lib.
vj.⁊.c.accuſatus.§.ſane.de here.eo.lib.vj.⁊ qꝺ no.in cle.vna.de ſeque-
ſtra.in glo.ij.⁊ plenius ⁊ elegāter tactis per Bar.iūcta gl.⁊ text.in.l.j.
ff.qꝺ vi aut clam.maxime cū illa cle.indicat quid nouū deuiās a cō-
munibꝰ regulis iuris.Nō enim debet qs cōpelli ad exhibēdū libꝛos
ſuos quos pꝛiuatim in domo ſua tenebat pꝛo conſeruatione familie,
vt no.in.d.cle.vna.in glo.in verbo rationū.ſecus ſi in publico teneret
libꝛos.vt faciūt iſti vſurarij manifeſti quibus videt̃ tacite mādatū vt
ſcribāt,⁊ ſic debet intelligi tex.⁊ qꝺ ibi notat Bar.ī.l.quedā.in pꝛin.
ff.de eden.vnde in odiū vſurarioꝝ tātū emanauit illa cle.vna,in.§.ce
terum.ſicut vſurarij occulti ſeu qui pꝛiuatos libꝛos tenēt cōpellātur
ex noua pꝛouiſione libꝛos edere,opoꝛtet ergo qꝺ cōſtet defunctū fuiſ
ſe vſurariū.Quod certe in caſu noſtro pꝛobatū nō eſt per illos teſtes
ſingulares.Et pꝛimo adducā autoꝛitates quas in materia reperio.
Scꝺo iura generalia.Tertio rationes ſatis vrgētes Fede.de ſeñ.qui
in conſilijs ſubtiliſſime ſe geſſit:hoc aperte tenet in terminis noſtris
cōſi.lxij.vbi dicit ꝙ per teſtes ſingulares nō pꝛobat̃ quē fuiſſe vſura-
riū maxime cū deponūt de pꝛopꝛio facto ſicut in caſu noſtro cū ſimi-
2 litudo repellat teſtimonia,vt in.c.perſonas.de teſti. ¶ † Itē ⁊ foꝛtiꝰ
ipſe cōfirmat cōſi.xvij.vbi plus dicit nō valere ſtatutū epī quo caueī
vt per quatuoꝛ teſtes ſingulares qs pꝛobet̃ vſurarius,cū hoc ſit con-
tra ius qꝺ eps ſtatuere nō pōt iuxta no.in.c.ſup his.de maio.⁊ obe.⁊
xxv.q.ij.c.inſtitutionis.⁊.c.igit̃.plene per Jo.an.in.c.fi.de offic.Arc.
hāc opinionē in terminis noſtris poſt multa tenet dñs Ant.de but.
repꝛobata opinione Jac.but.in.c.cū opoꝛteat.de accu.vbi inter cete-
ra ad pꝛopoſitū dicit ꝙ qñꝫ datur vniuerſitas in cauſis dictoꝝ que
habēt ſe ad pꝛobādū vt totius partes diuidue ⁊ teſtes nō ꝓbēt.vnde
ſi vnus teſtis dicit ſcio ꝙ pꝛeſcripſit:qꝛ vidi eum poſſidere nō pꝛobat
qñ ſe habēt partes indiuidue eiuſdē totius indiuidue ⁊ pꝛobant vt ſi
volo pꝛobare miſſam.⁊ induco duo teſtes quoꝝ vnus dicit ſe audi-
uiſſe epiſtolā alter euāgeliū.⁊ de hoc eſt gl.no.in.c.nihilominus.iiij.
q.ix.idē ſm eū ſi partes ſunt diuidue,quilibet tñ refert̃ ad totū.vt ſi
volo pꝛobare decimā:vnus dicit ꝙ vidit me percipere decimā frumē
ti,alius decimā hoꝛdei:vel ſi volo pꝛobare iuriſdictionē per vnū teſtē
exercuiſſe certū actū iuriſdictionalē per aliū pꝛobo exercitiū alterius
actus:⁊ ſic ſeruat exēpla Innoc.in.d.c.qualiter ⁊ qñ.Si autē cauſe ſe
non habēt vt partes inferētes vt totū:ſed vt cauſe multiplicātes idē
totū in ſpecie ⁊ non pꝛobāt.ſm eū exēplū.Si volo pꝛobare aliquem
ſanctū:nō enim ſufficit ꝙ aliqui deponant de vno miraculo:⁊ alij de
alio:vt no.dicit Archi.in.c.nouit.xxv.q.v.qꝺ eſt cōtra illud dictum
Jac.but.per qꝺ infert in terminis noſtris qꝺ ſi vnus deponit titium
vſurariū:alter quia mutuauit caio teſtes nō pꝛobāt illū vſurariū.Et
aduertendū qꝛ per exēplū ſentit hoc pꝛocedere etiā ſi teſtes nō depo-
nerēt de pꝛopꝛio facto.ſecus ſi dicit volo pꝛobare aliquem famoſum
vſurariū,⁊ vnus dicit ſe audiuiſſe ab alijs quā alter qꝛ ad famā pꝛo-
bandā nō obſtat hec diuerſitas iuxta notata per Inno.in.d.c.quali-
ter.⁊.c.cū opoꝛteat.⁊ per Bart.in.l.de minoꝛe.§.toꝛmenta.ff.de que-
ſtio.hāc eādē ſentētiā qꝺ in caſu noſtro teſtes ſingulares nō pꝛobant
videtur velle gl.ſingularis in.d.c.nihilominus.iij.q.ix.que videt̃ da-
re regulā ꝙ nunꝙ teſtes ſingulares pꝛobāt etiā ſi inducūtur ad pꝛo-
bādū quid vniuerſale ſeu totū niſi qñ factum eſſet ſucceſſiuū ⁊ indiui-
duum ⁊ teſtes deponāt ſuper rebus indiuiduis totius,exēplū in pꝛo
batione miſſe ſi vnus deponit de epiſtola ⁊ reliqui de euangelio.Se-
cus ſi deponunt ſuper diuiduis.vt ſi vnus dicit de euangelio:⁊ alter
de veſperis:vel ſi pꝛobare volo ſolutionē decime vnus dicat frumen
tum ſolutū,⁊ alius fabā:⁊ ſic illa glo.que dicit de pꝛobatione iuriſdi-
cti[illegible]s vel decime aperte ſentit qꝺ nō pꝛobāt quē vſurariū,cū depo-
nunt ſuper actibus diuiduis:nec factū eſt indiuiduū nec ſucceſſiuū
hoc idē videtur aperte ſentire Pet.⁊ Cy.poſt eū.in.l.ij.C.que ſit lon.
conſue.vbi dicūt ꝙ ad pꝛobādū cōſuetudinē,⁊ ſic quid vniuerſale ſeu
totū nō ſufficit teſtes deponere ſuper diuerſis actibus ex quibus in-
ducitur cōſuetudo niſi ſint conteſtes qui ſimul viderunt illos actus,
qꝺ ſatis in ſimili videtur appꝛobare Archi.in.d.c.nimirū.Hāc ean-
dem ſentētiā videt̃ pꝛobare Inno.in.c.licet ex quadā.de teſtib.Nā li-
cet ibi pꝛimo colligit argu.ꝙ ſi volo pꝛobare me vſum iuriſdictione
vel ſeruitute aliqua ⁊ vnus dicit de vno actu,alius de alio qꝺ pꝛo-
bant:tñ poſtea immediate dicit tutius ſe credere dicendū ꝙ quilibet
teſtis ab eiſdē duobus ⁊ eodē tēpoꝛe adiuit alias in ſuis dictis erunt
ſingulares.falſum enim allegāt.ſ̃.de elec.cū dilecti.⁊ dicit de hoc no-
tari in.d.c.qualiter ⁊ qñ.Et ſic Innocē.ſtat in vltima opinione ꝙ in
pꝛobādo aliquo toto ⁊ ſucceſſiue habēte partes diuiduas teſtes ſin-
gulares nō pꝛobāt:licet quidā ⁊ male allegāt Inno.pꝛo cōtraria ſen-
tentia.Et aduertendū qꝛ per illū dictū declaratur dictū ſuum in.d.c.
qualiter ⁊ qñ.Et ſic Inno.ſtat in vltima opi.Nā Inno.ibi non dicit
ſimpliciter pꝛout quidā male allegāt ꝙ in pꝛobāda iuriſdictione vel
ſolutione decime ſufficiant teſtes ſingulariter deponentes de diuer-
ſis actibus.imo pꝛimo poſuit illud dictū ⁊ immediate poſuit cōtra-
riam opinionē dicēdo ꝙ alij cōtra eū dicunt aſſerētes ꝙ vbicunque
aliquid teneret̃ pꝛobare niſi teſtes de loco tēpoꝛe pſonis ⁊ alijs oībus
cōcoꝛdēt nō habētur pꝛo pluribus teſtibꝰ.allegat dictū.c.nihil omi-
nus.vt oīno ſint in ſuis teſtimonijs ſingulares.allegat dic.c.cū dile-
cti.vnde tenēt illi vt Spe.refert ꝙ etiā in pꝛobādo famā teſtes debēt
cōcoꝛdare vt dicāt tali die audiuimus talē rumoꝛē vel infamiā ⁊ tali
loco ⁊ a talibus perſonis.hic Inno.alter impugnat illā vltimā opi.
⁊ Jo.an.ibi ſimpliciter trāſit recitādo quaſi ad cōtextū.Sed per di-
cta.in.d.c.licet.videat̃ Innoc.appꝛobare hāc vltimā opinionē tanꝙ
tutioꝛē.⁊ pꝛo eo facit vrgēs ratio quā.j.ſubijciā.Spe.etiā in duobus
locis no.in gl.Inno.in.d.c.qualiter referēdo ſingulariter opiniones
cōtrarias.vt.ſ̃.dixi ⁊ nullā appꝛobet.vt patet in titu.de teſti.§.iā de
interrogatoꝛijs.ver.itē de tpe.⁊ in tit.de inquiſi.§.nūc verū ꝙ ſi nega
uerit.quinimo recitat ibi opi.Uincē.in.c.illud de pꝛeſcri.que dicit ꝙ
ſi vnus teſtis deponit de fama in vna parte ciuitatis.⁊ alius de alia
parte nō eſt fama ſufficienter pꝛobata:qꝛ teſtes ſunt ſingulares.Hāc
opinionē videt̃ pꝛobare gl.oꝛdi.in.c.licet ex quadā.que dicit ꝙ in ꝓ-
bāda cōſanguinitate nō ſufficit ꝙ aliqui deponūt de vno latere ⁊ alij
de alio.Et ſic lōge foꝛtius nō vult ſufficere ſi quiſꝫ teſtis eſſet ſingu
laris dicto ſuo.Et hec ſufficiāt reſpectu autoꝛitatum. ¶ Nūc pꝛobo
inducēdo iura.Et pꝛimo faciūt multa iura generaliter loquēdo non
diſtinguēdo inter actū ſucceſſiuū ⁊ inter momētaneū dicūt teſtes ſin
gulares nō pꝛobare.vt in.d.c.nihilominꝰ.c.⁊ tā literis.de teſti.⁊.c.cū
dilecti.de elec.⁊.c.bone.el.j.de ele.ver.licet.cū ſim.nec reperit̃ aliquis
tex.qui pꝛobet cōtrariā opinionē.Sed fuit nuda interpꝛetatio quo-
rūdā q ſepe deſtruūt tex.per ſuas opiniones capitaneas.⁊ cōtra eos
facit ſingulariter illud.c.cū dilecti.Nā ibi canonici volebāt pꝛobare
ꝙ nō cōſenſerāt in illū electū a cōpꝛomiſſarijs ⁊ quiſꝫ deponebat ꝙ
nō cōſenſerat nec per hoc inferebat̃ multiplicitas actꝰ ⁊ tñ papa ibi
dicit ꝙ nō pꝛobāt:qꝛ ſunt ſingulares cū quilibet deponat de ſuo cō-
ſenſu.qꝺ aperte eſt cōtra mentē gl.in.d.l.ob carmē.§.j. ¶ Ad idē di-
ctū.c.bone.vbi canonici volebāt pꝛobare ꝙ nō fuerūt citati:nec va-
let ſi quiſꝫ dicat ſe nō fuiſſe citatū.⁊ tñ veniūt ad pꝛobandū illā vni-
uerſalē poſitionē ꝙ capitulū nō fuerat citatū.nec capitulū cōſtituit̃:
niſi ex ſingulis oībus ignoꝛātibus.arg.eoꝝ que no.glo.in.c.de cōceſ.
3 pꝛebē.lib.vj. ¶ † Pꝛobo poſtremo per rationē inefficacē omni re ſu
per qua teſtes deponāt:ſemper teſtes ſunt ſingulares reſpectu ſenſus
per quē actus percipitur.Nā ſi tu ⁊ ego vidimus titiū percutere ſem-
pꝛoniū tu percepiſti per ſenſum tuū.⁊ ego ꝑ meū.nec tuus ſenſus eſt
meus,nec ecōtra.Ad hoc qꝺ no.Bart.ī.l.ij.ff.quēadmodū.teſt.aper.
vnde hoc reſpectu cū exigit̃ ꝙ ſint cōteſtes.ſ.reſpectu obiecti ſup quo
deponūt opoꝛtet ꝙ ſint cōteſtes ſi eodē tpe ſe pꝛeſentauerūt ſenſibus
ipſoꝝ teſtiū vnde appꝛopinquatio ad ſenſum eodē tēpoꝛe facta facit
eos eſſe cōteſtes,⁊ hinc patet cuilibet ſubtiliter hāc rem cōſideranti.
Quare autē exigitur ꝙ in hoc ſint conteſtes.⁊ ſic ꝙ in eodē tpe ſimul
perceperint.certe nō alia ratione,qꝛ vni teſti nō creditur in pꝛeiudi-
ciū alterius vt in iuribꝰ vulgaribus.Sed q ſimul in oībus cōcoꝛdēt
habet locū illa regula iuris diuini ⁊ humani.In oꝛe duoꝝ vel triū te
ſtiū ſtat omne verbū in.d.c.licet vniuerſis.⁊.ij.q.iiij.in pꝛinc.hec autē
ratio locū habet etiā qñ agit̃ de pꝛobādo aliqd in genere ſi teſtes de-
ponūt ſuper diuerſos actus. ¶ Quomodo enim pōt cōcludi in caſu
noſtro titiū fuiſſe vſurariū niſi credatur cuilibet teſti de per ſe depo-
nēti ſuper ꝯctu.Et ſic opoꝛtet neceſſario dicere tenēdo ꝯꝛiā opinio-
nē.ꝙ vni teſti credat̃ qꝺ eſt cōtra iura ſuperius allegata.Et ſi diceres
ſi articulus eſt gñalis ꝙ fuit vſurariꝰ ⁊ teſtes deponūt ſuper iſta vni-
uerſali poſitione in qua vident̃ oēs cōcoꝛdare:⁊ ego rñdeo ꝙ nō ſunt
cōcoꝛdes in redditione cauſe.vnde debēt etiā cōteſtes in actu parti-
culari per quē mouētur ad deponēdū ſup vniuerſali.Nā ipſi nō per-
cipiūt per ſenſum illū vſurariū.ſed tātū illos actus particulares ſup
quibꝰ deponūt.de his vero q̃ in pꝛeſentia geſta ſunt teſtibus depone
re permiſſum eſt,vt in.c.teſtes.iij.q.ix.⁊.l.teſtiū.C.eo.⁊ in actu pꝛeſcri
ptionis per ſenſum requirit̃ qꝺ teſtes ſimili fuerint.vt in.d.c.nihilo-
minus.vt dicamus.vt ꝙ regulariter teſtes nō ꝓbāt niſi ſimili in eo-
dē tpe id viderint ſuper quo deponūt niſi factū ſit ſucceſſiuū ⁊ indiui
duū ⁊ deponāt ſuper partibꝰ indiuiduis totiꝰ exēplū in pꝛobatione
miſſe:vel qñ per foꝛamē immediate vnus poſt aliū viderūt teſtes ali-

quos adulterātes.vt ibi no.per Cy.in.d.l.teſtiū.nec eſt aliquis textus qui dicat cōtrariū.nō obſtat.l.quidā.C.de here.quā quidā allegāt:qꝛ nihil probat nec etiā gl.in.d.l.ob carmē.iure probatur.nec eā ſimpliciter approbant doc.in.d.l.ꝛ ipſemet Bar.refert in.d.l.ob carmē.ꝛ in terminis noſtris ſunt plures autoritates contrarie:vt patet ex precedentibus.Et hec ſufficiant ꝛc. Nicolaus Abbas.

❡Caſus conſilij ſequentis.

Quidā dominus Antonius frater cuiuſdā mulieris.ſ.dñe petre vidue ſponte ꝛ ex certa ſciētia certā dotē cōſtituit dicte ſorori ſue ad ſecūdas nuptias trāſeunti ad cautelam ꝛ ſecuritatē ſecūdi mariti recipiētis dotē a dicto dño Antonio. pater dicte mulieris promiſit dicto marito per ſolennē ſtipulationē ſub certa pena eū ꝛ ſuos heredes conſeruare indēnes ab omni petitione lite ꝛ controuerſia que moueri poſſit ſeu moueret̄ qñcunꝗ per filios primi matrimonij ſeu eoꝝ noīe taꝫ occaſione dotis ꝙ generaliter omniū bonoꝝ que pertinere poſſent ad filios primi matrimonij ſeu eoꝝ noīe tā occaſione dotis ꝙ occaſione dicte dñe petre matris. Cōtingit dictā mulierē ꝓdecedere relictis filijs primi ꝛ ſecūdi matrimonij.demū deceſſit filius ſcdi matrimonij ꝛ lis inchoat̄ cōtra maritū ſcdm per filios primi matrimonij occaſione matris eoꝝ dicētes ſe debere ſuccedere pariter vna cū filio ſecūdi matrimonij. ❡Queritur an ſecundus maritus tenetur dictis filijs primi matrimonij reddere partē dotiū ſm qd ciuitatis ſtatutum diſponit.Nunqd dictus maritus habeat regreſſum ſeu habere poſſit cōtra patrem dicte mulieris occaſione ſtipulationis premiſſe maxime cū ipſe pater ſponte iurauerit omnia predicta ꝛ ſingula firma ꝛ rata perpetuo habere ꝛ tenere in nullo cōtra facere vel venire per ſe vel aliū de iure vel de facto in iudicio vel extra aliqua ratione ingenio iure modo vel cauſa.

❡Conſilium.xliij.

1 ☞Nomē litis cōprehēdit omnē actionē tam in rem ꝙ in perſonam.
2 Fieri dicitur poſſe quod fit de iure.
3 Uerbum bonorum comprehendit in ſe actiones.
4 Mens contrahentium in contractibus magis ſpectatur ꝙ verba.

Chriſti eiuſque pijſſime matris poſtulato ſuffragio.Uidetur primo dicto ſcdo viro nullū ius in ꝓſcripto caſu cōpetere cōtra patrē dicte dñe petre promiſit enim dictū virū ꝛ heredes cōſeruare indēnes ab omni petitione ꝛc.ꝛ ſic vt eſſent ſine dāno.ſed dānū proprie eſt diminutio patrimonij:vt.l.iij.§.de dam.infe.Sed in caſu noſtro nō diminuitur patrimoniū dicti ſecūdi viri cū iure cōpetat filijs primi matrimonij ſucceſſio.ſ.in bonis maternis ꝓ rata:vt.l.cū alij.C.de ſecū.nup.Ergo nō cōmittit̄ dicta ſtipulatio qd eñ iuris ſit penā nō meretur.l.gracchus.C.de adul.ꝛ.xxij.q.iiij.qui peccat.nemini iniuriā facit qui vtit̄ iure ſuo.l.j.§.deniꝗ.ff.de aqua plu.arcē. ❡Preterea dicta ſtipulatio ex alio capite infringitur.qꝛ.ſ.nō potuit promittere factū alienū. vt.l.ſtipulatio iſta in prin.ff.de ver.obli.ꝛ inſti.de inuti.ſtip.§.ſi quis alienū.Sed dictus pater promiſit factū filioꝝ primi matrimonij ergo nō valuit ſtipulatio.ſed his nō ob.cōtrariā ſnīam arbitror ꝓualere.moueor primo per tex.quaſi expreſſum hūc caſum decidētē iuncta gl.in.d.l.ſtipulatio iſta.§.ſed quatenus.ꝛ.§.hi qui.Et ibi habet̄ ꝙ ſi ſtipulor mihi habere licere certā rē ſub certa pena cōmittitur ſtipulatio ſiue de iure ſiue de facto mihi illa res euincatur qꝛ vt dicit ibi text. habere nō licet ſi aliquid ei diminuerat ex iure qd habuit ita in ꝓpoſito nō pōt iſte ſecūdus maritus dici indēnis ſi pars dotis auferatur ſibi aut filio ſuo quantūcūꝗ ꝑ filiū primi matrimonij de iure auferat̄ ꝛ per hoc facit qd habetur in.d.l.ſtipulatio iſta.§.queſitū vbi expreſſe dicit̄ ꝙ etiā circa rē alienā valet iſta ſtipulatio habere licere dūmodo ſubijciatur pena ſicut in caſu noſtro.Fingamus eñ ꝙ titius donat mihi rē alienā ꝛ promittit me cōſeruare indēnē ab omni lite ꝛ cōtrouerſia ꝛc.qs dubitat quātūcūꝗ mihi iure euincatur obligat̄ mihi titius ad intereſſe iuxta ea que habētur ꝛ notant̄ in.l.j.C.de euict.ꝛ.l. ariſto.ff.de dona.vnde licet hoc pactū nō valeat in preiudiciū filij primi matrimonij.l.ſi vn⁹.ff.de pact.qꝛ res inter alios acta.l.j.C.de trāſact.ꝛ.c.inter dilectos.de fide inſtru.tñ preiudicat ipſi patri promittēti de indēnitate vel ſaltē cōmittatur pena in ſtipulatione appoſita:vt d.§.queſitū.ꝛ.§.j. ❡Scdo principaliter faciūt verba predicte ſtipulationis multū generalia eo qd fuit promiſſa indēnitas ab omni petitione litis ꝛ cōtrouerſia que moueri poſſit ſeu mouet̄ ꝛc.vnde pōdera primo illa generalia verba:ab omni petitione ꝛ cōtrouerſia tā de iure ꝙ de facto.Nā qui omne dicit nihil excludit:vt in.c.ſolite.de ma.ꝛ obē.ꝛ.xix.diſt.c.romanoꝝ.ꝛ bene facit.c.raynaldus.de teſt.vbi pena appoſita ex cōuētione cōmittitur:licet iure cōueniat̄. ❡Tertio facit

1 illud verbū lite ꝛc.†Nā nomen litis cōprehendit omnē actionē tā in rē ꝙ in perſonā.vt.l.litis nomē.ff.de ver.ſigni.actio autē eſt ius.inſti. de act.in prin.Promiſit ergo per hoc verbū iſtū virū ſeruare indēnē ab omni actione iuris mouēda cōtra eū ꝑ filios primi matrimonij ſiue in rē ſiue in perſonā. ❡Itē pōdera illa verba ꝗ moueri poſſent ſeu mouerētur ꝛc.Nā illa verba mouerent̄ ſonant in factū.illa vero ꝗ mo

2 ueri poſſunt ſonāt in ius qd patet per verbū poſſent. ❡†Illud enim dicitur fieri poſſe qd iure fit.vt in.c.faciat.xxij.q.ij.ꝛ.l.filius.ff.de con di.inſti.ꝓter ergo illa verba voluit eū ſeruare indēnē ſiue de iure ſiue de facto.filij primi matrimonij agerēt cōtra eū. ❡Tertio principaliter hec ſnīa probari videt̄ ꝑ illā clauſulā generalē adiectā in ſtipulatione videlicet.Et gñaliter occaſione omniū bonoꝝ que ꝑtinere poſſent ad filios primi matrimonij occaſione dicte dñe petre ꝛc.Unde

3 primo pōdero verba omniū bonoꝝ.†Nā verbū bonoꝝ eſt valde generale cōprehēdēs in ſe etiā actiones.vt.l.bonoꝝ.ff.de ver.ſig.Item pōdera illa verba que pertinere poſſent ꝛc.Nō eñ dicūtur poſſe pertinere niſi de iure pertinerēt.qd denotat illud verbū poterent ꝑ ſupradicta.Et ſic clariſſime infertur ꝙ etiā reſpectu petitionis iuridice voluit illū indēnē cōſeruare.Preterea faciūt illa verba generalia que ſequuntur.videlicet occaſione dicte dñe petre ꝛc.negari eñ nō poteſt quin occaſione matris eoꝝ petāt partē dotiū.d.l.cū alijs.C.de ſecun. nup.ergo locus eſt ſtipulationi. ❡Quarto magnū argumentū ꝓſtat predictis forma iuramēti dicti ꝓmiſſoris in eo qd iurauit nō venire cōtra dictā promiſſionē de iure vel de facto aliqua rōne ingenio iure modo vel cauſa ꝛc.Per que verba ſatis poſſumus arguere ad precedentia ꝙ voluit ſe obligare de indēnitate reſpectu petitionis filioꝝ primi matrimonij ſiue de iure ſiue de facto.Nā verba generalia precedētia declarātur per ſequētia.in.l.ſi ſeruus pluriū.ff.de lega.j.ꝛ.l.qui filiabus.ꝛ.l.ſi cui dulcia.ff.de vi.tri.ꝛ oleo lega.ꝛ in.c.ſede.de reſcrip.

4 ❡Quinto principaliter induco totalē rōnē.†In cōtractib⁹ magis ſpectatur mēs cōtrahētiū ꝙ verba.vt.l.in cōductionibus.ff.de cōdi. ꝛ demō.que quidē mēs elicit̄ ex cōiecturis.ita vt euidēs dicat̄ mens dico ꝑ cōiecturas cōſtat.vt notabiliter innuit tex.in.l.licet.ff.de leg.j. Sed ſi diligēter cōtrahētiū mentes cōiecturare velimus ob nullam aliā cām fuit dicta cautio ſeu promiſſio facta niſi vt dos aſſignata ſecundo marito integre remaneret apud filios ſecūdi matrimonij.Nā propter filios primi matrimonij qui ſuccedūt pariter cū filijs ſecūdi in dote:vt.d.l.cū alijs.Raro vidue reperirēt maritū cū eadē dote.cū dotē integrā nō valeant remittere in filios ſecundi matrimonij:hinc eſt ꝙ promiſſio iſta facta ſolū reſpectu filioꝝ primi matrimonij circa dotē aſſignatā a fratre qui videtur eoipſo ꝙ nō ſtipulatur dotē ſibi reddi.l.vnica.§.in extraneis.C.de rei vxo.act.nullā enim actionē poterant filij mouere in vita matris,ſed tantū in morte cū in vita parentum nullā legitimam petitionē habeant filij.l.j.§.fin.ff.de col.bo. Barto.in auſ.ingreſſi.C.de ſacroſanc.eccle.ꝛ.l.j.§.nec caſtrenſe.ff.de col.bo.Cautū ergo fuit reſpectu petitionis quā iure facere poterant poſt mortē matris tam de iure cōmuni ꝙ de rigore ſtatuti.Et ꝙ hoc ſit verum vltra predicta patet.Nā ſi tantū voluiſſet maritus ꝓſpicere ꝛ nō de iure recepiſſe promiſſionē generaliter reſpectu cuiuſcūꝗ qui mouet ſibi queſtionē.ſed hic reſtringit ſe ad filios primi matrimonij qd nō pōt dici ob aliud niſi qꝛ de iure poterant ſuccedere vna cum filijs ſecundi matrimonij.Et ad predicta multū facit:qꝛ nō ſolū ꝓmiſit ſeruare maritū indēnē:ſed etiā ſuos heredes.Ex quo infertur qd etiā finita cauſa dotis durabat dicta promiſſio de indēnitate ſeruanda.vnde tacite vr̄ fuiſſe actum vt dos integra remaneret apud filios ſcdi matrimonij:ꝛ qd tacite agit̄ habetur pro expreſſo.l.cum quid.ff. ſi cer.pe.Etiā hūc intellectū multū adiuuat illud verbū qñcunꝗ poſitū in illa promiſſione.per qd verbū infertur ꝙ etiā a petitione fienda poſt mortem dicte domine petre debebat Antonius ſeruari indēnis maxime cōiunctis illis verbis occaſione dicte domine petre.Facit ad predicta in arg.l.que dotis cauſa.cum materia ſua.ff.ſol.matr. Ex his omnibus concludo ſtantibus predictis terminis dictum ſecundū maritū habere regreſſum contra dictum patrem promiſſorem pro ea parte quā habebat reſtituere filijs primi matrimonij.ita ꝙ in hoc ꝛ in alijs locus eſt dicte ſtipulationi.Et per predicta ſatis patet reſponſum ad contraria ſuperius formata.Nam ſatis diminueretur patrimoniū iſtius viri,cū ex pacto tota dos deberet remanere apud eum:euincit̄ ab eis pars. ❡Nec obſtat ꝙ promiſit factū alienū:quia appoſita fuit pena quo caſu valet ſtipulatio.vt in dictis iuribus:tñ qꝛ melius potius promiſit propium factum ꝙ alienū.ſ.de aſſumendo in ſe litem ꝛ ſeruare indemnem.Et hec ſufficiant ꝛc. Nico.Abb.

❡Conſilium.xliiij.

1 ☞Mulier eſt ita ſubdita marito vt preſumatur accerſita ab ipſo.
2 Renuntiatio ſimplex extraiudicialis an preiudicet.
3 Arbiter debet diligenter litem diſcutere.
4 Statutum deuians a iure cōmuni debet reſtringi ꝙtum fieri poteſt.

In preſenti q̄ſtiōe duo ſunt dubia principalia.Primum nunquid dictū laudū fuerit nullum.Secundū preſuppoſita nullitate vtrū debeat cōtra exequutionis petitionem huius nullitatis exceptio admitti.Nō obſtante dicto ſtatuto quo omnino nullitatis exceptio ꝛ defenſio videtur inhibita.Et circa vtrunꝗ multum concluſiue procedam cum materia per primum conſulentem ſatis ſit librata.videtur enim mihi qd dictum laudum ſit ipſo iure nullū duplici ex capite ex parte mulieris ꝛ inita via ex parte mariti.In fauorē mulieris primo facit aut.

ſi qua

ſi qua mulier.C.ad vellei.Nã ſm intellectũ quẽ ibi ponit Odof.qua-
litercũqꝫ maritus ⁊ vxor in eodẽ inſtrõ cõtrahũt,vxor nõ obligatur
ipſo iure niſi pecunia ꝓbet̃ verſa in vtilitatẽ ipſi⁹ mulieris.vt ibi dr̃
in fine.Ratio q̃r ſemper in dubio videtur mulier adhibita vt inter-
1 cederet ꝓ marito.†Eſt em̃ mulier ita ſubdita marito vt preſumatur
2 accerſita ab ipſo marito.¶Nec ob.† ꝙ ipſa mulier diceret ſe renun-
tiaſſe tertia ratione ꝓcedente etiam q̃r renũtiatio ſimplex extraiudi-
cialis non p̃iudicat ipſi mulieri,vt no.Bar.in.l.generaliter.C.eo.tit.
tum q̃r in caſu illius aut̃.non valet renuntiatio etiam ſi ſnĩa fieret.vt
ibi legi.⁊ no.⁊ eſt ſpeciale in caſu illi⁹ aut̃.quando vere vel p̃ſumpti-
ue intercedat in eodem inſtrumẽto pro marito.Et facit in fauorem
vtriuſqꝫ.ſ.vxoris ⁊ mariti,q̃r dicti arbitratores nõ diffinierũt totam
q̃õnẽ,⁊ ſic nõ vident̃ ſniam dixiſſe.vt eſt tex.in.l.dicere.⁊.l.nõ diſtin-
guemus.§.queſitũ.ff.de arbi.dꝫ em̃ arbiter ita ꝓnũtiare vt a tota lr̃a
diſcedatur,aliter nõ valet ſnĩa,vt in iuribus preall.Et eſt bona gloſ.
in.d.c.licere.Nec ob.ſi dicat̃ compromiſſum fuiſſe in conſules artis
lane tam p̃ntes quam futuros,q̃r debet intelligi ꝙ ſi preſentes nõ dif
finirẽt in termino,poſſent ſucceſſores arbitri,nõ aũt debuit intelligi
vt ꝑ parte diffinirent cõtra in.l.hoc iudicio.cum ibi not.ff.fami.erc.
⁊ per Inn.in.c.cum inter.de re iud.vel vt ſniam incertam ꝓferrent cõ
tra.ij.q.vj.§.diffinitiua.⁊ per Innoc.in.c.cũ venerabilis.de excep.in
x̃ſ.aũt.Nõ em̃ vꝫ ſnĩa que non eſt certa per ſe vel relationem ad actũ,
vt ibi no.Inn.⁊ plenius per Io.an.in addi.Spe.in ti.de ſent.pla.§.
qualiter.verſi.ſed pone iudex.Et videtur ꝓbari in.l.iiij.C.de ſen.que
3 ſine certa quanti.¶†Debet em̃ arbiter diligẽter litem diſcutere ⁊ to
talem finem cõtrouerſie imponere.vt.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de ar-
bi.Ex quibus oĩbus ſatis ptꝫ q̃d dicẽdum in primo dubio.¶Circa
ſcõm q̃õ videt̃ magis dubitabile vtrum non obſtãte ſtatuto debeat
admitti hec nullitatis exceptio,multũ facit thorica.Bar.in.l.j.ff.q̃õ
vi aut clã.vbi inter cetera dicit ꝙ ſi ſtatutũ remonet oẽm exceptionẽ
⁊ defenſionem,nõ eſt aliquod remedium niſi vt pars ſoluat ⁊ poſtea
repetat ſi habet iuſtam cãm excipiendi ⁊ vetante ſtatuto nõ fuit ad-
miſſa niſi velit excipere remouendo illam qualitatẽ ſuper qua ſtatu-
tũ ſe fundat,vt puta ſi dicit cõtra inſtrumentũ publicũ nulla admit
tatur exceptio ſeu defenſio,poſſum excipere ꝙ inſtrumẽtũ nõ eſt pu-
blicũ,vel ſi dicit cõtra laudũ arbitrorũ nulla admittat̃ exceptio p̃nt
excipere ꝙ illi nõ fuerũt arbitri.vt in hoc caſu ꝓprie loquit̃ gl.in cle.
vnica.de ſeque.q̃ dicit ꝙ ſi aduerſus ſniam nõ p̃õt opponi exceptio
poſſim opponere de defectu iuriſditiõis.ratio eſt q̃r ſi non habebat
iuriſditionẽ nõ p̃õt appellari a ſnĩa.de re iud.cle.paſtoralis.⁊ not.in
l.ij.C.cõia vtriuſqꝫ iudi.⁊ ſic per hanc exceptionem detrahitur q̃litas
ſuper qua fundat̃ iuris diſpoſitio.¶Sed in caſu noſtro hoc nõ p̃õt
dici cum illi fuerint arbitratores,nec per hãc nullitatis exceptionem
deſinit eſſe laudũ arbitratorũ.⁊ optime vr̃ ꝙ ſi in diſpoſitione tollũ-
tur exceptiones ꝑ expreſſum non poſſunt opponi etiã ſi ſint rationa-
biles.Sed his nõ obſtantibus ɜ̃rium arbitror dicẽdum in caſu nr̃o
duplici ex capite.primo q̃r remotis generaliter exceptionibus nõ vi
detur remota exceptio notorie legitima ex qua de notorijs qualis in
ſtatuto nulla ſit mentio.ꝓbatur optime in ſimili in.d.cle.paſtoralis.
de app.iũcto.c.ex cõqueſtiõe.in gl.ſua.de reſti.ſpo.dr̃ em̃ in.c.paſto-
lis.ꝙ ꝑ clauſulã appellatione remota,remouet̃ oĩs appellatio que a
iure expreſſe nõ indulgetur ⁊ tñ ſi notorie grauat̃,licet exp̃ſſe ille ca-
ſus a iure nõ ſit determinatus admittat̃ appellatio,vt in.d.c.ex con-
queſtione.cũ gl.Et hoc cõiter tenẽt ibi doc.Ad idẽ facit.c.inter cete-
ra.de re iud.⁊ q̃õ no.in cle.paſtoralis.preal.in gl.in ver.nõ habebat.
Hoc idẽ ſcõo ꝓbo ꝑ ipſi⁹ theoricã in.l.oẽs populi.ff.de iuſti.⁊ iur.et
l.nõ dubiũ.C.de legi.vbi dicit ꝙ legitima cã eſt reſtringẽdi ſtatutum
gñaliter loquẽs quando aliquis indebite damnũ pateret̃.l.adigere.
§.quãuis.ff.de iurepatro.vel quãdo aliquis iniuſte ad lucrũ admitti
tur.vt in.l.vt gradatim.ff.de mu.⁊ hono.facit.c.abbate.de x̃.ſig.vel
ſi in caſu reſtrictionis ceſſat ratio q̃ mouit ſtatuẽtẽ,vt in.d.c.q̃uis.fa
cit ad p̃dicta.c.cũ dilect⁹.de cõſue.⁊.l.ij.C.de noxa.Sꝫ in caſu nr̃o ne
dum altera iſtarũ rõnũ,ſed militãt oẽs.Nã ſi nõ admittit̃ hec nullita
tis exceptio iſti maritus ⁊ vxor indebite ſentirẽt dãnũ,⁊ iſti credito-
res iniuſtũ ɔ̃ſequerent̃ lucrũ,vt patet ex ſeq.¶Itẽ dicta notorietate
exceptionis ceſſat ratio generalis ſtatuti.nulla em̃ rõ potuit mouere
ſtatuẽtem ad remouẽdas exceptiones,niſi q̃r timetur de malitia et
fraude opponẽtium querẽtium dilatare iudicium.argumẽ.optimũ
in.d.c.ex parte.Sꝫ hec ratio ceſſat quando exceptio eſt notoria.arg.
viij.diſt.manifeſta.Nec ob.ſi dicatur ꝙ nulla ratio eſt in ſtatuto ex-
preſſa,q̃r licitum eſt cõiecturare rationẽ que potuit legis mouere la-
torẽ ⁊c.⁊ ſm illaꝫ cõiecturã lꝫ reſtringere vel ampliare ſtatutũ.vt no.
Cy.⁊ alij in.d.l.nõ dubiũ.facit q̃õ no.gl.j.diſt.ɔ̃ſuetudo.¶Itẽ ſtatu
4 tũ † [illegible]iãs a iure communi dꝫ reſtringi quantum fieri p̃õt vt minus
quam poſſit ledat ius commune,vt no.probatur in.d.c.cũ dilectus.⁊
d.l.ij.C.de noxa.Et q̃õ hec exceptio ſit notoria patet,q̃r clare colligit̃
ex actis id tamẽ ex actis patet,poteſt dici notorium:vt eſt tex.in.c.cũ
olim.de ver.ſig.Et notant dñi de Rota deci.ccccxxxix.⁊ not.Inno.
in.c.ex inſinuatione.de app.Secũdo capite etiam debẽt admitti,q̃r
ſtatutũ remouet exceptiões cõtra laudũ arbitratorũ,ſed nõ p̃õt dici
laudũ ex quo cõtrouerſia nõ decidit̃,ſed ſit remiſſio ab alio,vt ꝓbat̃
in.d.l.dico ergo ꝙ hec exceptio remouet quali tatem ſuper qua ſtatu
tum ſe fundat ⁊ per conſequẽs dꝫ admitti.vt.d.l.j.⁊ q̃õ ibi not.q̃õ vi
aut clam.⁊ ꝑ glo.in.d.l.vna.de ſequeſtra.Et hec ſufficiant.

¶Caſus conſilij ſequentis.

Caſus. Quidã dñs Bartholo-

meus olim ep̃s Maſſanus quoddã fortilitiũ iuris ep̃alis ſui cũ do-
mibus ⁊ alijs pertinẽtijs ad dictũ fortilitium titulo locatiõis ad.ix.
annos tunc ꝓxime futuros ſub annua pẽſione.cxxv.florenorũ q̃buſ-
dam ſolẽniter cõceſſit,hoc ſpecifice inter cetera ſolenniter acto inter
dictas partes,vcꝫ vt conductores ipſi teneant̃ durante dicto locatio
nis tp̃e dictum fortilitium ⁊ dom⁹ ipſius eorũ ſumptib⁹ in eo in quo
erat ſtatu vel meliore conſeruare,⁊ finito dicto tp̃e locatiõis prefato
ep̃atui reſtituere.Contingit ꝙ ipſorum cõductorũ incuria vel negli-
gẽtia vel inaduertẽtia dom⁹ dicti fortilitij in parte paſſe ſunt ruinã,
intãtũ ꝙ ep̃atus dãnificat⁹ extitit fere in.cc.florenis.deniqꝫ finito tẽ
pore dicte locationis,ep̃s Maſſanus antedictus ad cõductarum ni
miam inſtantiam libere ab omni obligatione abſoluit gratis ⁊ libe-
rauit.quo ep̃o vita functo ſucceſſor in epiſcopatu petit dãnũ reſtitui
allegando dictã liberationem eſſe nullã.Queritur quid iuris:⁊ quia
caſus non videt̃ magnã continere dubietatem breuiter procedam.

¶Conſilium.xlv.

1 Prelatus poteſt donare modica de rebus eccleſie.
2 Epiſcopus habet nudam rerum epiſcopatus diſpenſationem.

Chriſti eiuſqꝫ matris p̃ſidio

humiliter inuocato.Satis videt̃ mihi clariſſime dictã li
berationẽ non valuiſſe in p̃iudiciũ ep̃atus.Nã remittere
gratis.idẽ eſt ꝙ donare.l.quinetiã.ff.de calũ.⁊.c.veniẽs.el.j.iũcta gl.
de teſti.Sꝫ ep̃s nõ p̃õt donare iura ⁊ reditus eccleſie ſue ſine cã legi-
tima ꝙ ſi fieret talis donatio reuocat̃,vt ꝓbat̃ in.c.ſi quos.⁊ in.c.de
ſeruis.xij.q.ij.⁊ in.c.fraternitatẽ.de dona.vbi dicit ꝙ ep̃s rerũ eccle-
ſiaſticarũ eſt ꝓcurator ⁊ nõ dñs,iõ cõditionẽ eccleſie meliorare p̃õt.
deteriorẽ aũt facere nõ dꝫ,vt ibi dicit tex.¶Scõo ad idẽ facit,c.cete
1 rũ.de dona.vbi habet̃ † ꝙ p̃latus p̃õt modica de rebus eccleſie dona
re ſi hoc hꝫ cõſuetudo quaſi magnam donationem facere poſſit,ẽt ſi
cõſuetudo hoc habeat q̃r cõſuetudo multũ dãnoſa eccleſijs non vꝫ.
vt in.c.j.de conſue.Sꝫ in caſu noſtro põderato dãno ⁊ reditib⁹ ipſi⁹
ep̃atus,ſatis videt̃ donatio immẽſa maxime cũ ex ea remaneat eccle
ſia ruinoſa ⁊ ſine ſpe refectionis,igitur dicta liberatio non valuit.
2 ¶Tertio ꝓbari vr̃ per.c.ep̃s.in quibus patet † ꝙ ep̃s hꝫ nudã rerũ
ep̃atus diſpẽſationẽ,nec p̃õt de reb⁹ mobilibus aut immobilib⁹ ſeu
reditibus diſponere ad libitum ſed ſm deũ ſi aliter facit incurrit dã-
nationem.ad idẽ.j.q.iij.c.peruenit.¶Quarto probat̃ per locũ a ſpe-
ciali.in.c.ep̃s.⁊.c.bone.xij.q.ij.⁊ in.c.apoſtolice.de do.in quibus iu-
ribus ex ſpeciali priuilegio concedit̃ epiſcopo,vt edificando mona-
ſterium de nouo vel eccleſiã magnificando pro ſepulturis ſuis poſſit
dare centeſimã vel quinquageſimam redituum eccleſie ſue:cũ hac tñ
limitatione vt eccleſie ſue ex hoc graue damnum non infligat,vnde ſi
ex hoc graue damnum infligat non vꝫ de iure etiam in iſtis caſibus
priuilegiatis,ibi.Sꝫ in caſu noſtro non ſolum ſumus extra dictos ca
ſus ſpeciales,ſed etiam damnum ex illa gratuita liberatione illarum
eſt eccleſie habita conſideratione ad tenuitatem reditũ dicti ep̃atus
⁊ ad dãnum illatum dicto fortilitio ſeu ipſius domibus.¶Quinto
facit ꝙ q̃ñcũqꝫ quis habeat liberã adminiſtrationẽ nõ tñ cõſequitur
p̃tãtẽ donãdi vel pactũ gratuitũ faciẽdi:vt.l.cõtra iuris.ff.de pact.⁊
l.filius.ff.de dona.⁊.l.p̃ſes.C.de tranſa.⁊.c.fraternitatẽ.de do.lꝫ ergo
ep̃s dicat̃ in rebus ep̃atus habere liberã adminiſtrationẽ,vt in.c.cũ
nobis.in fi.de elec.nõ tñ potuit in preiudiciũ eccleſie liberationẽ gra-
tis facere vt in iurib.preal.Et ad hoc optime facit q̃õ no.Ho.⁊ Joã.
and.in.c.j.de poſtu.vbi dicunt ꝙ de mero iure non lꝫ prelato renun-
tiare gratis exceptioni vtili eccleſie cõpetẽti.vt.ſ̃.de pac.l.contra iu-
ris.C.de tranſac.l.preſes.Ad idẽ.C.de pac.l.pactũ curatoris.⁊.ff.pro
empt.ſi quis fundũ.§.ſi tutor.cũ ſi.in quibus patet ꝙ tutor vel cura-
tor vel adminiſtrator ciuitatis ⁊ ſimiles,quãtũcũqꝫ habẽtes liberam
adminiſtrationem non poſſunt remittere gratis ius pupilli ſeu mi-
noris vel ciuitatis clarum ⁊ indubitatũ.Nec ob.ſi tu diceres prelatũ
maxime epiſcopum habere maiorem adminiſtrationẽ quã predicti
habeant vt patet ex gl.bo.v.q.iij.c.ſi.⁊ per Inn.in.c.veniẽs.de reſcri.
Nam fateor hoc verum non tamẽ ita maiorem vt poſſit ad libitum
donare,vel iura eccleſie remittere cuꝫ graui dãno ſui epiſcopatus:vt
probatur in iuribus ſuperius allegatis.⁊ per Inno.in.d.c.veniens.⁊
c.accedentibus.Et hec ſufficiant.

Nicolaus Abbas.

¶Conſilium.xlvi.

1 Maritus ⁊ vxor poſſunt facere noua pacta ab his que geſta ſunt
ſuper primaria dote pro augmento dotis.
2 Mulier non poteſt augeri dotem niſi maritus pari incremento au-
geat donationem propter nuptias.
3 Mulier habẽs bona ſi nubit videt̃ tacite oĩa bona ſua dare in dotẽ.

Omnipotentis dei poſtula-
to ſuffragio. Tria mihi oſtenſa dubia elicio. ¶ Primuz
an ſtāte ſtatuto ꝙ maritus lucretur dimidiā dotium de-
beat Nicolaus Joānis martini de terra Anglarij ſuperueniēs quō-
dā dñe Angele vxori ſue lucrari dimidiā cētū ꝗnquaginta florenorū
quos in augmētū dotis dicte dñe Angele cōfeſſus fuit ſe recepiſſe a
ſer Leonardo petri genitore dicte dñe Angele. ¶ Scōm dubiū nun-
qd dict⁹ Nicola⁹ lucret̃ medietatē quarūdam poſſeſſionū dicte dñe
Angele quas dicit ſibi fuiſſe in dot. aſſignatas, quarū adminiſtratio
nē habuit dict⁹ Nicolaus in vita dicte dñe Angele, cū tñ non poſſit
expreſſe ꝓbari per inſtrm̃ vel teſtes dictas poſſeſſiones fuiſſe datas
in dotē. imo filius dicte dñe Angele ex alio matrimonio ſuccedens
dicte ſue matri ab inteſtato aſſerit illa fuiſſe bona paraphernalia ei⁹
matris. ¶ Tertiū dubiū cū dictus Nicolaus emerit a dicto Leonar
do quedā bonā pro ſe ⁊ dicta domina Angela eius vxore, ⁊ eorū he-
redibus debeat Antonius dominici laudi de Anglario filius dicte
dñe Angele ex alio viro ſuccedere dicte matri ſue in medietate illorū
bonorū p̃dicto modo. ¶ Et ꝓcedat̃ in his dubijs cōcluſiue ex quo
per arbitros cōiter a ꝑtib⁹ aſſumptos petit̃ ꝯſiliū ſup ꝑtib⁹ eorū aſ-
1 ſumendis. ¶ Circa primū dico † ꝙ in augmēto dotis poſſunt mari-
tus ⁊ vxor facere noua pacta ab hiſq̃ geſta fuerūt ſuper primaria do
te, vt eſt tex. in. l. ſi cōſtāte. C. de do. añ nup. ⁊ ſi nihil de nouo actū fuit
ſtatur prioribus pactis ⁊ cōuentionibus, ita ꝙ ſtatuta ⁊ cōuēta ſup
dote habēt locū ſup augmēto dotis, cū augmētū ſit pars dotis vna
⁊ eadē res non debet diuerſo iure cenſeri. pro hoc bo. tex. in. c. cogno-
uimus. xij. q. ij. ⁊ hāc ſnīam in terminis noſtris tz glo. ⁊ Cyn. in. d. l. ſi
cōſtante. ⁊ videtur tex. expreſſus in. l. inter ſocerū. §. cū inter. in fi. ff. de
pac. dota. Itaqꝫ cōcludo ꝙ ſi valuiſſet illa augmentatio dotis lucra
ret̃ dictus Nicola⁹ dimidiū illi⁹ augmēti ex quo noua pacta non in-
terceſſerūt. Sz dicas ꝙ non valet illa augmentatio dotis, qꝛ licet de
iure potuiſſet vtrobiqꝫ vel alteri eorū augmētare dotē vel donationē
2 propter nuptias. vt in. d. l. ſi ꝯſtāte. tñ hodie de iure authētico. † non
poteſt mulier augere dotē niſi maritus pari incremento augeat dona
tionem ꝓpter nuptias ne mulier decipiatur, vt eſt tex. in aut. ſed iam
neceſſe. C. de dona. ante nup. ⁊ in corpore vnde ſumitur lati⁹ cōtinet̃
in aut. de equa. do. §. ij. ¶ Cōcludo ergo circa primū ꝙ ſi dict⁹ Nico-
laus parit̃ augmētauit donationē ꝓpter nuptias lucrat̃ dimidiā au
gmēti ſicut dimidiam dotis. Sed ſi ipſe non dedit incrementū nil lu
crabitur de augmento, qꝛ non valuit in preiudiciū mulieris. ¶ Ve-
nio ad ſecundū dubiū in quo breuiter dico dictū Nicolaū lucrari di-
midiam partem illarū poſſeſſionū, qꝛ alia aſſignatione dotis nō ap-
parente preſumendū eſt illas poſſeſſiones fuiſſe ſibi in dotē aſſigna-
3 tas, probo multipliciter. Primo † qꝛ ſi mulier habens bona nubit, vi
detur tacite omnia ſua bona dare in dotē, vt no. gl. in. l. mulier bona.
ff. de iure dotiū. Sequit̃ Bar. ⁊ clarius ⁊ latius in. l. ſi ꝯſtāte. ff. ſo. ma.
¶ Item cum pater dicte dñe Angele ex poſtfacto cōfitetur dotē vt
ſ. dictū eſt ergo prius cōſtituit ſibi dotē, qꝛ nō potuit eſſe augmētum
dotis ſine dote. ar. in. c. cū marthe. de cele. miſſa. ⁊. c. ad diſſoluenduz.
de deſpon. impu. ⁊. l. decē. ff. de ver. ob. debemus ergo in dubio preſu-
mere illa bona fuiſſe data in dotē, tum qꝛ maritus habuit illorū ad-
miniſtrationē, tū qꝛ fuerūt data primo marito vt colligitur ex teſtō il
lius, ⁊ pater non dz diminuere dotē filie trāſeuntis ad ſcōas nuptias
vt in aut. ſz ꝗuis. C. de rei vxo. act. vnde preſumi dz ꝙ illa bona ſi de-
derit in dotem, qꝛ ex quo quis de iure tenet̃ ad factum ⁊ illud reperi-
tur factum, p̃ſumit̃ geſtum ab eo qui ad hoc de iure tenebat̃. vt in. l. ij.
C. de a li. pupil. p̃ſtan. ⁊ in. l. cū ſeruū ff. de ver. ob. ⁊ qō no. Bart. ⁊ hoc
de ſcōo. ¶ Circa tertium ⁊ vltimū dico dictum Antoniū ſi vult ſuc-
cedere immediate illorū bonorum emptorū p dictū Nicolaū mō p̃di-
cto debere cōferre dicto Nicolao medietatē pretij, qꝛ in dubio ex quo
ſolus Nicolaus tunc ꝓ ſe ⁊ vxore ⁊ eoruz heredibus p̃ſumit̃ emiſſe de
ſuis pecunijs ꝓprijs ⁊ geſſiſſe in hoc negotiū vxoris ⁊ heredū. Si er-
go vxor vel heredes volūt ratificare dictam emptionē dñt ſoluere me
dietatē, hoc videt̃ ꝓbari in. l. iij. C. ꝓ ſoc. ⁊ expreſſe hoc ibi tenet Bar.
⁊ idem ſentit in. l. ſi patruus. C. cōia vtriuſqꝫ iudi. ⁊ in. l. que dotis. ff.
ſol. mat. facit. l. ſi ego. l. pen. ff. de neg. geſt. Non em̄ dz preſumi dona-
tio, vt in iuribus p̃dictis. nec etiā valuiſſet inter maritū ⁊ vxorē cōſtā
te matrimonio. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. per totum. ⁊ in. c. fi. eod. tit.
¶ Ex inſtrumētis autem nō apparet ꝙ vxor de ſuo ſoluerit partem
pretij, ⁊ hoc de tertio. ¶ Ex oībus p̃dictis dico ꝙ partes arbitrorū
ſunt in hoc caſu vt ꝓnuntient dictū Nicolaū nō debere lucrari aliqd
de augmento dotis niſi vt dixi, ꝓbaret̃ ꝙ ipſe pariter augmētauerit
donationē ꝓpter nuptias. Itē ꝙ debeat lucrari partē illarū poſſeſ-
ſionū tāqꝫ dotaliū. Inſup ꝙ dictus Antoni⁹ debeat ſoluere medieta
tē pretij eorū bonorū emptorū ſi vult habere medietatē eorū ratificā-
do emptionē factā p dictū Nicolaū. Et hec ſufficiant. Nico. abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Nicolaus dñi Spinelli de pico
lominibus ex omni ſui parte ſenſatus noīatus ⁊ cleric⁹ ⁊ ibuxulatus
extitit ad officiū priorū. ꝓcedēte xpo tpe caſu vtroqꝫ lumine ꝓuat⁹ eſt
⁊ hoc ſenſu carēs tpe extractiōis ad certā poteſtariā repertus extitit
quē qdē magiſtratū acceptauit. Sed a nonnullius obtētū extitit euz
ad hūc magiſtratū inhabilem ratiōe defectus. Queritur quid iuris.

¶ Conſilium. xlvij.

qõ.iiij.iuncto.c.ſi vero.el.ij.de ſen.excõ.⁊.l.ij.hec actio.ff.vi bo.rap.⁊
l.ij.§.ſi quis ideo.ff.ne vis fiat ei.⁊ no.in.d.l.magna negligentia.⁊ eſt
notabilis theorica Bart.in.l.j.ff.ſi qs teſt.liber eſſe iuſ.fue.⁊ facit qꝺ
ipſe no.in.l.qꝺ nerua.ff.dep.⁊.l.j.ff.de legi.⁊ in.l.aut q aliter.ff.qꝺ vi
aut clã.ſed ſtatutũ de quo ſupra fit mẽtio loquiꝛ ꝑ verba importãtia
fraudẽ.ergo nõ eſt locꝰ illi pene niſi dictꝰ magiſter fuerit in fraudem:
nec ſufficit qꝺ fuerit in culpa ẽt lata ꝓ quo etiã facit.l.j.§.lege.⁊.l.iij.
ff.ad.l.Iul.de ſica.⁊.l.j.C.e.ti.poſito hoc fundamẽto veriſſimo exa-
minare reſtat vtrũ dictꝰ magiſter fuerit in fraudẽ retinẽdo ſolutionẽ
vnius anni:⁊ ſoluẽdo ꝓ ſubſequẽti:⁊ ꝑfecto in nulla fraude iſtũ repe
rio.¶ Primo em̃ iuris regula eſt ꝓ eo q̃ nõ p̃ſumit quẽ doloſum:ſed
aſſerẽti dolũ daꝛ onus ꝓbatiõis.vt in.l.quoties.§.qui dolo.ff.de ꝓ-
3 ba.¶ Scꝺo ꝓbaꝛ ex ꝓprietate verbor.†ſtatuta em̃ debent intelligi
ſm̃ ꝓpriũ ſenſum vocabulorũ.vt no.Bald.in.l.oẽs ppl̃i.ff.de iuſti.⁊
iur.fraus em̃ eſt idẽ ſm̃ intellectũ quẽ ibi ponit Bar.vel ineſt dolo vt
ſpecies ſm̃ intellectũ principaliorẽ q videꝛ ibi magis placere glo.ita
qꝺ fraus nõ eſt ſine dolo:ſʒ dolus ſm̃ illũ intellectũ põt eſſe ſine frau
de.fraus em̃ fit cũ aliquẽ volo decipere ⁊ fallere ſine meo commodo ⁊
qs iſtorũ intellectũ teneaꝛ nõ multũ curandũ quo ad ꝓpoſitũ.illud
cõiter teneꝛ vt ſine dolo nõ cõmittaꝛ fraꝰ:qꝺ probaꝛ in.l.fraudis in-
terpretatio.ff.de reg.iur.In dolo aũt eſt cõis calliditas fallacie ma-
chinatio ad circũueniẽdũ fallẽdũ ⁊ decipiẽdũ alterũ adhibita.vt.d.l.
j.§.dolũ malũ.⁊.d.l.iuriſgẽtiũ.§.dolo malo.ſed certe ſi iſte magiſter
erat obnoxius cõi ꝓ duobus cõtinuatis annis ⁊ ſoluit dũtaxat ꝓ po
ſtremo nullã adhibuit fallaciã vꝛ calliditatẽ ad decipiẽdũ cõitatẽ ſeu
gabellã fraudãdã.facit em̃ illud qꝺ a iure cõi ſibi ꝑmittiꝛ.Nã vbicũqʒ
qs eſt obnoxiꝰ creditori ex diuerſis debitis põt ſoluẽdo cõmemora-
re in quã cauſam vult ſoluere.vt.l.paulus.§.paulus.ff.de ſolu.Nec ꝺt
cõmittere fraudem in eligendo debitum recens ⁊ non ſoluendo ꝓ ve
tuſtiori cauſa vt ibi.ceſſat em̃ fraus in eo quod fit lege permittente.l.
grachus.C.de adul.⁊.c.qui peccat.xxij.q.iiij.nec aliqua lege caueꝛ ꝙ
eligẽdo cãm magis recentem teneaꝛ debitor cõmemorare omnia de-
bita precedẽtia:gabella vero vnius anni eſt prorſus ſeparata a gabel
la alterius anni ita ꝙ tot ſunt debita quot ſunt p̃ſtatiões:vt.l.cũ no-
tiſſimi.⁊ qꝺ ibi not.C.de preſcri.xxx.vel.xl.anno.¶ Tertio probo ſic
vbicũqʒ ad aliqꝺ factũ põt qs moueri ex cauſa doloſa ⁊ frauduleta:
⁊ ex cã licita ⁊ honeſta vel ſaltẽ nõ doloſa.Nunquã debemus in du-
bio preſumere cãm fraudulẽtã:vt eſt tex.in.l.merito.ff.pro ſocio.facit
c.eſtote miſericordes.de reg.iur.ſed dictus magiſter potuit omittere
ſolutionẽ ex impotẽtia ſoluẽdi vel ex obliuione:q2 illo anno modico
tp̃e laborari fecerat ꝓpter peſtẽ ſuperuenientem ob quã cãm abſenta
uit ſe longo tempore a ciuitate vt mihi preſupponitur in facto ⁊ ſte-
tit per bienniũ anteꝗ aliquid ſolueret:ergo potius in hoc facto du-
bio debemꝰ p̃ſumere aliqua ex iſtis cauſis honeſtis ꝗ p̃ſumere frau-
dẽ ⁊ dolũ cum de quolibet debeamus preſumere bonum:vt in.c.ſi.de
preſum.⁊ experientia docemur debitores vltra tẽpus debitũ differre
ſolutionẽ potius ex impotentia ſoluendi ꝗ animo creditoris defrau
dandi:⁊ valet in dubio.ar.a communiter accidentibus.vt not.in.c.j.
de cleri.nõ reſi.¶ Itẽ ex alio excludiꝛ preſumptio fraudis ⁊ qꝺ no-
torie exercebat artẽ ſuã ⁊ de omnibus ſolutionibꝰ fiebat ſcriptura.vñ
nõ eſt veroſimile qꝺ notorie voluiſſet ſuã ꝯmunitatẽ fallere.ceſſat em̃
p̃ſumptio fraudis ⁊ doli in facto notorio.iuxta no.per Iac.but.in.l.
ij.C.de ſum.tri.ad hoc tex.in.l.nõ exiſtimo.ff.de admi.tuto.⁊.l.qui ſi-
4 ne.de neg.geſt.⁊.l.fi.de ritu nup.hinc cõcludit But.†vbi ſupra ad q̃-
ſtionẽ que fuit de facto quidam frater profeſſus exiuit ordinem ⁊ ac-
cepit vxorem.Querebatur an inquiſitor poſſet contra illum procede
re.⁊ concluſit ſic qꝺ aut dixit clã vxorẽ preſumiꝛ in dolo nõ errare.iõ
inquiſitor dʒ cognoſcere,aut accepit palã ⁊ nõ preſumitur in dolo ſʒ
errare.ita dico ad propoſitũ ſi iſte habuiſſet animum fraudandi non
laboraſſet publice vt fecit:ſed in oculo:q2 qui male agit odit lucẽ.de
off.dele.conſuluit.p̃terea ex omiſſione vnius anni ⁊ ſolutione ſequen
tis nõ inferꝛ p̃ſumptio qꝺ ꝓ alio ſoluerit.vñ nec exp̃ſſe nec tacite mẽ-
titur.Ideo ceſſat oĩs calliditas ⁊ fallacia que requiritur ad fraudẽ cõ
mittẽdã.¶ Ad hoc bonus tex.⁊ qꝺ ibi no.in.l.quicũqʒ.C.de apo.li.
5 xj.¶ †Ulterius vide qꝺ ſi publicanus qui cõducit vectigalia a fiſco
differat debito tp̃e ſoluere ſtatutũ pretiũ fiſco nõ incidit in penã ali-
quã ſʒ põt cõpelli vel cogi ad ſatiſfaciẽdũ cũ vſuris modici tp̃is vecti
galia.§.fi.ff.de publi.ergo idẽ dicẽdũ in iſto magiſtro qui videtur te-
nere fiſco ex quodam quaſi contractu inito cum cõitate.non enim iſte
magiſter celauit rem ex qua erat ſoluenda gabella ex quo preſume-

ꝛetur fraus.l.fraudati.ff.de publi.nec tenebať ſoluere tributum de re ſua quo caſu res incideret in cõmiſſuz:ꝛ ſic loquũtur iura ſuperiꝰ allegata:ſed tenebatur ſoluere ex quaſi contractu inito cũ cõmuni. iuxta notata in ſimili per Barto.in.l.fi.de decre.ab ordi.faci.nec tenebatur oſtendere aliquam rem cum nõ eſſet fienda ſolutio ꝓ rebus vehẽdis. quo caſu procedũt iura que loquuntur de profeſſione ꝛ ſolutione:ſed tenebatur ſoluere ex cauſa:qꝛ laborabat.vnde ſi non ſoluit eſt in culpa nõ tñ in dolo.Nec iſto caſu debemus preſumere dolum per ea que ſupra latius dixi.Et per hoc ſit reſpõſuz ad cõtraria in principio formata.¶Concludo ergo dictum magiſtrum non incidiſſe in penã dicti ſtatuti maxime quia in dubio debemus interpretari partez meliorem.l.he cauſe.ff.de ſuſpe.tuto.ꝛ.l.interpretatione.ff.de penis.ꝛ regula in penis.de reg.iur.li.vj.facit quod no.p Bar.in.l.j.ff.de effra. Et hec ſufficant.Laus deo. Nico.Abbas.

¶Caſus conſilij ſequentis.

In effectu caſus talis eſt. Cavetur inter cetera in quoddam ſtatuto Senenſi,ſi quis receperit in ſolutum ꝛ pagamentũ autoritate curie:aut alicuius iudicis aliquam rem immobilẽ ꝓ primo ꝛ ſecundo decreto vel aliter pro executione ſententie laudi vel alterius inſtrumẽti publici in caſibus in quibus ex ſcđo decreto vel in quocunqȝ mõ ſibi adiudicata tradita fuerit autoritate curie videtur iudicis ꝛc.Ita qđ dominiuz proprietas ſeu poſſeſſio talis rei transfertur nunc in dictis caſibus ſolus recipiens teneatur ſoluere integram gabellam talis rei.ſ.denarios octo pro libra ꝛ poſt aliqua ſubijciť:ita qđ parte ſemel alienata ſufficiat ſemel gabellam talis ſolui:hoc ſtante ſtatuto quidã Nannes dñi Angeli habuit ex primo decreto occaſione cuiuſdã debiti quedam bona immobilia ſui debitoris ꝛ tractu temporis obtinuit ſuper eiſdem ſm decretum per qđ illa bona fuerunt eidem tradita in ſolutum ꝛ pagamentũ:a qua quidem ſñia ſeu decreti interpoſitione fuit appellatum per partem aduerſam ꝛ pendẽte appellatione geſtum fuit cõpromiſſum in amicos communes qui inter cetera irritauerunt ꝛ annullauerunt predictum ſcđm decretum ita qđ dictus Nannes reſtituit dicta bona immobilia vigore pronuntiationis arbitroruz.¶Nunc queritur nunquid vigore dicti ſtatuti teneatur ſoluere dictam gabellam ꝛc.

¶Conſilium.lxix.

1 ☞Emptor mota ſibi queſtione ſuper re empta ſi voluntarie compromiſit ꝛ ſuccubuit nõ habet regreſſum de euictione contra venditorez.

2 Poſſeſſionem pacificam non dicitur quis habere ſi ilico ſuper ea mouetur ſibi queſtio.

3 Paſſus ſm decretum poteſt beneficio legis intra annuz offerre debitum creditori:ꝛ recuperare ſua bona data in ſolutum illi creditori.

Chriſti eiuſque matris preſidio humiliter inuocato.¶Videť primo dicendũ ſic qꝫ a verbis ſtatuti nõ eſt recedẽdũ niſi aliter cõſtet de mente.l.nõ aliter.ꝛ.l.ille aut ille.ff.de le.iij.ꝛ.c.fi.de ver.ſig.Sed ſtatutũ arctat recipiẽtẽ rẽ immobilẽ ex primo ꝛ ſecũdo decreto ad ſolutionẽ gabelle ꝛ iſte Nannes habuit illa bona ex primo ꝛ ſecundo decreto ergo teneť ad ſolutionẽ gabelle.ſtatiz cũ eñ recipit bõa ex primo ꝛ ſecũdo decreto acquiſitũ fuit ius gabelle.l.cedere diẽ.ff.de vꝰb.ſig.ꝛ tenetur ad ſolutionẽ etiam ſi bona poſtmodum perirent penes eum.ſatis.enim eſt ſemel fuiſſe locũ diſpoſitioni legis.ſicut in ſimili dicit lex ſatis eſſe cõditionẽ ſemel extitiſſe licet nõ durauerit.l.ſi quis heredẽ.C.de inſtit.ꝛ ſubſti.Et maxime hoc procedit verbis ſequẽtibus in ſtatuto in eo qꝫ ad ſolutionẽ gabelle ſolum requirunt qđ dñium ſeu poſſeſſio ſit trãſlata in recipiẽtẽ.at in caſu noſtro neduz dñium ſeu poſſeſſio quinimo ꝛ poſſeſſio fuerit per dictuz Nannem per interpoſitionẽ ſecũdi decreti tranſlata.cum eñ per primum decretũ illorũ bonorũ detentatio eſſet penes dictum Nannem videtur qđ per ſm decretũ per qđ illa bona fuerunt ſibi donata in ſolutum ꝛ pagamentũ ſtatim acquiſiuit dominium ꝛ verã poſſeſſionem cum nõ eſſet opus inductione in poſſeſſionem:cum ipſe idem illa bona detineret ita qđ illa ſñia ſtatim traxit ſecũ executionẽ.ad hoc bonus tex.in.l.fi.C.de iure do.impe.ꝛ inſt.de rerũ diui.§.interdũ.cũ.§.ſe.ꝛ qđ no.Bar.in.l.ſi finita.§.Julianus.ff.de dã.infec.Nec ob.ſi dicať illa bona nõ duraſſe penes eũ quin per hoc dictꝰ Nannes nõ valeat excuſari:qꝛ cũ ex facto ſuo volũtario perdidit ſibi imputandũ eſt.nõ eñ debebat cõpromittere ſed appellatio-

1 nem ꝓſequi.Ad hoc bonus tex.in.l.ſi dictũ.§.j.ff.de eui.vbi dꝛ† qđ ſi emptor mota ſibi qõne ſuper empta voluntarie compromiſit ꝛ ſuccubuit nõ habet regreſſuz de euictione cõtra venditorẽ.debuit eñ expectare ſñiam iudicis ꝛ ſic procedere per actum neceſſariuz.l.vtiqȝ.ff.de iudi.¶Quemadmodũ enim non euitaſſet gabellã ſi per tranſactionem vel alium contractũ illa bona tranſtuliſſet in aliũ:qꝛ ſatis eſt ſemel ius fuiſſe acqſitũ gabelle ar.in.l.cõmiſſa.ꝛ.l.fraudati.ff.de publ.ꝛ l.cõtinuus.ff.de ver.ob.ita euitare nõ debet ſi illa bona perdidit per compromiſſum:qꝛ cõpromiſſum volũtariũ eſt quedã trãſactio.vt legi.ꝛ no.in auť.ſi vero cõtingerit.C.de iud.no.Inn.in.c.quintauallis.de iureiu.ꝛ per Bar.in.l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ.ff.pro ſocio.Et hec videť fortior ratio ꝛ videť de rigore prima frõte cõcludere maxime attento tex.in.l.cũ hi.§.ſi cũ lis.ff.de tranſa.Sed his non obſtãtibus cõtrariã ſñiam arbitror veriorẽ ad quã pluribꝰ ratiõibus equiſſimis ꝛ naturalibꝰ moueor.Et ꝑmo qꝛ nõ põt dici factũ maxime ĩ re odioſa cũ nõ duret factũ:vt in.c.nã ꝛ ego.de verb.ſig.cũ cõcor.ibi poſitis.in glo.ſicut in dãda actiõe ꝯ patrẽ nõ diciť verſum cũ non duret verſum.ff.de in rem verſo.ꝛ verbũ recipere ſicut verbum habere intelligi dꝫ cũ effectu ꝛ nõ ad corticẽ:vt ĩ.c.relatũ.de preb.ita qđ diſpoſitio ſtatuti habeat effectũ permanentẽ.de peni.diſt.j.§.hec aũt verba.ꝛ.l.j.et ij.ff.quod quiſqȝ iu.ꝛ.j.q.j.marchion.ſtatutũ ergo predictũ arctãs recipientẽ bona ex primo ꝛ ſecundo decreto ad ſolutionẽ gabelle debet intelligi de recipiẽte cũ effectu ita qđ tranſlatio dominij ſeu poſſeſſionis tenuerit ꝛ durauerit.Non enim poteſt dici facta trãſlatio ſi ilico ſuus effectus extinguitur ſeu impediť.ar.optimũ in.c.ꝯmiſſa.de elec.

2 li.vj.ꝛ qđ ibi not.vt patet† quod non dicitur quis habuiſſe poſſeſſionem pacificã ſi ilico ſup ea moueť ſibi queſtio.nõ eñ fuit de mẽte ſtatuentiũ alligare ꝛ vinculare quẽ ſine ꝯmodo ꝛ reali receptiõe ad ſolutionem gabelle cũ hoc repugnet rõni naturali ſm quam nemo debet locupletari cũ iactura alterius:vt in regula locupletari.de re.iu.li.vj.ꝛ.l.nã hoc natura.ff.de condi.inde.ꝛ maxime cum fiſcus tũc cenſetur abundare cũ habeat ſubditos locupletes.in auť.vt,iud.ſine quoquo ſuffragio.§.cogitatio.Et maxime qꝛ gabelle ſunt odioſe.l.ij.C.noua vectig.inſtitui nõ po.ꝛ.l.vectigalia.ꝛ quod ibi no.Barto.ff.de publi. Sed in caſu noſtro non durauit effectus ſecũdi decreti cum ilico per appellationẽ fuit extinctꝰ.Et ſic per actũ legalẽ ſine omni culpa iſtiꝰ Nãnis:vt probať in.l.ij.ff.de pe.ꝛ.l.j.ad fi.ff.ad turpi.Et licet fuerint opiniones vtrũ per appellationẽ extinguatur ſñia vel ſuſpendať cum text.iuris cano.cõmuniter dicunt qđ ſuſpendať.vt in.c.venientes.de iureiu.ꝛ.c.paſtoralis.§.ꝑterea.de offi.dele.ꝛ leges ciuiles dicũt quod extinguatur in dicta.l.j.in fi.attamẽ ſatis eſt quo ad ꝓpoſitũ noſtruz quod effectus illius ſententie ex eo fuerit de ꝑſenti ſublatus per appellationẽ qđ ꝓcedit etiã in ſñia que trahit ſecum executionem vt probatur in.l.furti.ff.de his qui no.infa.per quas leges probatur qđ ſecuta appellatione nõ põt dici iſtum Nannem habere dñium vel poſſeſſionẽ illoruz bonorũ.ergo nõ tenetur ad ſolutionẽ gabelle.Nec ob.quod iſte compromiſit:qꝛ per hoc cõpromiſſum ſolũ nõ perdidit dominiũ ꝛ poſſeſſionẽ illorũ bonorũ ſed ꝑ appellationẽ gabelle qđ iſte non habuit vigore primi ꝛ ſecũdi decreti dominiũ ꝛ poſſeſſionez nec ꝑ actũ cõpromiſſi debet incurrere illã penã cũ cõpromittẽdo vſus ſit iuris via legitima:vt in cle.quãdiu.de ap.ꝛ in auť.ſi tamen.C.de tẽp.ap.Et ſicut ſuccubuit corã arbitris:ita potuiſſet ſuccũbere corã iudice appellationis.Item iſte Nannes nihil petit ab alio ex eo:qꝛ ſuccubuit quo caſu procederet diſpoſitio.l.ſi dictũ ꝑalle.ſed ab eo petiť gabella ad quã non teneť ex quo nõ habuit effectũ ſecũdi decreti nec ꝑ

3 ea defecit quin haberet.¶Secũdo principaliter facit eleganter.† qꝛ paſſus ſm decretũ poteſt bñficio legis intra annũ offerre debitũ creditori ꝛ recuperare ſua bona illi creditori data inſolutũ.arg.optimũ in.l.fi.C.de iure dot.impe.notanter dicit Bar.in.d.§.iulianus.ſi ergo debitor appellatione pendente conuenit cum iſto ſuo creditore interuentu arbitrorũ ꝛ recuperauit bona ſua non dꝫ imputari iſti.nam ſine quolibet cõpromiſſo hoc potuiſſet per ſupradicta.Et huic rationi nõ video reſpõſionem ſaltem ſufficientem nõ eñ debet iſte arctari ad ſoluendum clero quod in effectu nõ habuit.¶Tertio principaliter facit pro iſto Nanne quia in re dubia eſt ſeruanda ſententia contra fiſcũ:vt eſt tex.no.in.l.nõ puto.ff.de iure fiſ.preſertim in caſu nr̃o in quo fiſcus cõtendit de lucro captando ꝛ dictus Nannes de damno vitando:cũ ex illo ſecundo decreto nullum cõmodum fuerit conſecutus ꝛ fiſcus nullũ damnum paſſus:ꝛ hoc habet maximam equitatem ne fiſcus locupleť cõtra omnem naturalem iuſtitiam ꝛ bonã equitatem ꝛ cum ſubditorum diſpendio.poteſt eñ in eorũ diſpoſitionibꝰ allegari naturalis iuſtitia.l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excuſa.tut.ꝛ c.ſecundo requiris.in fi.de app.ꝛ equitas preferenda eſt rigori.l.placuit.C.de iud.ꝛ ſummam equitatem iudex ante oculos habere debet l.quod ſi epheſi.in.fi.de eo quod cer.loco.c.fi.de tranſa.Et per hec patet reſponſio ad ſuperius alle.procedunt eñ in caſibus diuerſis a noſtro.¶Concludo ergo dictum Nannem non teneri ad ſolutionẽ gabelle.Et hec ſufficiant. Nicolaus Abbas.

¶Caſus conſilij ſequentis.

Quidam canonicus maſſanus iamdudum tenuit canonice quaſdam capellas in eadẽ eccleſia Maſſana quibus nũc ſenectute ſeu morbo ingraueſcente vt illa bñficia requirũt deſeruire nõ põt.dñs epiſcopus Maſſanus eũ impellit vt capellanuz ſuis ſumptibus ibi retineat vel ſaltem contribuat ad ſumptus vnius capellani ibi poſiti.dictus canonicus reſpondet ꝙ ſuorum beneficiorum reditus ſummam.xxv.florenorum vix aſcendunt:ita quod non poteſt ex eis ſuſtentari:ꝛ portionem capellano inſtituẽdo tribuere.Queritur quid iuris ꝛc.

¶Conſilium.lxx.

1 ☞Bñficiũ hñs ſi ſit infirmus ꝛ teneať ponere vicarium bñficiũ non ſufficiat

ſufficiat ad amborum vite alimentum quis prouidere debebit.
2 Cauſe due quando concurrunt quarum vna eſt naturalis,alia accidē talis naturalis tunc preualet.
3 Beneficium an quis obligare poſſit.

Chriſti eiuſqʒ pie matris preſidio humiliter īuocato.Videtur primo dictum canonicū teneri ad dandū capellano competentē portioneʒ licet ex reſiduo ipſe abſqʒ penuria viuere nō poſſet per.c.de rectoribus.de cleri.egro.vbi dicit tex.qꝺ ſi rector eccleſie nō valet ex lepre morbo eccleſie deſeruire dandus eſt coadiutor qui de facultatibus eccleſie congruam recipiat portionem.⁊ glo.ibi videtur decidere caſum noſtruʒ.
1 ¶ † Queritur enim quid ſi eccleſia non poteſt ſufficere vtriqʒ ⁊ reſpōdet quod deſeruiēs eccleſie habebit reditus:⁊ illi infirmo prouidebit epiſcopus.allegat.lxxxij.diſ.§.j.⁊.ij.Item ⁊ ſecundo non videtur licitum:vt quis habeat plures capellanos in eadeʒ eccleſia.maxime ſi eſt canonicus vt in caſu nr̄o ſicut eadem eccleſia non licet habere plures prebendas imo per adoptionem ſecūde vacat prima ipſo facto:vt in c.literas.⁊ qꝺ ibi not.de cōceſ.preben.⁊ in cle.ſi.de pb.ita cōſentaneū non eſt vt quis habeat plura cōſimilia officia vel beneficia in eadem eccleſia:q: decolorat ſtatus eclceſie ⁊ debito officio defraudat cuʒ qs nō poſſet niſi pro vno deſeruire.facit qꝺ no.Joan.and.in.d.c.literas, ¶ Sed his nō obſtātibus cōtrariā ſnīam arbitror de iure preualere. Moueor primo per dictū.c.de rectoribus.vbi coadiutori datur certa portio:ergo oēs reditus remanēt ibi penes plātū.Et ſic pinguius puidetur rectori ꝙ coadiutori.Ergo ſi reditus vtriqʒ nō ſufficiūt debet prius prouideri rectori infirmo tanꝙ digniori:⁊ pinguius ius habēti.arg.in.c.dilectus.⁊.c.volētes.de offic.dele.maxime q: infirmus cenſetur ſeruire.vn̄ dicit lex qꝺ famuli egroti quos curamus nobis ſeruire intelliguntur.vt.l.iiij.§.ſtichus.ff.de ſtatulibe.⁊.l.in rebus.ff.cōmoda.per quas leges ⁊.c.j.de cle.egro.cū ibi no.probat qꝺ eccleſia tenetur alere rectorē egrotū ⁊ ſi infirmitatis tpe denegarentur clericis alimēta deterrent alij a clericatu ⁊ non reperirentur qui vellent in dei eccleſia militare.vt dicit tex.in.c.j.pal.Hinc eſt qꝺ infirmis dant quotidiane diſtributiōes que nō dantur niſi deſeruientibus ⁊ diuinis intereſſentibus.vt in.c.j.de cleri.nō reſi.lib.vj.per qꝺ patet qꝺ habendi ſunt infirmi pro deſeruiētibus.quod intelligo quādo infirmitas fuit immediata cauſa nō deſeruiendi.ſecus ſi ante infirmitatem non deſeruiebat:quia tunc nō gaudet beneficio infirmi:vt no.in dicto.c.j.⁊ vo
2 luit Inn.in.c.ad audientiā.de cleri.nō reſi. ¶ † Preterea qn̄ ꝯcurrūt due cauſe quaꝝ vna eſt naturalis alia accidentalis:naturalis pualet. l.q habet.ff.de tut.facit qꝺ no.gl.in cle.ij.de offi.or.ergo p prius prouidendum eſt rectori infirmo qui habet titulū ⁊ cenſet deſeruire cū capellano ſeu coadiutori extraordinario nō inſtituēdo.⁊ ſi eccleſia patit defectū in miniſtris dʒ epſ parochie de capellano puidere.⁊ optime in ſimili in his q̄ legunt ⁊ no.in.c.j.⁊.c.de his.de ec.edifi.vbi patet qꝺ beneficiatus non tenet reficere eccleſiam niſi de his que ſibi ſuperſunt vn̄ pmo dʒ puidere ſibi ⁊ poſtmodū fabrice.Et ſi nō ſufficit ſibi
3 fabrice populus vel epſ debet ſubuenire:vt ibi plenius not. ¶ † Ad idē:nā tpe infirmitatis poſſet bene alter nō habēs vnde viuere cōtrahendo debite obligare beneficium.vt not.Joā.in.c.ex preſentium.de pig.⁊ no.in.c.j.de ſol.Nō obſtant cōtraria ſuperius inducta.naʒ gl.in dicto.c.de rectoribus.de iure nō pbat:q: iura que allegat ſolū dicunt qꝺ epſ tenetur prouidere illis q victuʒ manibus ſibi q̄rere nequeunt. Nec loquuntur magis de clericis quā de laicis.Sʒ in caſu nr̄o iſte canonicus habet beneficia quibus tempore infirmitatis cenſetur deſeruire:⁊ ſic debet ex illorum reditibus ſuſtentari.Et contra illam gloſſ. aperte ibi tenet Vincē.cuius opinionē referūt doc.⁊ cū eo nō trāſeūt nec illā reprobant.quinimo doctor precipuus ſm illā opi. Vinc.cōſului in qōne facti.ſ.do.Franci.card.flo.vt ab eo audiui viua voce ⁊ ponit in.d.c.de rectoribus.Ad ſecundum ꝯrium reſpondeo qꝺ.c.literas.⁊ cle.ſupra alle.loquuntur in duabus prebendis non aūt in alijs inferioribus beneficijs eiuſdem eccleſie.Quinimo conſuluit Fede.de ſenis cōſi.cxv.canonicum poſſe ex diſpēſatione epi habere capellā in eadem eccleſia cum diſpenſatione eiuſdem poſſit quis habere canonicatum pbendā ⁊ dignitatē ſeu pſonatū ⁊ officiū in eadem eccleſia:vt in.c.j.iuncta gl.de conſue.lib.vj.Et hodie ex cōi cōſuetudine retinere plura ſimplicia preſertim qn̄ non exigunt reſidentiam ſeu alterum nō ſufficit ad ſuſtentationem bn̄ficiati.vt plene no.per gl.in.c.gra.de reſcrip.lib.vj.⁊ cle.gr̄e.eo.ti.⁊ in.c.duduʒ.el.ij.de ele.⁊ per Inn.ibi ⁊ in c.cum iamdudum.Et quicquid ſit de iure vel cōſuetudine : tamen in facto iſto preſupponitur dictuʒ canonicum legitime dictas capellas poſſidere nec de tituli legitimatione diſputauit.ideo in hoc vlterius nō inſiſto. ¶ Concluditur ergo dictum canonicum nō cōpellendum ad prouidendum capellano vel ad cōtribuendum ſi detractis ſibi neceſſarijs nihil ſupereſt. Nico.Abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

In hac cauſa que ad pſens vertitur inter Jacobū quondā Mattheoli de fabricano ex vna pte ⁊ Nicolaum ex alia parte ſuper validitate quorūdā cōtractuum ⁊ iuramētorum ac ipſorum relaxatione pro luculenta deciſione habenda ⁊c.

¶ Conſilium.lxxj.

1 ☞ Statutum preſumens dolum ⁊ ſimulationem in certis contractibus maxime minorum valet.
2 Mulier ſi renuntiat velleiano in eodē ꝯtractu extraiudiciū nō valet.
3 Statutum diſponens in contractu:non habet locum in quaſi ꝯctu.
4 Statutum laicorum non valet ſuper ſpectantibus ad iuriſdictionem eccleſiaſticam.
5 Iuramentum habet vim clauſule:ſi non valet quod ago vt ago : valeat vt valere poteſt.
6 Minor in ſpiritualibus poteſt eſſe in iudicio ſine curatore.
7 Minor iurans corporaliter ſe maiorem ceſſante dolo aduerſarij excluditur a beneficio etatis inducto a iure communi.
8 Fictio cadit ſuper certo:preſumptio ſuper incerto.
9 Iuramentum ſine cauſa legitima remitti non poteſt etiam a papa in preiudicium alterius.

Chriſti eiuſque matris preſidio inuocato.Quinque dubia examinanda informabo. ¶ Primū nūqd iuramēto pſtito in minori etate p dictū Jacobū in eo qꝺ primo iurauit ſe maiorē ⁊ poſtmodū iurauit ſup obſeruatione cōtractus inciderit aliqꝺ vinculum obſtāte ſtatuto puinciē in quo certa ſolēnitas prefigit cōtractibus minorū qua poſt habita decernit vt dicti cōtractus pſumant ⁊ fingant facti doloſe ⁊ nullā obtineant firmitatē:⁊ nihilominus ꝯhentes cū minoribus cōtra formam ſtatuti iudicis arbitrio puniātur. ¶ Secūduʒ dubium, preſupposita validitate illorū iuramentorū ⁊ ꝯctus ex defectu ſolennitatis ſtatutarie:an dictus cōtractus initus cū dicto Jacobo minore poſſit ſuſtentari ex ratificatione ipſius Jacobi iuramento firmata tpe maioris etatis innuendo ſe in illo cōtractu fuiſſe deceptū vltra dimidiam iuſti pretij. ¶ Tertium dubiū,preſuppoſita validitate ⁊ vinculo illorum iuramētoꝝ vel alicuius illoꝝ debuerit audiri dictus Jacob⁹ petens abſolutionē a dn̄o epo. ¶ Quartū dubiuʒ,vtrū dn̄s epſ ⁊ eius vicarius iuridice ſe geſſerint tā in pnuntiando quā in relaxādo dicta iuramenta. ¶ Quintū ⁊ vltimuʒ que ſint ⁊ eſſe debeāt partes iudicis appellationis.in hoc reſpondeo ad primū.Et primo ad parteʒ nega
1 tiuam qꝺ dicto iuramēto nullū vinculū iuſſit.† Valet enī ſm oēs ſtatutum preſumēs dolū ⁊ ſimulationē in certis ꝯctibus maxime minorum:adeo qꝺ iuramēta in eis preſtita nullius efficiunt momēti tanꝙ dolo extorta ⁊ ſimulata.ad hoc.l.ſi mulier.⁊ in aut.ſi qua mulier.C.ad velle.l.principalibus.ff.ſi cer.pe.⁊.l.vnica.C.de ꝯ.iud.no.in terminis noſtris Bar.i.l.oēs populi.ff.de iuſti.⁊ iur.in.viij.ſeu.ix.col.vbi dicit qꝺ aut ſtatutū ſimpliciter annullat iuramētū nō ſeruata ſolēnitate ⁊ non valet aut diſponit vt contractus aliter celebratus preſumatur doloſus ſeu qꝺ minores dolo pſumant inducti:⁊ valet etiaʒ ad annullādum iuramentū.mouet q: ſtatutū poteſt pſumi dolū ⁊ iuramentum dolo extortū nō valet.vt in.c.cū cōtingat.de iureiur.⁊.c.ij.de pa.li.vj. ⁊ aut.ſacramēta puberuʒ.C.ſi aduer.vē.plus ſentit Bal.in dicta.aut. ſacramenta puberū.dicit enī qꝺ etiā ſi ſtatuta non fingant dolū ⁊ ſimulationē ⁊ iniqtatē vt puta:q: malitia hoīm illius loci erat prompta ad decipiēdū minores valet ſtatuta annullātia iuramēta ⁊ cū habeant equitatē ⁊ rationē naturalē non pnt dici iuri cōtraria.fatet tn̄ bonam eſſe cautelam que in multis locis ſeruat vt contractus ꝯ ſtatuta preſumant dolo ſeu metu initi:plenius tamen idē Bal.hanc materiam attingit in.l.non dubiū.C.de leg.attamē qꝺ ad caſum noſtrum videtur velle vt iuramētū nō ſeruata ſolennitate ſtatuti nō valeat.dt enim in effectu quo ad propoſitū noſtrū qꝺ aut rō prohibitionis ſtatuti fundat ſuper eqtate naturali ⁊ nō valet iuramētū:vt puta quando ſtatutū fundatur ſuper dolo ⁊ ſimulatione:vt in caſu nr̄o.aut fundatur ſuper quadā equitate poſitiua ⁊ valet.Et hoc caſu pnt intelligi ea que habent in.c.ij.⁊.c.cū cōtingat.⁊ aut.ſacramēta puberū.pal. Et ſi quis diceret hoc pcedit reſpectu iuramēti interpoſiti ſup obſeruantia ꝯctus ⁊ non qn̄ iurauerit per prius ſe maiorē.Reſpondeo q ſi illud iuramentuʒ fuit preſtitū in eodem ꝯctu debet preſumi extortū ſicut ipſe cōtractus:ꝯ iuramentum non preſumitur propria voluntate preſtitū a malo:vt dicit tex.in.c.ſuper hoc.de renū.quia eadē facilitate qua inducunt minores ad ꝯhendū induci poſſunt ad iurandum ſe maiores.Et ſi diceremus cōtrariū tale ſtatutū nullius foret effectus cū facile minores inducti ad ꝯhendū iurarēt ſe maiores.Ad hoc bo
2 nus tex.in.d.l.ſi mulier.hinc Bar.in.l.ſi.C.ad velleia.dicit,† qꝺ ſi mulier extra iudiciū renūtiet velleiano in eodeʒ cōtractu nō valet:q: eadem facilitate qua inducit ad ſe obligandū induci poteſt ad renūtiādū ⁊ ſic lex eſſet ludibrio.Idē in ſimili not.in.l.ſi ex cautiōe.C.de non nume.pec.vbi dicit nō valere denūtiationē in eodē ꝯctu habitā cum quis confitet ſe recepiſſe pecuniā mutuā.Ad idē qꝺ ipſe not.in.l.nemo poteſt.ff.de leg.j.vbi dicit nō valere renuntiationē exceptiōis ſimulationis in eodem ꝯctu qui dicit ſimulatus:q: oīa que ſunt in eodem inſtrumento preſumi debēt ſimulata ſi cōtractus ſimulat⁹ probetur.Ita dicēdum videt in propoſito ex quo per ſtatutū nō ſeruata

ſolennitate preſumitur contractus dolo extortus omnia tunc geſta
tanq̄ acceſſoria ⁊ ꝑambula ꝑſumi dꝫ dolo extorta. Facit regula acceſ
ſoriū. de re. iu. li. vj. ⁊. l. oro. ff. de ſpō. ⁊. c. prudētiā. ⁊. c. ꝑterea. de of. dele.
¶ Sed his nō obſtantibꝰ cōtrariā ſniam arbitror veriorē. Moueor
primo q: dictū ſtatutū nō dꝫ extēdi ad iuramentū prius preſtitū cum
iurauerit ſe ante oēm cōtractū maiorē: qm̄ cū ſtatutū deuiet a regulis
nō debet aliquatenus extēdi ad caſum ſimilē fictiōi. vt. l. iij. §. hec aūt
verba. ff. de neg. geſt. no. Bar. in. l. non dubiū. preal. facit qȯ leg. ⁊ not.
in. c. in veſtra. de iureiu. ⁊ ꝑ Jo. an. in regula ꝓ poſſeſſore. de reg. iur. li.
vj. in merc. ⁊. c. ſtatutum. de ele. li. vj. ⁊. l. qȯ vero contra rationem. ff. de
3 egi. Quinimo qȯ plus eſt † ſtatutū diſponēs ſuper contractu non hꝫ
locū in quaſi ꝯctu: vt no. dicit Bart. in. l. apud iulianū. ff. ex qui. cau.
in poſ. ea. ⁊ in. l. ſi minor. ff. de acq. here. Sicut nec cōtra ſtatutū ſuper
quaſi ꝯtractu nō habet locū in vero cōtractu: vt no. voluit gl. in. c. de-
cet. de immu. ec. li. vj. vbi dicit qȯ diſpoſitio illius. c. annullās habitū
iudiciū in eccleſia nō extendit ad ꝯctus. ita dicendū vr̄ in ꝓpoſito q̄
ſtatutū iſtud diſponens ſuper contractu non debet extēdi ad iuramē
tum prius ſup maioritate cū illud nō ſit ꝯtractus: nec quaſi cōtractꝰ:
vt ꝓbat ex his que habent in. l. labeo. la. ij. de verb. ſigni. ⁊. l. oēm obli
gationem. ff. de iud. cū ibi no. Quinimo plus qȯ etiā ſi expreſſe ſtatu-
tum voluiſſet cōprehendere illud iuramentum nō valuit: q: non ſpe-
ctat ad laicos decernere ſup iuramento ſicut nec ſuper alio iure ſpiri-
tuali: vt no. Hoſt. in. c. quēadmodū. de iureiu. ꝓbat in. c. venerabilem.
4 de ele. ⁊ no. p. Fed. de ſenis. cōſi. xcj. ⁊ ꝯſi. xcv. vbi gn̄aliter dicit † nullū
ſtatutum laicorum valere ſuper ſpectantibus ad iuriſdictionē eccle-
ſiaſticam. Ad hoc. c. ſi imperator. xc. di. vbi dr̄ quod pro ſpiritualibus
debet etiā imperator recurrere ad eccleſiā. facit. c. nouit. de iudi. Pro-
batur rōne incōuincibili: ſi enim nō valet laicus cognoſcere de vali-
ditate iuramēti vel alterius actus ſpiritualis. vt in. c. tuā. de ord. cog.
⁊. c. lator. q fil. ſint leg. ⁊. c. ſi iudex laicꝰ. de ſen. exc. li. vj. ⁊ no. Bar. in. l.
titia. ff. ſol. mat. ⁊. l. j. de iuriſd. om. iud. ergo fortius nec ſuper illo ſta-
tuere cū ſtatutū ſumat vires a ptāte ſtatuentis. de ſen. exc. c. a nobis. ⁊
l. fi. ff. de iuriſ. om. iudi. ⁊. c. vt animarū. de cōſti. li. vj. Nec ob. ſi dicatur
qȯ fuerit preſtitum ſuper ꝯtractu: q: ſtatutū ꝑſumit doloſum: q: hoc
iuramentū vt dixi ꝑceſſit ꝯctum. nec pōt dici pars contractus. vnde
eſto qȯ ꝯctus in totum corruerit valeret nihilominus iuramentum ⁊
ſic non dꝫ iudicari ad materiam ꝯctus. ad hoc. l. etiam. ff. de minori. ⁊
l. ſcire debemus. ff. de ver. obl. facit qȯ in ſimili no. Jnn. in. c. fi. de reſti.
ſpo. dicēs eā ſuſtinere: lꝫ corruit iudiciū: ⁊ ꝓbat in cle. conſtitutionē.
de ele. habet em̄ iuramentū ſubſiſtere per ſe: nec etiā accidit cōtractui.
vnde pōt preſtari etiā ſuper cōtractu nullo. vt in. c. debitores. ⁊ quod
ibi no. de iureiur. Preterea magis deliberate preſumitur quis venire
ad iuramētum tanq̄ ad actum ſpiritualē ⁊ anime periculoſum q̄ ad
ꝯctum ſuper tēporalibus: ideo facilius debet ꝑſumi quis dolo indu-
ctus ſuper contractu q̄ ſuper iuramento ad hoc qȯ leg. ⁊ no. in. l. cum
qs. §. codicillis. ff. de leg. ij. ⁊ in aut. de iureiu. a mori. preſt. ⁊ per Bar.
in. l. ſciēdū. ff. de ver. ob. ⁊. l. ij. C. de reſcin. ven. facit optime tex. cum ibi
5 no. in. l. cum pr̄. §. filius matrē. ff. de leg. ij. Hinc dicimus † qȯ iuramē
tum hꝫ vim clauſule ſi nō valet qȯ ago vt ago valeat vt valere poteſt
vt ibi. ⁊ probat in. c. ad noſtrā. el. iij. de iureiur. Hinc etiam iure diſpo
6 nitur † vt minor poſſit in ſpūalibus eſſe in iudicio ſine curatore ⁊ nō
ſic ſuper tēporalibus: vt in. c. ſi annum. de iudi. li. vj. iuncta gl. l. clarū.
C. de auto. preſtā. ¶ Ex his concluditur valere primum iuramētum
quo iurauit ſe maiorē cum non ꝓbet ipſum Jacobum dolo inductū
ad iuramentū: nec ſtatutū ad hunc caſum extēditur per ſupradicta ⁊
ceſſat per hoc argumētum ſupra in ꝯrium formatum. imo plus dico
preſumendū qȯ ipſe Jacobus dolo ſuo iurauerit ſe maiorem cū ipſe
tūc ſciret ſe minorē vt ipſemet narrat ī libello ſuo cui ꝯ eū credēdū eſt.
vt. l. cum precum. C. de lib. cau. no. Bar. in. l. certū. §. ſi quis abſente. ff.
de cōfeſ. vnde ſaltē hoc caſu debet preſumi dolus cum ſciret ſe mino-
rem: ⁊ ꝓcedere in dubio dꝫ. gl. in. l. ſi alterius. C. ſi mi. ſe maio. di. ⁊ Jo.
an. poſt Nico. de ma. in addi. Spec. in titu. de ſent. prola. §. vt aūt. poſt
principi. licet Bar. aliter dicat in. d. l. ſi alterius. ſed cōcordari pn̄t vt
ſi non probatur maiorem ſciuiſſe ſe minorē nō ꝑſumit dolus ſed ſim-
plicitas, vt voluit Bar. ſi autē ꝓbet eum ſciuiſſe ꝑſumatur dolus vt
in glo. ⁊ per Jo. an. Nam iurādo ſcienter contra veritatē non pōt niſi
dolus preſumi. Ad hoc. l. quid enim. ff. de dolo. facit. c. illud. ⁊ qȯ ibi
no. de ꝑſum. ⁊ hoc de primo iuramento. ¶ Uenio nunc ad ipſum cō-
tractum ⁊ iuramentū ſup eo appoſitum: ſi ꝓbet ꝯctum valere ⁊ tene-
re ſtatutum dꝫ iudicari ⁊ cenſeri ſicut ius cōe. ⁊ ab eo debet interpreta
tionem ſumere. vt in. c. cum dilectus. de conſuetudi. ⁊. l. ij. C. de noxali.
no. Jnn. in. c. cauſam. de reſcri. ⁊ Bar. in. l. oēs populi. ff. de iuſt. ⁊ iure.
7 † Sed minor iurans corporaliter ſe maiorem ceſſante dolo aduerſa-
rij excludit a beneficio minoris etatis inducto a iure cōi: vt in. d. l. ſi
alterius. C. ſi mi. ſe ma. dix. Ergo debet etiam excludi a bn̄ficio ſtatuti
quod etiam voluit Jo. an. Nic. de mat. in addi. predicta. Pro hoc fa-
cit q: ex quo minor doloſe verſat non debet vti minoris beneficio eta
is. l. j. §. pupillum. ff. depoſi. ⁊. l. auxilium. ff. de mino. Jſte autem iura
uit ſe minorem vt ſupra probatum eſt. ergo nō debet tanq̄ minor vti
eneficio ſtatuti. Preterea dico quod etiā ceſſante primo iuramento
valere debet tn̄ venditio propter iuramentum de eo ſeruando appo-
ſitum q: lꝫ valeat ſtatutū quo ad infringēdū contractū non iuratum
ſecus tn̄ vbi interuenit iuramētū: q: non pōt ſtatutum laicorū in pre-
iudiciū iuramēti preſumere dolū alr̄s parata eſſet laicis via inualidā-
di omnia inſtrumenta minorū ⁊ mulierū preſumere vel ſcꝫ dolum vel
ſimulationē: ⁊ ꝓhibitum vna via: alia via inducta admitti non dꝫ. c.
tue. de ꝓcu. ⁊ regula cū quid vna via. de re. iu. li. vj. ⁊ ideo eleganter in
hoc paſſu dixit do. Anto. de but. in. c. cū cōtingat. ꝑalle. quod aut ap-
paret legitima cauſa preſumendi dolum ſeu ſimulationē in cōtracti-
bus minor ⁊ impendit virtus iuramenti aut non apparet legitima
cauſa preſumendi: ⁊ valet iuramētū etiā ſi ſtatutum ſpecifice annulla
ret iuramentū. Ego vero latius hunc articulū examinaui in quadam
diſputatione mea ⁊ nouiſſime in lectura illius. c. cum contingat. ⁊ ibi
tunc ꝯcluſi nūc etiā de nouo cōcludo qȯ ex quo nulla apparet ſpecifi-
ca ⁊ veroſimilis cōiectura ꝑſumendi dolū vel aliā illicitā cām nō ſuf-
ficit ſtatutū ad euacuandū iuramētū: q: nō apparēte cā vrgente non
debet nec poteſt impediri obligatio de querenda. ar. xxv. q. j. ſunt qui
dā. ⁊ qȯ not. Jnn. in. c. que in eccleſiar. de cōſti. ⁊ meliꝰ in. c. q: pleriq̄.
in fi. de immu. ec. ⁊ per legiſtas in. l. fi. C. ſi cōtra ius vel vti. publi. eſſet
em̄ tale ſtatutū cauſas perfidie ⁊ periurij cōtra. l. j. C. ſi aduer. ven. ⁊ cō
tra iura canonica: nec debet credi verbis enūtiatiuis ſtatuti cū talibꝰ
verbis nō ſit credendū ex quo materia nō pendet a mera diſpoſitiōe
ſtatuentiū. iuxta no. per Bar. in aut. ſi quis ī aliquo documēto. C. de
eden. ⁊ in. l. ſi forte. ff. de caſtrē. pe. ⁊. l. ſciēdū. ff. de ver. ob. ¶ Sꝫ opor-
tet qȯ extrinſecꝰ ꝓbetur cauſa: puta q: in loco ſtatuti minores cōſue-
uerant dolo induci extrinſecꝰ eſt ꝓbata. Et pro hoc facit. c. ij. de pac.
lib. vj. vbi tex. dicit talia iuramēta omnino eſſe ſeruāda. ⁊ tex. in aut. ſa
cramenta. dicit inuiolabiliter ⁊c. niſi dolo vel metu ꝓbent extorta qȯ
hic nō ꝓbat. Quinimo ſi bene ponderent verba illius ſtatuti ſtatuē-
tes vident dubitaſſe de vero dolo in eo qȯ in ſtatuto dicit qȯ cōtra-
ctus preſumat: ⁊ fingatur dolo extortus. vnde pōdero verbū fingat.
8 ¶ † Fictio enim cadit ſuper certo ⁊ preſumptio ſup incerto: ⁊ quod
pōt eſſe verū: vt no. in. l. vna. C. de rei vxo. acti. §. accedit. ī verbo preſu
matur. ⁊ ꝑ canoniſtas in. c. is q. de ſpon. Et ſic voluerūt ſtatuētes fin-
gere dolū vbi nō erat: qȯ non potuerūt facere in preiudiciū iuramēti.
¶ Ex hoc verbo clare arguo qȯ nō habuerūt ſufficientē cauſam ꝑſu
mendi dolum alr̄s nō fuiſſent vſi verbo fingatur. Preterea ſi laici non
poſſunt cognoſcere etiā incidenter ⁊ acceſſorie de validitate iuramēti
vel alterius actus ſpiritualis. d. c. tuā. de ord. cog. ⁊. c. lator. q fi. ſint le-
gi. ⁊ ita fortius in re dubia ſtatuere etiā incidēter ⁊ neceſſario. ¶ Cō-
cludo ergo dictū contractū valuiſſe ⁊ valere ⁊ firmatū eſſe iuramēto.
iuxta no. per Bar. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiu. ⁊ per canoniſtas ī. c.
cū cōtigat. preal. ⁊ dictū Bar. in. d. l. omnes populi. ⁊ Bal. ꝓcedat qn̄
a principio ſe nō iurauit maiorem. Et qn̄ probat ſtatuētes habuiſſe
ꝓbabilem cauſam ꝑſumēdi dolū ⁊ per hoc ſunt ſublata argumēta in
cōtrariū formata. Et hec cōcluſio maxime eſt tenēda per ea que infra
in ſequēti dubio ſubijciā. ¶ Condeſcēdo ad ſcōm in quo vt ꝓlixitatē
euitem cōcluſiue ꝓcedā. Et dico illā ratificationē ſi facta fuit in ma-
iori etate ſine omni ſcrupulo imponere oēm finem ⁊ ſilentiū huic con
certatiōi: ita vt abſq̄ aliquo dubio nulla poſſet nūc allegari ꝯceptio.
Etiam ſi ꝓbaretur vltra dimidiā iuſti pretij etiā qn̄ interuenit iura-
mentum qȯ hꝫ excludere remediū. l. ij. C. de reſcin. vē. ⁊ ibi no. per glo.
⁊ Bar. ⁊ per gl. ⁊ do. in. l. pe. de emp. ⁊ vē. Cum q: iſte Jacobus dixit
qȯ certificatꝰ de vero pretio rei vēdite quod plus valebat donabat:
quod ſufficit ſm̄ Bar. in. d. l. ij. facit. l. ſi quis donatiōis. ff. de ꝯtrahē.
empt. Et lꝫ hec verba protulerit dictus Jacobus in primo ꝯtractu
cū eſſet minor. Tamē ex quo illū poſtmodū ratificauit ⁊ approbauit
videt de nouo protuliſſe ⁊ cōtraxiſſe. l. j. C. ſi ma. factus. Facit qȯ in ſi-
mili no. Bar. in. l. theopompus. ff. de dote ꝑlega. ⁊. l. eos. ff. de fal. ⁊ qȯ
no. in. c. cū in tua. de teſti. Jtē facit vna ꝯſideratio incōuincibilis. ex q̄
enim is qui idē cōfitet videt excluſus ab omni bn̄ficio vt cōſideretur
non per errorem donaſſe qȯ plus valet ⁊ preſumi dꝫ maxime ex ſpa-
tio medij tp̄is veraciter de vero valore rei. ad hoc text. optimus in. l.
ſi mulier. ⁊ in. l. vnica. ꝓpe fi. C. de plus peti. no. Bar. in. l. cū ſcimus. de
agri. ⁊ cenſi. li. xj. Et hoc eſt precipuū in hac materia: licet prima ꝯfeſ
ſio ſeu donatio fuerit facta tp̄e inhabili: vt probatur in. d. l. ſi mulier.
¶ Uenio ad tertium ⁊ ꝓcedam tam in hoc q̄ in ſequētibus ꝯcluſiue
vt nimiā ꝓlixitatē euitem. Et dico qȯ nō debuit dictus Jacobus au
diri abſolutionē petēs. vt patet ex predictis nulla īteruenit deceptio
etiā ſi ꝓbaret valor rei vltra dimidiam ꝑtij ſoluti ſponte em̄ donauit
qȯ potuit cū eſſet maior etate tempore ratificatiōis. d. l. ſi quis dona-
tionis: ⁊ ſic etiā ſi de facto abſolueretur a iuramento. cōtractus tamē
remaneret firmus irreuocabilis cū ſit de iuregētiū. l. ex hoc iure. ff. de
iuſti. ⁊ iure. adeo quod ēt papa nō poſſet illū reuocare. ad qȯ not. Jn-
no. in. c. ij. de confir. vti. ⁊ in. c. inquiſitioni. de ſen. exc. nam ea que ſunt
de iuregentiū per principeꝫ tolli nō poſſunt. in cle. paſtoralis. de re iu
di. ⁊ inſti. de legi. agna. tute. in fi. ⁊ de iure naturali gentiū ⁊ ciui. §. ſed
naturalia. per legiſtas in. d. l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. ⁊ ꝑſuppo-
ſito etiā quod dicta ratificatio nō īteruenisſet nō debuiſſet adhuc au
diri: q: nō probat leſio enormis: imo nec illa ſi bene pōderētur dicta
testium

teſtiū;vt patet ex eorū depoſitionibus.ꝛ ex no.per Bar.in.l.pretia rerum.ff.ad.l.fal.ꝛ.d.l.ij.de reſcin.ven.ꝛ per glo.in.c.cum cauſa.de teſt. ꝛ ideo nō ſubſiſtente leſione enormi non debet minor audiri.ꝑ hoc dicta aut.ſacramēta.que mādat iuramēta inuiolabiliter obſeruari ꝛ.d.c.ij.de pac.li.vj.vbi dr oīno ſeruent ꝛc.ꝑ illū tex.innuit ibi Archi.cōtra Nico.in.c.cū ꝯtingat.de iureiur.vbi dixit mulierē poſſe in illo.c.ij. inſtare vt abſoluat.nam hoc falſum eſt per dicta iura.ꝛ tꝫ do.Ant.in d.c.cū cōtingat.ꝛ ego ſemper tenui ꝛ latiſſime fui proſecutus in dicta diſputatiōe.nā ſi indifferēter ꝯ illa iura poſſet peti abſolutio ſeruirēt quaſi de vento qđ nō dicendū eſt qđ emanauerint cum tanta ſolennitate.Nō eſt aliquis tex.in mūdo qui hāc abſolutionē hoc caſu indulgeat.Nec ob.c.j.de iureiu.ꝛ no.in.c.debitores.eo.ti.qꝛ ibi creditor vſurarius nō reſtituēdo ideo cōpellitur relaxare iuramētum vel auditur petens abſolutionē.Quod non contingit in caſu noſtro ex quo deceptio nō probat:ꝛ hoc in dubio ita eſt tenēdū quicquid alij ſenſerint. ¶Ex his infero ad quartū dubiū in quo dico dictū epm ꝛ eius vicarium in hoc facto ſalua eorum reuerētia nō bene proceſſiſſe primo qꝛ abſoluerunt dictū Jacobū nulla leſione legitime probata contra iuramentum. ¶Itē qꝛ ratificauerit illū ꝯtractum:ꝛ ſi aliquid plus valebāt dicta bona hoc donauerat emptori ꝛ donatio perfecta fuit.vt.c.ſi.de

9 don.†ꝛ iuramētū ſine cauſa legitima remitti nō pōt etiam a papa in preiudiciū alterius maxime in lata ſententia:vt no.Inn.in.c.cum inter.de renū.gl.ꝛ cōmuniter doc.in.c.quanto.de iureiur.ex quo poteſt dici quod illa abſolutio nō valuit:qꝛ facta a non habente poteſtatē. Itē qꝛ dictus Jacobus in primo cōtractu ſcienter ꝛ appenſate declarauerat iurando ſe maiorē.Et ſic nō debebat cōſequi beneficiū abſolutionis aduerſus ſm iuramētū:qꝛ fruſtra legis auxiliū inuocat qui cōmittit in legem.de vſu.qꝛ fruſtra.Item pronuntiauerūt ꝛ abſoluerūt ſuper non petitis cōtra oīa iura vulgaria ꝛ preſertiꝫ in eo qđ fuit pronuntiatū ſuper ipſo cōtractu.cum tātū fuerint aditi ſuper acceſſorio.ſ.ſuper iuramēto.nam ſuper contractu debuerūt cauſam conſeruare ꝓprio iudicio:vt in.c.lator.ꝛ.c.cauſam.preal.ꝛ qđ no.in.c.de prudentia.de do.poſt diuor.reſti.ꝛ.c.cauſam.qui fil.ſint legi.ꝛ.c.nouit.de iudi. ¶Ex his omnib⁹ infero ad vltimū:vꝫ qđ iudicis appellationis officium eſt in pronuntiando bene fuiſſe appellatum ꝛ male ſententiatum ꝛ abſolutum contractum ꝛc. Abbas.

¶Conſilium.lxxij.

1 ☞Tranſactio facta cum aliquibus ex pluribus habentibus idē ius non extenditur ad alios.

2 Pactum vt emphyteuta non poſſit expelli ex ceſſatione ſolutionis canonis valet.

3 Conſuetudo quelibet contra eccleſiam non eſt ſemper nulla.

Omnipotentis dei nomine

inuocato.In negotio Guidonis Pauli de Albino ſuper iure emphyteutico duo ad claritatē toti⁹ materie excutiēda incūbit.Primo an capitula inita inter commune vrbini ꝛ.c.ecclīe eiuſdē ciuitatis ſuper iure emphyteutico extēdātur ad bona cuiuſdā abbatie ſita in territorio alieno. ¶Secūdum dubiū preſuppoſito qđ dicta capitula non ſint ad hunc caſum extendenda ſaltē poſſit dictus Guido pauli defendi ex cōſuetudine ibidē obſeruata ſecūdum quam bona cuiuſcꝫ eccleſie in territorio vrbini ꝯſiſtētia ex defectu canonis non ſoluti nō poſſunt eripi ab emphyteuta.ſed agi debet dūtaxat ad ſolutionē ipſius pēſionis ꝛc. ¶In chriſti nomine amen.Circa primū breuiter dico dicta capitula nullo iure extēdi debere ad bōa dicte abbatie.Primo ex defectu poteſtatis ſtatuētiū.nō em̄ poterūt laici ſtatuta facere in preiudiciū eccleſiarū etiā reſpectu bonorum conſiſtētiū in eorū territorio:vt expſſum eſt in.c.q̄ in eccleſiarū.ꝛ.c.eccleſia ſancte Marie.de cōſti.ꝛ.xcvj.di.bene quidē.ꝛ.c.ſi.de reb.ec.nō alie.facit authē.caſſa.C.de ſac.ſan.ec. ¶Secūdo ꝙ etiam data ptāte ſtatuentium non debet fieri extēſio ad bona illius abbatie:qꝛ vt clare patet ex verbis vltimi capituli per qđ fit extēſio illa dirigere dꝫ ad pſonas vt ibi per oēs ſyndicos ꝛ procuratores ſeu alio quouis nomine ꝛ omnes factores quarūcūcꝫ eccleſiarum abbates monachos ꝛc.Ideo nō cōprehendit bona eorū qui ſunt de illo territorio etiā ſi al's eſſent bona ſuppoſita iuriſdictioni ſtatuētiū:vt clare patet ex no.ꝑ Inn.in.c.poſtulaſti.de fo.comp.ꝛ bar.in.l.cunctos populos.de ſum.trini.facit qđ no. Jo.an.in.c.cum ſm leges.de hereti.li.vj.licet em̄ capitula cū canonicis videant ſcripta in rem tn̄ extenſio q̄ facit ad ꝓpoſitum noſtrū eſt cōcepta in perſonas:nō enim fuit dictum:vt illa capitula haberēt locum in bonis omnibus ſitis in territorio vrbini:quo caſu diceremus legē eſſe datā verbis ꝛ nō rebus.ſed fuit dictum vt perſone deberēt illa capitula ſeruare ꝛ ſeruari facere.Et ſic non poſſunt comprehēdere abbates de alieno territorio.arg.in.l.j.ff.de tut.ꝛ cur.da.ab his.Nec eo capi[...] qꝛ canonici cōſenſerunt tenent abbates ad illorum obſeruātiam:qꝛ pactū nō extēditur ad alienas perſonas vel res.l.ſi vnus.§.

1 ante omnia.ff.de pac. ¶†Quinimo tranſactio facta cū aliquibus ex pluribus habentibus idem ius nō extendit ad alios.l.j.C.de tranſac. Dico etiam qđ ſi eps ꝛ capitulū conſenſiſſent adhuc non fieret extenſio ad illum abbatē per.c.veſtra.ꝛ qđ ibi no.Inn.de locato.Ex quibus clare concluditur ad primum dubium quod virtute illorū capitulorum ſeu extenſionis non poteſt dictus Guido paulus ſe defendere. ¶Venio ad ſcđm vtrū ſaltē vigore cōis obſeruātie ꝛ cōſuetudinis poſſet defendere ſe.Et primo videt qđ non:qꝛ talis conſuetudo eſſet damnoſa eccleſijs.ergo non valet.vt in.c.j.de cōſue. ¶Secundo videtur ꝙ ſit cōtra ſubſtantiā cōtractus emphyteutici:cū de natura ipſi⁹ ſit quod pēſione nō ſoluta intra bienniū poſſit emphyteuta per dn̄m expelli.vt in.c.potuit.de loca.ꝛ in.l.ij.C.de iure emphy.ꝛ inſti.loca.§.adeo.loquor de emphyteuta eccleſie.Nā in iure priuato requiritur ſtatutum tempus.vt in.d.l.ij.conſuetudo autē ꝯ ſubſtantialia actus nō valet.vt in.c.ij.iuncta gl.de cōſue.li.vj.facit.l.per ſeruū.ff.de vſu ꝛ habi. ¶Item video qđ ſi fiat pactum in quo dicatur vt non poſſit expelli,tn̄ intelligitur ſi ſoluerit penſionem.vnde ſi eſſet ſoluere per biennium poteſt nihilominus expelli:etiam pacto nō obſtāte:vt eſt tex. no.in.l.quero.§.inter locatorem.ff.loca.qđ ergo non poteſt facere pactū nō dꝫ poſſe inducere cōſuetudo.iuxta no.ꝑ gl.C.de decre.dec.ſup rub.lib.x. ¶Sed his non obſtantibus contrariam ſnīam puto de iu

2 re veriorem.Moueor primo.quia valet†pactū vt emphyteuta non poſſit expelli ex ceſſatione ſolutionis canonis: vt notanter determinat gl.quam ſequitur Bart.in.l.ij.C.de iure emphy.p̄al.Ergo debet valere conſuetudo cum ſit fortior ꝙ pactū priuatorū.vt probatur in c.ſi.de ꝯſue.facit quod no.gl.ſup rub.prealle.ꝛ quod no.Bar.in.l.omnes populi.ff.de iuſti.ꝛ iur.Nec iſtud pactū eſt cōtra ſubſtantialia cōtractus ſed potius contra ſubſtantialia eſſet ſi fieret pactum vel conſuetudo vt nulla ſoluta penſione teneret ꝯtractus qꝛ non cōſiſtit locatio vel emphyteuſis ſine mercede ſeu pēſiōe.l.ſi merces.ff.loc.ꝛ.d.§.adeo. ſed qđ agatur ad penſionem:ꝛ nō fiat expenſio nō eſt contra ſubſtantialia:ſed cōtra accidentalia cum illa ſint de ſubſtantia ſine quibus actus conſiſtere nō poteſt.inſti.de emp.ꝛ ven.§.pretium.no.Bart.in.l. ꝓlatam.C.de ſen.ꝛ interlo.om.iud.conſtat aūt contractū emphyteuticum conſiſtere ſine extēſione.d.c.potuit.nam ceſſante pacto ꝛ conſuetudine poteſt ꝓprietarius non expellere emphyteutā:ſed agere ad pēſionē.vt in.d.c.potuit.ꝛ qđ ibi no.ꝛ in.d.l.ij.ergo valet pactū.l.ij.§. ſi cōuenerit.ff.depo.ꝛ.c.vno.de commoda.ꝛ regula ꝯtractus ex conuen.de re.iur.lib.vj. ¶Preterea papa mandat decidi cauſas eccleſiaſticarum perſonarum ꝛ clericorum ſm conſuetudinem patrie:vt in.c. iij.de eo qui mit.in poſ.facit.c.cōſtitutus.de in integ.reſti.ꝛ tex.a ꝯtrario ſenſu.in.c.cū cauſa.de re iud.ꝛ qđ no.Bar.in.d.l.cūctos populos. Et intelligo vt omnis ceſſet obiectio quando eſt cōſuetudo cōmunis tam laicorū ꝙ clericorū ſicut cōtingit in caſu noſtro.Nō em̄ potuiſſet hic induci conſuetudo ſine tacito conſenſu clericorū ꝛ ex nō vſu inducitur conſuetudo qn̄ vſus habet in ſe tacitum actū contra diſpoſitionem iuris cōmunis.iuxta plene no.per Jo.an.in.c.Joānes.de emp.ꝛ vē.ꝛ Cy.in.l.ij.C.que ſit longa cōſue.ꝛ probatur in.d.c.Joannes.intelligendo tamen iuxta no.per Cy.in loco preal. ¶Cōſuetudo non poteſt dare legem omnibus rebus exiſtentibus in territorio cuiuſcunꝫ ſint.vt in.l.rebus.ff.de cenſi.ꝛ.l.munerum.§.patrimonium autē.ff.de mune.ꝛ hono.facit.viij.di.que ꝯ.ꝛ.xcj.diſt.illa.ꝛ.l.illud.ꝛ qđ no. Innocen.in.d.c.poſtulaſti.ꝛ Bar.in.d.l.cūctos populos.Et in propoſito facit quod ponit Fede.in conſi.cxlvj.ꝛ Jo.an.poſt Archi.in.c.j.de immu.ecc.lib.vj.vbi querunt de bonis abbatie exiſtētibus in alio territorio ꝙ ſit ipſa abbatia.Non obſtant contraria ſuperius allegata. ¶Ad primum dico hanc conſuetudinem non eſſe multum damnoſam eccleſijs.ſatis enim eſt iam poſſe conſequi penſionem ſtatutam:ꝛ hoc equitatem habet quam eccleſia debet pre alijs obſeruare.vt in.c.

3 ſuam.de penis. ¶†Non enim quelibet conſuetudo contra eccleſiam eſt nulla:ſed illa magnum preiudiciū affert.ꝛ nulla ratione fulcitur. ad hoc.c.cum dilectus.de conſuetudi.ꝛ.c.cum eccleſia ſutrina.de cau. poſſeſſio.ꝛ proprieta.c.ij.de conſuetudi.lib.vj.ꝛ.c.abbate.de ver.ſign. cum multis ſimilibus. ¶Ad primum ſupra ſatis reſponſum eſt. Ad quartum ꝛ vltimum dico quod procedit quādo ſimpliciter fuit cōuētum:ne inuitus colonus ſeu inquilinus expelleretur.intelligitur eniꝫ tacita cōditio ſi penſionem ſoluerit.vt ibi:ſed nos loquimur quando expreſſe habet conſuetudo vel emphyteuta non poſſit expelli etiam canone vltra biennium nō ſoluto:ſed agi poſſit vt ſoluatur:quo caſu puto valere conſuetudinem contra eccleſiam etiam alibi ſitam ex quo bona ſunt in territorio.pro hoc quod cōtractus ſuper re videtur initus ſcđm conſuetudinem loci licet expreſſe dictū nō ſit.vt in.l.quod ſi nolit.§.qꝛ aſſidua.ff.de edil.edicto.notat Bar.in.l.nemo eſt qui neſciat.ff.de duobus reis.facit.l.final.in fine.C.de fide inſtrumentorum. Et hec ſufficiant. Nico.Abbas.

¶Caſus conſilij ſequentis.

In diſputatione que vertitur inter

Laurentiū dictum Pallo ꝛ ſocios ex vna parte.ꝛ Baltaſarē gentilis ex altera parte ſuper captura ꝛ detentione ipſius Baltaſaris occaſione debiti paterni.viſo quodam quinternulo mihi oblato in quo duntaxat continentur quedā ſtatuta ꝛ reformationes ciuitatis inclyte floētine:ac etiam ſententia lata per officiales mercātie contra dictum Baltaſarem in fauorē dicti Laurentij ꝛ ſociorū:ꝛ quibuſdam

ſimplicibus excuſationibus allegatis pro parte dicti Baltaſaris.

¶ Conſilium.lxxiij.

1 Confiteri contra ſe quis poteſt:pro ſe autem minime.
2 Preſumendum eſt pro ſententia poſtq̄ tranſiuit in rem iudicatam.
1 Iudex non poteſt ferre ſententiam ſub conditione reſolutiua.

Chriſti eiuſq; matris p̄ſidio
humiliter inuocato. Videtur primo dictũ Baltaſarez in-
iuſte puniri. Et minus debite teneri.⁊ per cõſequẽs debe-
re relaxari tam iure cõi inſpecto quam municipalibus cenſuris.de iu
re enim communi hoc videt̃ clariſſimũ cũ liceat filio tam puberi quã
impuberi abſtinere ab hereditate paterna ⁊ euitare creditores heredi
tarios,vt in.l.neceſſarijs.ff.de acqui.heredi.⁊ inſti.de heredũ quali.⁊
diffe.§.finaũt.cum ſi.nec filius conueniri põt nomine patris.C.ne fi-
lius pro patre.in rubro ⁊ nigro.maxime in.l.patris nomine.ſed dict⁹
Baltaſar ſe abſtinuit ab hereditate gentilis patris ſui.ergo ꝯueniri
non poteſt vel detineri ob debita paterna. Idem dicendũ videtur ſta
tutorũ inſpecta diſpoſitione:qm̃ filij per illã obligant̃ cũ eorũ parẽtes
ceſſauerunt vel fraudẽ ſeu dolũ cõmiſerũt.vt patet ex ſtatuto,ſup ru-
brica de filijs ⁊ alijs deſcendentibus ⁊ de patribus ⁊ alijs aſcendenti
bus ⁊ de fratribus q ceſſant ⁊ fugitiuoꝝ ⁊c. Et ſtatuto ſub rubrica de
factoribus ⁊ diſcipulis alicuius ſocietatis ⁊c. Sed ex predictis coraʒ
me nõ cõſtat dictũ gentilẽ patrẽ dicti Baltaſaris ceſſaſſe fugiſſe frau
dem vel dolũ cõmiſiſſe in factoria vel trafico ſuo.ergo virtute illorum
ſtatutorũ non tenet̃.⁊ per cõſequens cũ caſus iſte nõ ſit in ſtatutis ꝓ-
uiſus dʒ relinqui diſpoſitioni iuris cõis.de reſcrip.c.ſuſceptum.li.vi.
⁊.l.cõmodiſſime.ff.de lib.⁊ poſthu. ¶ Nõ ob.ſi dicatur in libello Lau
rentij hoc cõtineri.vbi narrat̃ dictũ gentilem ceſſaſſe:fugiſſe:fraudem
⁊ dolum cõmiſiſſe:qꝛ narrata in libello bene probãt cõtra libellantẽ:
vt eſt tex.no.in.l.cũ precũ.C.de lib.cau.no.Bar.in.l.certum.§.ſi quis
1 abſente.ff.de cõfeſ.cano.in.c.j.e.ti.ſed pro libellante non:† qꝛ licet qs
poſſet confiteri contra ſe:pro ſe autẽ minime.xiiij.q.ij.in prin.imo cla
re debet probare ea que proponit in libello:al's dubia ꝓbatio nõ rele
uat vt in.c.in preſentia.de proba. Nõ obſtat ſnĩa pro dicto Laurentio
lata:qꝛ illa poteſt dici nulla cum fuerit probata ſub conditione reſolu
tiua fuit in fine ſibi reſeruatuʒ.qđ ſi dictus Baltaſar probaret de iure
ſuo per totũ menſem tũc ſtatutũ qđ dicta ſentẽtia eſſet nulla ⁊ nulli⁹
momẽti.hoc auteʒ officiales facere non potuerũt:qꝛ nullus iudex po
teſt ſuam vel ſui predeceſſoris ſentẽtiã reſcinndere etiã ſi poſtea appa
reat de innocentia rei.vt.C.ſent.reſcin.nõ poſ.l.j.⁊.ij.⁊.l.diui.ff.de pe-
ſex menſibus ꝓxime futuris, ⁊ hoc tpe non poſſit officium exercere,
non poteſt petere officium ꝓ alijs ſex menſibus, qꝛ id qđ eſt in obliga
tione, variat̃ ex tpe dictis iuribus ꝓxime allegatis, ⁊ qđ legi. ⁊ no. in
c. fi. de iud. Et ꝑ Bar. in. l. ⁊ ideo. ff. de ver. obl. ⁊. d. §. libertus. Sꝫ his
non obſtãtibus que vere vt ex infra dicendis apparebũt in caſu nr̃o,
minime obſtant: puto ꝙ priores ꝓ tpe exiſtẽtes poſſunt hãc electio-
nem facere. Et primo caſu allego bonũ tex. in. l. cum quidã. ff. de leg.
3 ij. vbi patet † ꝙ deputatus ad eligendũ poteſt poſt tempus purgare
moram antiquam vt fiat executio ab homine vel a iure, nam ibi lega
tarius tenebat̃ intra tempus bene eligere. vt legi. ⁊ no. in fi. illiꝰ legis.
¶ Et ꝙ̃ꝙ̃ ex mora competat petitio fideicõmiſſarijs, tamen añ peti
tionem lit. cõte. ⁊c. poteſt eligendo poſt tẽpus purgare morã. ⁊ ꝑ illã
l. dicit ibi Bar. ꝙ ſi teſtator reliqt aliqua diſtribuenda inter paupes
quos tales elegerunt, poterunt illo anno elapſo eligere ⁊ purgare mo
ram, ⁊ ſic non deuoluetur per lapſum anni poteſtas eligendi paupes
ad epiſcopũ, qꝛ datus ad eligendum ab homine vel a iure poteſt ſm
eum moraꝫ purgare anteq̃ ab homine vel a iure ſit facta executio ſe-
cus ſi ſit facta executio. vt. l. ſi is cui. ff. cõmo. ⁊ qđ ibi no. ¶ Scđo vi-
detur etiam tex. in. l. mancipiorũ. ff. de opt. leg. vbi tex. multum no. di
cit ꝙ ſi alicui eſt data optio, iudex poteſt ſibi prefigere terminum ad
optandum, ⁊ licet vere ſi intra terminũ nõ elegit actionẽ legatorũ nõ
competere ei, ⁊ tamen dicitur ibi ꝙ ſi intra terminum nõ elegerit põt
poſt terminũ eligere ſi ex hoc damnum heres non eſt conſecutus ꝓ-
pter qđ iudex decretũ fecit. Ita in propoſito lꝫ ad eligendũ medicuꝫ
tp̃s eligendi in ſtatuto ſit p̃finiendum, tñ ex quo per tpis lapſum non
ceſſat ratio ⁊ cauſa ſtatuti, imo fortius militat non debet eſſe excluſa
poteſtas eligendi. pondero eñ multũ prefationẽ ⁊ ꝓemiũ ſtatuti, ex
quo arguere licet cum colligitur mens diſponẽtis. vt. l. fi. de here. inſt.
⁊. l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg. ij. ⁊ in. c. vbi periculũ. ⁊ ibi ꝑ Ioã.
an. ne cle. vel mona. li. vj. per Bar. in. l. eum qui certarũ. ff. de ver. obl. ⁊
l. ambitioſa. ff. de decre. ab or. fac. Ratio eñ ſtatuti fuit conſeruare ſa
nitatem ⁊ prouidere egrotis, q̃ quidem rationes non ceſſant poſt mẽ
ſem Januarij. imo magis augent, qꝛ quãto plꝰ differtur tãto magis
mora eſt periculũ allatura. ⁊ ideo non debet ceſſare ſtatuti diſpoſitio.
Nã ad rationẽ legis debet limitari reſtringi ⁊ extẽdi ipſa lex etiam ꝯ̃
verba ipſiꝰ legis. vt. d. §. dulciſſimis. ⁊. l. ij. ff. ad tertyli. ꝑ Bar. in. l. itẽ
q̃ritur. §. q impleto. ff. loc. Dy. in regula fi. de reg. iur. lib. vj. Poſſunt
igitur [illegible]iores redargui ⁊ puniri de negligentia qꝛ non elegerũt ſꝫ po-
teſtas nihilominus durat cuꝫ illud qđ eſt principaliter in obligatiõe
non varietur tempore. nam medico nõ minus prodeſt ſi fuit electꝰ de
mẽſe Januarij q̃ ſi eligatur nunc. ad hoc bonꝰ tex. ⁊ qđ ibi no. Bart.
in. d. l. ⁊ ideo. ff. de ver. ob. vbi patet ꝙ ſi ad edificandum inſulam fuit
ſtatutum certum tp̃s ⁊ pars inſule corruit datur aliud tẽpus ad edi-
ficandum: qꝛ vt ibi notãter dicit Bar. eruenda ſunt que variant̃ ex tẽ
pore ⁊ in illis durat etiã poſt tp̃s, ex quo enim in obligatiõe verſatur
principaliter inſule edificatio nõ refert quo ad executionem obliga-
tionis an fiat nũc an poſtea. d. l. ⁊ ideo. ⁊ bo. tex. in. l. ſeruus q teſtamen
to. §. j. ff. de ſta. lib. ⁊ ad p̃dicta optime facit: qꝛ ſtatutũ prope finẽ man
dat puniri negligentiã priorũ in p̃dictis ſi nõ elegerint tempore debi
to vel ſi permiſerint medicũ abſentari ⁊c. Illa enim duo dũtaxat fue
runt in ſtatuto premiſſa. Et ſic illa clauſula negligentia punitiue non
poteſt niſi ad illa referri cũ loquat̃ in plurali: ex quo ſequit̃ ꝙ ſolũ mã
dat negligẽtiã puniri ⁊ nõ adimat poteſtatem videtur eis relinquere
poteſtatem poſt tp̃s ſicut dicimus in ſimili cum ſtatutum aliqd ꝓhi
beat ⁊ poſt modũ contrafacienti penam apponit. Nam per appoſitio
nem ſpecialis pene videtur velle ſeruare actum. vt no. Bal. poſt Cy. ⁊
Io. in. l. nõ dubium. C. de legi. ¶ Tertio principaliter facit vbicunq;
mãdatur alicui vt certum quid faciat aliquo tẽpore duo vident̃ man
data: vnũ vt illud faciat: reliquum vt faciat aliquo tẽpore: ⁊ ſi nõ põt
adimplere in tpe ex impedimẽto vel negligentia tenetur illud exequi
poſt tp̃s. text. eſt in. c. cũ dilecti. de dolo ⁊ cõtu. ⁊. l. celſus. ff. de arbi. ſed
prioribus mandatur vt eligãt medicum ſingulis annis de menſe Ja-
nuarij ergo ſi nõ eligerint in tpe ⁊ ſic nõ poſſunt adimplere mandatũ
in tẽpore tenentur illud exequi poſt tp̃s: vt. ſ. dixi. Si enim conſiderẽ
tur verba ſtatuti nõ dat̃ hoc prioribus in priuilegiũ: ſed neceſſitãtur
ad hoc faciẽduꝫ vt ptꝫ ex illis verbis ſtatuti teneantur erigere ⁊c. de-
bent parere meliori modo quo poſſunt. Nam hec diſpoſitio refertur
ad priores in genere: ⁊ ſic mãdatum nõ fit perſonis ſed officio: ſequit̃
4 ergo priores qñcunq; exiſtentes. † Nam ſucceſſores tenẽtur facere ea
ad que tenebant̃ predeceſſores: vt in. c. aduerſus. in fi. de immu. eccl. fa
cit de ſenten. excom. c. grauem. ⁊. c. nouerit. ⁊. d. c. j. de ſolu. cum alijs iu
ribus ſuperius allegatis. ¶ Quarto facit. c. ſi tibi abſenti. in fin. maxi
me iuncta gl. de preben. lib. vj. vbi poſt terminũ ad acceptãdum preſi-
xum poteſt quis acceptare: item quando iura prefigũt terminum ad
eligẽdum vel conferendũ ſi volunt poſt prefinitũ tempus deuolui ad
alios poteſtatem hoc exprimunt: alias autem non fit deuolutio poſt
tempus. vt in. c. qꝛ ꝓpter. de elec. ⁊. c. j. de conceſ. preben. ⁊ aut̃. hoc am
plius. C. de fideicom. ⁊. c. ij. de teſtamen. cum ergo in caſu noſtro ſtatu-
tum nõ diſponat quod poſt menſeꝫ Januarij fiat ad alias deuolutio
ſed ſolũ mãdat negligentiam puniri. Remanet ergo poteſtas ⁊ puni
tur negligentia. Concludo ergo quod priores pro tempore exiſtentes
hanc electionem medici poſſunt facere ⁊ puto ꝙ per annum integrũ
poterũt illum conducere qđ per ſtatutum principaliter diſponitur ⁊
facere ſingulis annis electionẽ ⁊ quelibet ſic electio debet durare per
annum. Et licet annus eſſet inchoandus de mẽſe Januarij: tamẽ ex
quo inchoari illo tpe nõ poteſt: poteſt in ſubſequenti tempore annus
finiri: qꝛ nõ debet differri id quod principaliter eſt in obligatione ꝓ-
pter variationem temporis cum tempus non conſideretur principa
liter ſed incidẽter ad bene eſſe: ⁊ forte quia tunc eſt principium anni.
¶ Ad predicta bene facit tex. in. l. ſeruus qui teſtamẽto. §. j. ff. de ſta-
tulibe. ⁊ in. d. l. ⁊ ideo. ⁊ in. l. domum. ff. de cõtrahen. emp. de omiſſio-
ne enim modice ſolẽnitatis nõ eſt curandum. vt in. l. j. in fine. ff. de vẽ.
inſpic. ſic ꝓ minimo nõ datur reſtitutio in integ. l. ſi ex cauſa. ff. de mi
no. ⁊. l. ſcio. ff. de in integ. reſt. ⁊. c. penulti. de rebus eccleſi. non alie. Et
per hoc patet reſponſio ad ſecundum dubium. Non obſtant cõtraria
ſupra allegata loquuntur enim quando aliquod ſtudioſe mandatur
ſeruari pro forma ſubſtantiali: ita quod actum non poſſit ſine forma
conſiſtere: illud enim eſt de ſubſtãtia actus quo poſito ponitur actus
quo remoto remouetur actus. vt no. Bar. in. l. prolatam. C. de ſenten.
facit quod no. glo. in. c. ij. de conſue. lib. vj. ⁊. ij. queſtione. j. manifeſta. ⁊
quod no. in. l. vniuerſa. C. de precib. impe. offe. Sed in caſu noſtro nõ
fuit appoſitum tempus vt eſſet de ſubſtantia electiõis: ſed bene ad be
ne eſſe: vt patet ex rationibus appoſitis in ſtatuto: ⁊ ex his que ſupra
dixi. ¶ Item in electiõe poteſt mora purgari poſt tempus niſi aliud
diſponeretur a iure vel ab homine: vt ſupra dictũ eſt. Sed in caſu no-
ſtro nil diſponitur in contrarium: nec electio medici variatur ex tem
pore: vt ſupra dixi. Et hec ſufficiant. Nicolaus Abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Quedam eccleſia nõ curata per

tempus de cuius initio non eſt memoria minime cũ alijs eccleſijs ci-
uitatis ad onera communiter incumbentia cõtribuit: ſed alijs ſoluen
tibus pro rata ſcđm impoſitioneꝫ ⁊ diſtributionẽ totius ⁊ ſuper his
deputatorũ ipſi eccleſie minime ſoluit excepto quod a duodecim an-
nis citra ſemel probatur ſoluiſſe ⁊ contribuiſſe vna cũ alijs communi
ſenarum imponenti ⁊ ex permiſſione ſummi pontificis quandã colle
ctã pro cuiuſdam caſtri acquiſitione. Nunc vero ſyndicus totiꝰ cleri
agit contra rectorem dicte eccleſie petẽs vt dicta eccleſia vna cũ alijs
contribuat ad onera communis: ⁊ de preteritis ſatiſfaciat. Queritur
quid iuris ⁊c.

¶ Conſilium. xciiij.

1 ☞ Conſuetudo contra ius non valet niſi ſit rationabilis.
2 Eccleſia vna poteſt preſcribere decimas in parochia alterius eccleſie.

IEſu chriſti ſaluatoris eiuſque piiſſime genitricis ſuffragio poſtulato. Videt̃ primo ꝙ nec a pteritis nec a futuris oneribꝰ dcã eccl'ia ſe ꝑ pſcriptionẽ liberare poſſit. Nã de iure cõmuni certũ eſt cũ onera oĩbus incũbant debẽt ab oĩbus ſupioribus ſubijci ad q̃ tenent̃ etiam religioſi ꝑ capellis ⁊ eccleſijs eorũ.vt in cle.ij.§.ſunt nõnulli.de cẽſi.facit regula qȝ oẽs tangit.de reg.iur.lib.vj.Et dicit Inn.in.c.j.de ſtatu reg.qȝ a lege dioceſana vt eſt ſingulare eccleſie cõtribuãt pro negotijs communibus totiꝰ dioceſis.xij.q.ij.nobis.x.q.iij.vnio.nec videt̃ ꝙ cõſue
1 tudo poſſit eccleſiã antedictã releuare:† qȝ cõſuetudo ꝯ ius nõ valet niſi ſit rationabilis:vt in.c.fi.de cõſuetu.Hec aũt non poteſt eſſe rationabilis:qȝ turpis eſt pars q̃ nõ cõgruit vniuerſo.vt in.c.fi.de ſpõ. duorũ.⁊ nature cõſonũ eſt vt hi non recuſent onera qui rerũ cõmoda amplectuntur:vt in cle.j.de cõſti.⁊ ſic talis cõſuetudo videtur contra equitatem naturalem ergo impreſcriptibilis nec pſcriptio ꝓdeſſe poteſt:qȝ licet noĩe alterius poſſit allegare preſcriptionẽ:vt ſcȝ alteri ſit ſubiecta:⁊ ad illiꝰ mãdatũ teneat̃ onera ſubire.vt in.c.auditis.⁊.c.cũ olim.de preſcrip.⁊ no.Jo.an.in.c.cũ venerabilis.de cenſi.nomine tñ proprio nõ põt hãc preſcriptionẽ allegare:qȝ non potuit preſcribere cõtra obediẽtiam:nec ſe a corpe ⁊ a capite ſeparare.vt in.c.cũ non liceat a capite.de pſcrip.li.vj.Et videt̃ prima frõte in hac materia caſus in.c.accedẽtes.de preſcrip.vbi canonici eccleſie cathedralis ad petitionẽ totius cleri cõpulſi ſunt pſcriptione nõ obſtãte ad cõtribuendũ vna cũ reliquo clero ad pſtandũ procurationem legatis ⁊ nuntijs ſedis apoſtolice,⁊ ponderãda eſt ratio deciſiua illius tex.dicit enim volẽtes ⁊ qȝ omnibus imminet ab oĩbus cõportetur ⁊c.⁊ tollit preſcriptionẽ etiã lõgiſſimi tpis:⁊ ſic videt̃ ex generali ratione illius litere ꝙ ꝯ onera cõia nõ poteſt particularibꝰ eccleſijs preſcribere etiã tpe lõgiſſimo.Sed his non obſtantibus contrariũ puto in caſu noſtro verius.⁊ primo allego pro hoc caſum iuncta gl.in verbo legitima. in cle.j.de cẽſi.vbi probat̃ ꝙ pſcriptio prodeſt in his oneribus vitandis in his tñ que pſcriptibilia ſunt ẜm gl.ibi ⁊ forte.ideo adiecit illaȝ limitationẽ:qȝ dubitat̃ nũqd aduerſus cathedraticũ currat preſcriptio.Nã gl.in.c.quicũq;.xvj.q.vij.voluit ꝙ lȝ currat pſcriptio in quãtitate:nõ tñ in totũ vt nihil debeatur:aliud tñ ſenſit Archidi.in.c.j. de pben.li.vj.Et plenius de hoc per Jo.an.in.c.cũ venerabilis.ꝙ nõ poſſit eccleſia ſuo noĩe allegare pſcriptionẽ.Et idẽ in ꝓcuratione ratione viſitationis.vt in.c.cũ ex officij.de pſcri.Idẽ in ꝓcuratione legatorũ ⁊ nũtiorũ ſedis ap'lice.d.c.accedẽtes.ſunt ergo quedã impreſcriptibilia:in alijs vero oneribꝰ regulariter currit pſcriptio vt ſentit Jo.an.in.d.c.cũ venerabilis.videmus eñ ꝙ in quarta decimarum ⁊ mortuorum currat pſcriptio etiã ꝯ epm:vt in.c.de quarta.de pſcrip.no.
2 gl.in.c.de ſtatu reg. ¶ † Item vna eccleſia pſcribit decimas in parochia alteriꝰ eccl'ie.vt in.c.j.de preſcri.lib.vj.⁊.c.ad ap'lice.de decimis. ¶ Preterea certũ eſt ꝙ ꝑ priuilegiũ poſſunt alique eccleſie ab oneribus cõibus eximi.vt.d.cle.j.⁊ in.c.cũ venerabilis.prealleg.ergo ⁊ preſcriptiõe:priuilegiũ eñ ⁊ pſcriptio equiparant̃.vt in.c.duo ſimul.de offi.iud.ord.preſertim qñ eſt tanti tpis de cuius initio memoria non exiſtit.habet̃ eñ in memoria illa pſcriptio tituli ſeu cõceſſionis vt in d.c.j.de pſcrip.li.vj.Et clarius in.l.hoc iure.§.ductꝰ aque.ff.de aqua quoti.⁊ eſti.⁊.l.j.in fi.de aqua plu.arc.pſumẽdũ eſt eñ ex aliqua legitima cauſa fuiſſe excẽplũ ex quo tãto tpe nõ ſoluit.videmꝰ eñ hoc ꝓcedere in preſcriptione ſeruitiorũ ⁊ cenſus vt ſufficiat allegare tm̃ tẽpus cauſa preſcriptionis.vt no.gl.in.c.nullus eps.j.q.j.⁊ Jo.an.in.c. ꝑuenit.de cẽſi.⁊ Bar.in.l.cũ de in rẽ verſo.ff.de vſuris.fortius hoc eſt admittẽdũ in pſcriptiõe libertatis q̃ eſt fauorabilior:vt ſingl'r dixit Jo.de lig.in.c.accedẽtes.palleg.qȝ lȝ in ꝓcuratiõe legatorũ ⁊ nũtiorũ ſedis ap'lice nõ currat pſcriptio ꝯ ipſos legatos ⁊ nũtios quo caſu intellexit illũ tex.Tñ cõtra reſiduũ bñ currit pſcriptio vt reliqui clerici ſeu eccleſie teneant̃ ad integrã procurationẽ legatorũ ⁊ nuntioruȝ. Nã hoc caſu nil detrahit̃ legatis ⁊ nũtijs:qȝ ſolũ preſcribit̃ cõtra aliquas eccleſias:vt fuit ſubtilis cõſideratio lȝ tex.iudicio meo huic intellectui aliquãtulũ reſiſtat.Nõ obſt.ſi dicat̃ qȝ tex.in.d.c.accedẽtes. addidit vt ſedis ap'lice.ſed pſcriptionẽ reijcit:⁊ ſic pſcriptio nõ operat̃ id qȝ priuilegiũ:poteſt enim tripliciter rñderi.primo ꝙ loquitur qñ preſcriptio non inducit̃ cũ cõſcientia illius qui poteſt priuilegiuȝ cõcedere.al's ſecus vt ſentit ibi Ant.de but. ¶ Scdo põt dici ꝙ non loquitur in preſcriptione tãti tpis de cuius initio nõ eſt memoria:nã illa habet vim cõceſſionis:vt in iuribus ſuperius alle. ¶ Tertio põt reſpõderi ꝙ loquit̃ in caſu ſpeciali fauore procurationis legatorum ⁊ nuntiorum ſedis ap'lice ſicut ſpeciale eſt in procuratione debita ratiõe viſitationis vt contra illã nõ currat pſcriptio.d.c.cum ex officij. vnde poteſt adduci ille tex.pro hac opinione ꝑ locum a ſpeciali in eo qȝ tex.ibi dicit cũ in talibꝰ nequeat pſcriptio locũ ſibi vẽdicare:ergo ſecus in alijs oneribus nõ priuilegiatis. ¶ Ultimo facit ꝙ ſicut vna eccleſia preſcribit cõtra aliã eccleſiã in iuribꝰ proprijs,vt per totum titulũ de pſcriptione:fortius debet admitti preſcriptio libertatis contra oẽs eccleſias quã ſpecialiter cõtra eccleſiam particulareȝ:vt notãter dixit Inn.in.c.cum dilectus.de cõſue. ¶ Cõcludo ergo ex predictis ⁊ notatis ꝑ Jo.an.in.d.c.cũ venerabilis.de cẽſibꝰ,qȝ excepta ꝓcuratione ratione viſitatiõis ⁊ legatorũ ⁊ nuntiorũ ſedis apoſtolice ⁊ charitatiuo ſubſidio vel cathedratico ẜm aliquos poteſt eccl'ia ãndicta ſuo nomine ſe tueri ab alijs oneribus ⁊ etiam a predictis allegando preſcriptionem contra reliquas eccleſias ẜm iſtam notabileȝ opi.Jo.de lig.Nõ obſtat ſi dicatur ꝙ iam ſunt duodecim anni ꝙ cũ alijs contribuit ad qȝ reſpondetur dupliciter. ¶ Primo illa collecta fuit impoſita ſpeciali iure autoritate ſummi pontificis tam exemptis q̃ non exemptis. ¶ Item ⁊ ſecundo preſuppoſito quod fuiſſet ſimpliciter impoſita per clerum tñ cum preſcriptio iam fuiſſet tunc completa nõ potuit vnicus actus illam tollere.Nã requiritur tẽpus ſufficiens ad preſcriptionem:⁊ ſic quadraginta anni cum minori tẽpore non currat preſcriptio.d.c.de quarta.⁊ in aut.quas actiones. C.de ſac.ſan.eccle.Ad hoc facit glo.no.in.l.temporalis permutatio. al's eſt.§.nemo aliene.ff.de verb.ſig.q̃ dicit ꝙ licet per vnicum actum interrumpatur preſcriptio,dum eſt in fieri:poſtq̃ tñ eſt inducta non ſufficit vnicus actus in contrarium quin debito tpe preſcribatur:de hoc eſt ibi tex.ẜm vnum intellectum:⁊ no.Jo.an.in fi.de conſue.in cõtractu conſuetudinis ſuper quinto.Nec obſtant alia ſuperius allegata:qȝ ex curſu tanti temporis preſumitur cauſa rationabilis:vt.ſ.dixi.itẽ eccleſia iſta iuuabit ſe ex preſcriptione ⁊ non ex conſuetudine: nam proprie ita eſt preſcriptio cum ius libertatis non acquiratur in communi ſed preciſe iſti eccleſie.Ad quod no.in.c.fina.de conſue.vbi no.in quo differat preſcriptio a conſuetudine.Et hec ſufficiant ad laudem ⁊ ad gloriam dei omnipotentis. Nicolaus Abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Quidã canonicꝰ regularis ordinis ſancti Auguſtini illum ordinẽ expreſſe profeſſus in monaſterio in quo viuebat ſub obſeruatione regulari: monaſterium non petita nec obtenta a ſuo ſuperiore licẽtia ex quadam animi leuitate exiuit. Et cum per aliqȝ tps vagaſſet ea animi leuitate qua exiuit monaſterium ſancti Dñici in quo non ſub obſeruantia regulari:ſed clauſtrali ẜm morem loquendi viuebatur:iterum ibidem profeſſionem emiſit. Nunc queritur an religionis ingreſſus ſecundus non petita nec obtẽta licentia a ſuo ſuperiore imo omnibus pretermiſſis nec de eis certiore effecto prelato qui eum ad ordinem ſancti Dominici recepit tenuerit.Item an huic liceat propria autoritate primum habitum reaſſumere.Et in primo ordine ſancti permanere.

¶ Conſilium.xcv.

1 Inſtitutio tranſitus tẽporis non eſt attendenda ſed obſeruantia.
2 Regula canonicorum regularium an ſit ſtrictior ſiue laxior regula monachali.

IN dei nomĩe eiuſq; matris virginis glorioſe beatiq; Hieronymi totiuſq; celeſtis curie triumphãtis amẽ. In pñti conſultatione breuibus agẽdo verbis tãgẽdo tñ veras cõcluſiones doctorũ ſine argumẽtorũ vlla cõcertatione veritatẽ tñ breuiter conabor ponere. Pro cuius elucidatione promitto ꝙ ſi quis ꝓfeſſus eſt in aliqua de religiõibus approbatis ⁊ velit ipſa religione dimiſſa tranſire ad ſtrictiorẽ ſiue arctiorẽ religionem ſeu ordinẽ debet primo licentiam petere a ſuperiore.vt eſt tex.⁊ gl.in.c.licet.de regu.⁊ ibi Jo.an.⁊ alij doc.Et eſt glo.in.c.cũ ſingula.in verbo canonice.de preben.lib.vj.Et licet de iſta materia vȝ qualiter ⁊ quid requiratur ad hoc quod religioſus poſſit tranſire de ſua religione ad aliam ſiue de ſuo monaſterio ad aliud monaſteriuȝ: doctores in diuerſis locis varia loquuntur.⁊ in Specu.in eo.titu.§. nunc quoq;.ver.xxiij.aliquid tangat.⁊ per Joan.in.c.ſi.de renunc.et Jo.and.poſt alios in.c.non eſt.ſuper prima gl.de regu.⁊ ſuper gloſſ. in verbo prelatum.per doc.in clemen.j.de ele.⁊ per Innocen.de iure iuran.ſicut noſtris.⁊ per glo.Innocen.⁊ alios doc.incl.ſignificatum. de regu.⁊ per gl.in.c.cũ ſingula.de preben.li.vj.⁊ ibi Jo.mona.⁊ per Archid.in.c.ſi religioſus.de teſta.in.vj.⁊ per eundem Archid.xix.q. ij.§.ſed ſubaudiendum.⁊.xx.q.j.monachum.⁊ plene per But.in gl.⁊ doc.in.d.c.licet.de regu.in quibus locis plene tractatur ꝙ ſi religioſus trãſeat ad parẽ religionẽ:qȝ ſi ad laxiorẽ,qȝ ſi ad diuerſam locũ eiuſdem religionis:quod ſi ad ſtrictiorem religionem.Tamen vera ⁊ indubitata omniũ cõcluſio eſt qȝ ſi vult tranſire ad ſtrictiorẽ religionem debet petere licẽtiam a ſuo ſuperiore:⁊ tũc petita licentia lȝ non obtenta licite poteſt tranſire per iura ſuperius allegata.⁊ per doct.in locis ſuperius prenominatis. ¶ Secundo premitto qȝ an ſi vna regula ſit ſtrictior altera ad hoc neq; poſſit de vna ad ſtrictiorẽ trãſire nõ attendit tempus inſtitutionis regule:lȝ tempus quo trãſit an illa ad quam trãſit ſit ſtrictior quo ad actualem obſeruantiam illa a qua trãſit lȝ illa ex inſtitutiõe regule fuerit ſtrictior.h.oc tenet Innoc.
1 in.c.ſane.de reg.† quia nõ eſt attẽdẽda inſtitutio ſed obſeruãtia temporis trãſitus.pro quo facit optime ille tex.⁊ textus de reg.in.c.cum monaſterium.⁊.c.cum cauſam.eo.tit.qȝ intelligitur in limitata.put no.Jo.an.in dicto.c.ſane.de regu.recitãs opinionẽ theologorum.de qua ibi.⁊ aliquid tangit glo.fin.in.c.ſuper eo.de regula.⁊ ibi aliquid ⁊ quis

⁊ quis ordo ſeu que religio ſeu regula dicitur ſtrictior altera, plene ꝑ Inn.⁊ Jo.an.in.d.c.ſane.de reg.⁊ plene per Pau.per clem̃.vt profeſſores.de reg.⁊ aliquid per doc.in.d.c.ſuper eo.⁊ aliquid ꝑ Archidi.in c.preſbyteros.xx.q.iij.⁊ ibi ꝑ eũ,an canonicus regularis poſſit tranſire ad monachatum.de quo per eũdẽ Archid.in.c.mandauimus.xix.
2 q.iij.⁊ ꝑ Jo.and.in.d.c.ſane.in quibus etiam locis habetur † an dicta regula canonicorũ regulariũ,ſit ſtrictior ſiue laxior regula monachali vt in.c.qꝺ dei timorẽ.de ſta.reg.⁊ vtrũ ſit ſtrictior ſeu laxior alijs regulis.His premiſſis deſcendo ad caſum ꝓpoſitũ,dicẽdũ arbitror ꝙ cum dictus canonicus regularis nõ petita licẽtia a ſuo ſuperiore exiuerit monaſterium ſuum ex quadã animi leuitate nõ inſpiratiõe diuina,⁊ intrauerit aliud monaſterium ſancti Dominici,ibidẽqꝫ ꝓfeſſionem fecerit quod non valuerit aliquo modo trãſitus ad dictũ monaſterium ſancti Dominici,etiã ꝓſupponẽdo ꝙ fuerit arctioris religionis cũ requiratur de neceſſitate ad hoc vt poſſit tranſire ꝙ licẽtiaꝫ petat a ſuo ſuperiore,inficitur ſecũdus tranſitus ex nõ petitione legitima ne bonum obediẽtie cõtẽnatur.per text.glo.⁊ doct.in.d.c.licet.de regula.⁊ ibi concor.⁊ hoc voluit gl.in.cum ſingula.c.in ver.canonice.de ꝑbẽ.lib.vj.⁊ doct.in locis in principio allegatis.Et lꝫ gl.in.d.c.lꝫ.de regu.diſputet an ſi aliquis tranſeat ad ſtrictiorẽ religionem nõ petita licentia teneatur redire ad primam religionem.Tñ concludit ꝙ ſi leuitatis cauſa tranſiuit,vt in caſu noſtro,tenetur omnino redire ſꝫ omnes docto.idem gloſſ.⁊ ibi text.in.c.mandamus.xix.q.iij. Et ibi glo.⁊ ibi Joan.and.poſt Butrium.in.d.c.intelleximus.Et hoc indubitatum eſt per docto.per ſupradicta.⁊ licet etiam glo.in.d.c.licet.de regula.videatur tenere opinio.quod ſi nõ leuitatis cauſa tranſiuit ad ſtrictiorem religionem non petita licentia non tenetur redire ad primam religionem.Et idem ibi Hoſ.tamẽ Jo.and.ibi ⁊ cõmuniter oẽs doct.⁊ late Butri.tenẽt ꝙ indiſtincte quocũqꝫ modo trãſeat ad ſtrictiorem religionẽ nõ petita licẽtia,etiã nõ ex animi leuitate teneatur redire ad primũ cũ nõ valuerit aliquo mõ trãſit⁹,ſic dicit Joan.an.ſe vidiſſe ꝓnũtiari.Idẽ tꝫ gl.in.c.intellexim⁹.de eta.⁊ quali.Et ibi Inno.⁊ idẽ glo.⁊ ibi Archi.in.c.mãdamus.xix.q.iij.Et ſi dicatur quid operatur hoc ꝙ redeat ad primũ qꝛ ſtatim poterit licẽtiã petere ⁊ redire ad ſecũdũ.reſpõdet Jo.an.in.d.c.lꝫ.ꝙ ſatis eſt qꝛ ſatiſfacit iuri requirenti ꝙ petat licentiam.allegat de accu.c.ad petitionem.de ſuppl.negl.prela.c.qꝛ regulares.inducit ſimile ſicut in ordinata electio.compulſus admittit̃ ordinata de eodẽ ⁊ ſup eodẽ.de ele.c.ſuper eo.⁊.c.innotuit.in fi.de iudi.examinata. ¶ Itẽ poſſet reuerſus ad ꝑmũ manere ibi mutato ꝓpoſito.allegat ad hoc de ſponſa.c.tua.⁊ qꝺ ibi no.ſup gl.prima.Idẽ tꝫ Pau.in cle.ideo.de reg.ne bonũ obediẽtie contemnatur,⁊ qꝛ forte rediens in ſua vocatione remanebit.Et reſpondit ibi ad.c.ſane.de regu.Idẽ But.in.d.cle.licet.⁊ ibi Jo.andr.reſpondet ẽt ad dictum.c.ſane. ¶ Ex quibus omnibus clare concluditur ꝙ cũ predictus canonicus regularis ex quadã animi leuitate trãſiuerit ad monaſteriũ ſancti Dominici nõ petita ſui ſuperioris licẽtia qꝺ nõ valuerit tranſitus qꝺ ſ etiam vendicat ſibi locũ ſi non ex animi leuitate trãſiſſet per ſupradicta. ¶ Cõcludo forte ꝙ licet poſſit etiam cũ ſecundo ꝙ cum in monaſterio ſuo primo viuatur ſub obſeruantia regulari ⁊ in ſecundo monaſterio ad quod tranſiuit non viuatur ſub obſeruantia regulari ſed clauſtrali:tenẽdo opi.Inn.in.c.ſane.de reg.vt dixi.ſ.in ꝑn.quod tamẽ ꝓ nunc non confirmo videlicet ꝙ attẽdat̃ actualis obſeruantia tempore tranſitus non inſtitutio regule an dicatur ſtrictior an laxior,de quo me remitto ad not.ibi per Jo.⁊ alios,tamẽ ſm̃ Inno.non valuerit ꝑdictus tranſitus cum non tranſiuerit ad ſtrictiorem religionem per ſupradicta. ¶ Ex quibus omnibus infertur ad ſecũdũ queſitum quod cũ nõ valuerit tranſitus licet poterit propria anthoritate dictus canonicus regularis redire ad ſuuꝫ primum monaſteriũ.⁊ primo ſuo habitu ⁊ ordine ꝑmanere:⁊ hoc voluit Jo.and.⁊ But.in d.c.licet.de regu.cũ dicunt ꝙ tenentur redire.etiam ad hoc eſt tex.in c.intelleximus.de eta.⁊ quali.ibi dum dicitur ad primam domum redire curaſti ⁊c.ergo propria autoritate qui reditus approbatur ibi ꝑ text.⁊ idem ibi glo.idem not.text.in.c.mandamus.xix.q.iij.dum dicit text.precipimus vt redeat:vt idem ibi glo.hoc expreſſe voluit ibi Archi. Item aperte voluit Pau.in cle.j.de reg.qui dicit ꝙ ſi nõ vult redire compellatur redire. ¶ Reuertatur ergo ⁊ ſi non vult ibi ſtare,licentiam petat ⁊ tranſeat ad ſecundum monaſterium. ¶ Ex quibus omnibus clare de iure concludo tranſitum dicti canonici regularis non valuiſſe nec tenuiſſe ⁊ quod dictus canonicus regularis licite ꝑt ꝓpria authoritate recedere,⁊ ad primum ſuum monaſteriũ redire,ibi deniqꝫ in ſuo priori habitu ⁊ ordine permanere:vt clare ⁊ aperte ſupra oſtẽſuꝫ ⁊ approbauũ eſt. ¶ Preterea ſi dicamus ꝙ iſte monach⁹ ſiue canonicus regularis tranſeundo ad aliud monaſteriũ alterius religionis non petita licentia ſit fugitiuus,nihilomin⁹ dꝫ reddi ⁊ etiaꝫ reſtitui monaſterio primo.vt in.c.Joannes.de reg.etiã cõpetit ſibi actio co[ntr]a primũ monaſterium vt ibidem recipiatur,vt no.Jo.and.ſuper dicta glo.fina.⁊ in.c.fina.eod.titu.⁊ legitur ⁊ notatur in glo.fin.ſuper ea.⁊ in.c.cum dilecta.de reſcrip.⁊ in.c.cũ eccleſijs.circa fi.de maio.⁊ obedi.per Hoſti.⁊ in.c.j.de infa.⁊ Cyn.lau.exponit niſi ter aufugerit a monaſterio.vt dicit Jo.and.in dict.c.fi.de regu.ſiue dicamus quod temere tranſiuerit ad dictum ſecundum monaſterium nõ petita licentia nedum habita:⁊ dicitur tunc temere tranſire:vt dicit glo.ibi ⁊ ſuper ea Joan.and.in dicto.c.Joannes.procedit dicta concluſio.tamen melioris conditionis exiſtere videtur tranſeundo ad ſecũdũ monaſterium non petita licẽtia:qm̃ negando cum non dicatur apoſtata ⁊ regula maiori apoſtaſia que inducit excõmunicationẽ:vt dicit Jo.an.in dicto.c.Joãnes,allegat.c.ij.ne cleri.vel monachi.li.vj.Preterea dictus tranſitus nõ petita licentia eſt nullus ipſo iure.Idcirco nõ preſtat impedimentũ per ea que leguntur ⁊ notãtur in regula non preſtat.de reg.iur.li.vj.⁊ in.c.cum acceſſiſſent.c.cum M.⁊ in.c.pe.de cõſtitu.in.c.ſupplemento.in tantum ſine cauſa non confirmata per ipſum ſuppreſſum dicitur vacare:imo etiam vt vacans põt impetrari vt dicunt docto.

Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.xcvi.

1 Multitudo ſine iuſtitia gubernari non poteſt.
2 Licentia in religione proprie que dicatur.
3 Papa ſolus diſpenſat ꝙ quis tranſeat de maiori ad minorem.
4 Fratres predicatores tranſeuntes ad monachos nigros ſi non obſeruant regulam Benedicti ſunt veri apoſtate.

In chriſti nomine amen. Cum ad aures reuerẽdi ⁊ circũſpecti viri dñi Pētri Stephani pcẽtoris eccleſie Antiodorẽſis ⁊ canonici Biturẽſis apoſtolice ſedis nũtij ⁊ delegati ac monaſterioꝝ ordinũ quoꝝcũqꝫ non mẽdicantiũ viſitatoris correctoris ⁊ reformatoris in ꝓuincia Tuſcie ⁊ Janue:per ſedẽ eandẽ inter cetera ſpecialiter deputati viſitãdo monaſteriũ ſcẽ Marie de Florẽtia ordinis ſancti Benedicti nigri habitus ⁊ abbate carẽte fama publica referẽte peruenit qꝺ in dicto monaſterio erãt nõnulli ꝓ monachis ipſius monaſterij ſe gerẽtes ⁊ habitũ ipſius publice deferẽtes ⁊ loca monachoꝝ dicti monaſterij occupata tenentes ⁊ bona ipſius monaſterij recipiẽtes indebite ⁊ iniuſte in dãnũ ipſi⁹ monaſterij cũ ipſius monaſterij non ſint vere monachi ſꝫ apoſtate de alijs ordinibus fugiẽtes vel abiecti de ipſo monaſterio ꝯtra deuꝫ ⁊ iuſtitiã per ambitionẽ ⁊ ſurreptionẽ intruſi i animarũ ſuarũ periculũ ⁊ monaſterij ꝑlibati grauamẽ ⁊ dãnum.dictus prefatus Pētius ꝯſiderãs ꝙ iuxta autoritatẽ Hieronymi nõ eſt bonũ panẽ filioꝝ dare canibus hoc eſt legatoribus ⁊ intruſis.xxij.q.j.ſi cupis.monuit omnes ⁊ ſingulos gerẽtes ſe ꝓ monachis ipſius monaſterij ⁊ cuilibet eoꝝ ꝓcipiendo mandauit intra certũ terminũ peremptoriũ vt quilibet eorũ deberet facere fidẽ de ſua inſtitutione vel titulo quẽ habet in dicto monaſterio. ¶ Corã quo intra dictũ terminũ quidã gerẽs ſe pro monacho dicti monaſterij q primo ꝓfeſſus fuit ordinẽ fratrũ pdicatoꝝ ⁊ ab ordine ipſe ꝓciſus ⁊ abiectus ſub forma inferius annotata ad ꝓbandũ titulũ ſui monachatus ⁊ inſtitutionis ꝓducit literas reuerẽdi patris dñi Joãnis ſancti Theodori diaconi cardinalis apoſtolice ſedis legati ⁊ adminiſtratoris dicti monaſterij,quarum autoritate receptus fuit in monachũ dicti monaſterij ⁊ proceſſuꝫ factũ per venerabilẽ patrẽ epiſcopũ felluſieñ.executorẽ deputatũ ad hoc per dictũ legatum quarum literarũ ⁊ proceſſus ⁊ licentie preciſionis tenor talis eſt ſub hac verborum forma ⁊c.

In chriſti nomine amẽ.anno incarnationis eiuſdẽ milleſimo tricẽteſimo trigeſimoquarto indictiõe tertia:die decima nona mẽſis octobris.Nouerint vniuerſi patres inſtrumentum publicũ inſpecturi:qꝺ religioſus vir cenobij quõdam ricij infraſcriptus cõſtitutus in preſentia reuerẽdi in chriſto patris domini:domini Thedectij dei gratia epi felluſieñ.executoris infraſcriptarũ literarũ dñi cardinalis legati i capitulo monaceñ.ſancte Marie de Florẽtia pñtibus religioſis viris dominis Andrea priore clauſtrali ⁊ Gulielmo Bonauẽtura Doffo Henrico ſalui Frãciſco Bartol.Andrea de pileſtris ⁊ benedicto monachis dicti monaſterij ⁊ capitulum ⁊ tanꝗ̃ capitulũ dicti monaſterij de mandato dicti prioris more ſolito cõgregatis preſentauit ⁊ exhibuit dicto domino epiſcopo quaſdam literas infraſcripti domini Joannis cardinalis legati eius vero ⁊ ſolito ſigillo cum chordula alba pendente munitas quarũ tenor talis eſt.Joannes miſeratione diuina ſancti Theodori diaconus cardinalis apoſtolice ſedis legat⁹ venerabili in Chriſto patri domino epiſcopo Felluſieñ.ſalutẽ i dño.dilecti i Chriſto cenobij quõdã Richi ordinis pdicatoꝝ fratrũ monita promerẽtur anime ſue ſaluti quantum rationabiliter poſſumus puidere curemus.Cum itaqꝫ ſicut oblata nobis ſua pcatio continebat ab ordine ipſo nuper licẽtiatus exiſtat ⁊ cupiat ſicut aſſerit in monaſterio ſancte Marie abbatie Florẽtie vulgariter nũcupate ordinis ſancti Benedicti ſub ipſius ordinis regula domino famulari:⁊ ibi vite ſue reliquias conſummare.Nos ſuis ſupplicationibus inclinati volẽtes eum in huiuſmodi ſuo laudabili propoſito cõfouere paternitati veſtre autoritate qua fungimur preſentiũ tenore committimus ⁊ mandamus quatenus ſi eſt ita eundem cenobiũ faciatis autoritate noſtra in monaſterio predicto in monachum recipi atqꝫ fratrẽ ⁊ ſyncera in domino charitate tractari ſibiqꝫ habitũ eiuſdẽ monaſterij ac de communibus fructibus ⁊ prouentibus illius ſicut vni ex alijs monachis portionem integreꝫ exhi

heri cõſtitutionibus ⁊ ſtatutis predicti monaſterij de nõ recipiẽdis apoſtatis ⁊ quibuſlibet alijs in contrarium editis: dum tñ per ſedẽ apoſtolicam nõ fuerint confirmate non obſtãtibus quibuſcũq;. Datũ ſenis Idibus octobris pontificatꝰ ſanctiſſimi patris ⁊ dñi noſtri dñi Ioãnis pape .xxij. Anno decimonono. ¶ Itẽ preſentauit ⁊ exhibuit dicto domino epiſcopo quaſdam literas infraſcripti fratris Ioannis ⁊ prioris vero ⁊ ſolito ſigillo prioris principalis fratrum predicatorum Romane prouincie cere rubee impreſſo munitas. Quarum literarum tenor talis eſt.

Uniuerſis preſentes literas inſpecturis frater Ioannes de põtatijs ordinis fratrũ predicatorũ in romana prouincia prior ꝓuincialis indignus ſalutẽ ⁊ ſynceram in dño charitatem.
1 † Iuſtitia ſine qua multitudo gubernari nõ põt ſecundum grauitatem culparum ⁊ acerbitatem adhibet penã cuiſius ſuum vnicuiq; tribuens crimina diſtringens malis afflictionem ſecũdum exigentiam tranſgreſſionum. ¶ Frater igr̃ cenobius de albiẽtis de florentia qui grauiſſimam culpã cõmiſit in paraſceue apoſtatãdo acerbiſſima pena plecti ⁊ amaris doloribꝰ caſtigari debebat quã penam in penitentiam impoſitam ⁊ imponẽdam: forte cõtumaciter recuſauit. Ego igr̃ cõſiderara bti Auguſtini ⁊ patris noſtri regula que iubet reum emendatoriã ſubire vindictam: quam ſi nõ tulerit de noſtro ordine noſtraq; ſocietate mandat proijci. Viſo etiã ⁊ diligentiſſime inſpecto noſtrarum cõſtitutionũ tenore qui grauiſſimã appellat culpam incorrigibilitatẽ illiꝰ qui nec culpas timet admittere ⁊ penas recuſat ferre. Quem dicit de noſtro ordine precidẽdo de diffinitorũ cõſilio ⁊ aſſenſu ipſum fratrem cenobium qui iam profeſſionẽ a corde abiecit habitum noſtre profeſſionis mando exui ⁊ a corpore noſtri ordinis tanq̃ inutile membrum non crudeliter ſed miſericorditer ne contagione peſtifera alios inficiat, precido. Hanc aũt ſuam ſeueritatem ſcđm ſamaritani exemplum vulneribus ſaucij vinũ ⁊ oleum infundentis pietate volẽs compati a ſentẽtia excõicationis quã ꝓpter apoſtaſiam incurrit abſolui. In cuius ſententie expulſionis ⁊ abſolutionis teſtimonium ſigillum noſtrum prouincialatus duxi preſentibus apponẽdũ. Datũ in vrbe veteri in noſtro prouinciali capitulo. Anno dñi. M.cccxxxj. die .xxij. mẽſis Septembris. ¶ Eidẽq; dño epõ humiliter ſupplicauit quatenus ad executionem eorũ q̃ in dictis literis dñi legati continentur ꝓcedere dignaret̃. Qui dñs epſ debita cum reuerentia receptis lectis ⁊ conſideratis literis ſupraſcriptis volens contenta in dicti dñi legati literis iuxta cõmiſſionẽ ſibi factam exequi reuerenter queſito primo per dictum dñm epiſcopũ a priore ⁊ monachis ſupradictis ſi cõſtitutiões dicti monaſterij de nõ recipiendis apoſtatis ſint per ſedem apoſtolicã cõfirmate: ⁊ ipſis reſpondentibus ⁊ aſſerentibus qđ per ipſam ſedem non fuerunt confirmate autoritate cõmiſſiõis ⁊ mãdati ſibi facti ꝑ literas ſupradictas monuit dictos Andream priorẽ Gulielmum Bonauenturã Doffagni Henricum ſalui. Franciſcum Berto. Andream ⁊ Benedictum vt iuxta dictarum literarum cõtinentiam eundem Cenobium in dictũ monaſteriũ ⁊ monachum reciperẽt atq; fratrem: atq; ſyncera in domino charitat e tractarẽt ⁊ ſibi habitum dicti monaſterij ac de cõmunibus fructibus ⁊ prouentibꝰ illiꝰ ſicut vni ex alijs monachis portionem integrã miniſtrarent. Qui dñs Andreas prior ⁊ omnes alij monachi ſupradicti volentes monitionem predictam exequi reuerenter eundem cenobium pacis oſculo in dicto monaſterio receperũt in monachum atq; fratrẽ ſibi dicti monaſterij habitũ exhibẽtes. Qui dñs cenobius predicta oĩa acceptãs humiliter ⁊ deuote genibus flexis ⁊ manibus iũctis fecit ⁊ promiſit dicto epiſcopo vicario dicti dñi Cardinalis recipiẽdi ꝓ dicto domino cardinali tanq̃ ſuo dño ⁊ prelato obedientiam ⁊ reuerentiam conſuetam ⁊ mandãs dictus dñs epiſcopus mihi Soldo notario ⁊ ſcribe qđ de predictis publicum cõficerẽ inſtrumẽtum. Actum florentie in capitulo dicti monaſterij p̃ſentibꝰ preſbytero meliore capellano dicti dñi epiſcopi: ſer ſancto: ſer cautis notarijs. Et Franciſco dñi ſananennis de florẽtia teſtibus ad hoc rogatis. Ego dictus Soldus paleſim de piſtorio Imperiali autoritate notarius ⁊ iudex ordi. Et nũc ſcriba dñi epi predictis oĩbus interfui eaq; de mandato dicti patris ⁊ rogatu dicti domini cenobij ſcripſi ⁊ fideliter publicaui. ¶ Querit̃ an dictus cenobiꝰ ſit cẽſendꝰ vetꝰ monachus abbatie predicte. Et q̃ ex diſtinctione negotium magis clare fit. facit de reſcriptis. c. ſuper literis. ⁊ etiam quia per queſtiones diſtinctas ⁊ particulares magis liq̃t natura totius. Ideo in preſenti queſtione vtor diſtinctione. Et primo quero an iſte cenobius ſi abiectus intelligatur habere licẽtiã tranſeundi ad eam religionẽ. ¶ Secũdo an litera legati ſibi ꝯceſſa ſuꝑ dctõ monachatu valeat. ¶ Tertio an proceſſus habitus per epiſcopũ feſulon. teneat. ¶ Quarto an receptio monachorum teneat cũ eum tractauerint vt monachuʒ necne. Et dico quod non cenſetur licentiatus imo abiectus cũ ignominia.
2 † Nã licẽtiatus proprie dicitur qui de licentia ſuperioris ad aliũ ordinem tranſit: vt extra de regula. licet argumentũ eſt dubium. cum ſimi. Et qđ talis abiectus cenſeat̃ cã ignominie. facit de ſtatu mona. ea que. Nam aliud eſt eſſe abiectũ: aliud fugitiuuʒ ſiue apoſtatam. vt in regula. c. vlti. ⁊ in extrauaganti benedicti. paſtor bonꝰ. q̃ ibi ponũtur vt diuerſa. Nec etiam fit ibi mentio de licentiatis ⁊ quã e. q̃ licentiati tranſiuerunt cum licentia ⁊ debito modo: vt ſic non ſint reuocãdi: facit optime de renuntia. quidam. vbi obtenta licentia renuntiãdi compellitur renuntiare. Et ita obtenta licentia tranſire. Sʒ alij vt fugitiui abiecti ſunt reuocandi. vt in iuribus preallegatis. ergo nõ ſunt licẽtiati poſtq̃ compellũtur tales eos reuocare annuatim. facit optime ⁊ videtur caſus legis. ff. de his qui no. inf. l. qđ ait pretor. ff. ignominie cauſa. vbi patet ꝙ ſimpliciter remiſſus non intelligat̃ remiſſus ignominie cauſa. Sed quando ignomine cauſa remittitur tũc ſemp hec exprimitur. Sʒ hic in caſu noſtro exprimitur ꝙ ignominie cauſa abijcitur: ergo non eſt ſimpliciter licentiatus cũ cauſa ignominie eſt remiſſus ſiue abiectus. Item ex alia cauſa patet quod ignominie cã fuit remiſſus ſiue abiectus. Nã fuit exautoratus inſignijs militaribꝰ, id eſt inſignijs religionis: vt patet in dicto. §. ignominie. ergo tamen ratione expreſſionis facta in remiſſione ſiue abiectiõe ꝙ ratiõe exautorationis cenſetur ignominie cauſa remiſſus ſiue abiectus: ergo nõ põt dici talis licentiatus cũ iſta ſint valde diuerſa: vt ſupra dictũ eſt certe nõ video quomodo. Item vt patet litera obiectionis non datur ei licentia vt tranſeat ad aliquem ordinem vel monaſterium imo dicũt doctores ꝙ nunq̃ abbas debeat monacho ſuo dare licentiam trãſeũdi ad alium ordinem niſi primo habeat monaſterium paratũ: alioqn eſt apoſtata ſi aliter recedit: vt no. Innoc. ⁊ Hoſtie. de renũtia. c. vltimo. ergo pꝫ qđ etiã ſi eſſet in litera abiectionis dictũ qđ tranſiret ad aliquã religionẽ nõ expreſſo certo monaſterio ꝙ non poſſit dici licentia: q̃ cõtra ius eſſet data: ergo quatenus magiſter in litera abiectionis nihil ibi de hoc or̃: imo ſi bene conſiderent̃ litera abiectionis qđ eſt valde notabile per que euidẽter cõcluditur qđ licẽtia dici nõ poteſt q̃ nõ eſt. Itẽ ad ſecundum dico ꝙ litere legati nulle ſunt ipſo iure. Nam ſunt impetrate tacita veritate ⁊ expreſſa falſitate non valent vt patet de reſcrip. ſuper literis. imo de iure cauetur quod in talibꝰ literis nõ debet aliquid ſubticeri qđ deberet animũ cõcedentis ad denegandũ vel ad dandũ mouere. vt in. d. c. ſuper literis. in glo. Ex hoc. ⁊ Io. an. de reſcrip. in. c. gratia. lib. vj. in glo. quia ⁊ hoc. de reſcrip. poſtulaſti. ⁊ Archi. de preben. non poteſt. li. vj. ⁊. j. q. vij. hi qui. cum ſimilibus. Sʒ quis hebes diceret ꝙ legatꝰ cõceſſit ꝙ fuiſſet deiectus ꝓpter ſua demerita tã turpia. ⁊ qđ die veneris ſancti apoſtatauerit: certe nullꝰ dubitat quod talẽ literam ei nõ dediſſet: imo expreſſit quod erat licẽtiatus: vt patet in litera: qđ erat falſum: vt ſupra patet ⁊ ꝑ formã ſue abiectiõis. Et ſic legatus debuit intelligere de licẽtia debita ⁊ ex cauſa probabili ⁊ nõ ignominioſa. facit. C. de his qui veni. etatis impetra. l. ſi. ergo vt dictũ eſt litere per quas fuit exceptio facta de eo ſunt nulle. vt de reſcriptis. c. ad audientiam. ij. Item ad hoc etiam facit: quia quando aliquid predicatur per prius ⁊ per poſterius ſimpliciter platum intelligitur datuʒ ꝑ prius. vt no. ff. ſi ager vectigal. vel emphy. l. j. vbi nomine dominij intelligitur directum non vtile. ergo idem de licentia. ¶ Item ſi bene conſideres in litera legati dicitur ſi ita eſt: ⁊ tamen ita non erat, neq; epiſcopus ſuper hoc fecit inueſtigationẽ vt patet in proceſſu epiſcopi feſulani. ⁊ ſic exceſſit formam mãdati: ⁊ ſic non valet quod factum eſt per epiſcopum etiã ſi litere legati valerẽt. facit de reſcrip. c. cum dilecta. nam talia mandata ſunt ſeruãda diligẽter. vt de prebendis. cui de non ſacerdotali. li. vj. ff. manda. l. diligẽter. cum ſimilibus. cuʒ ergo iſte litere ſunt nulle ⁊ proceſſus nullus rationibꝰ ſupradictis patet quod receptio ⁊ monachatus nullus eſt: quia vigore iſtarum literarum proceſſus eſt receptus. ¶ Item ad tertiũ dico quod talis proceſſus eſt nullꝰ ⁊ hoc per iura ſupra allegata. Nõ obſtat ſi dicatur quod ſi mandetur alicui quod prouideat de tali bñficio perſone: quod teneat prouiſio etiã ſi prouideatur perſone nõ ideo nee: vt no. Innocen. de pſump. c. vltimo. Et tãgit Io. and. de officio de leg. iudices. in clemen. quid ſi bene cõſideretur conditio iſtius qui impetrauit literas in conditionem ⁊ non in monitionem: vt per no. ibi per dictos docto. Et ſi qđ ſit ſtante conditione nullum eſt aliter quãdo alicui mãdatur prouideas tali ſi eſt idoneus tunc cum prima facie quilibet preſumatur idoneꝰ, vt in dicta decreta. vlti. niſi appareat cõtrarium non eſt neceſſaria aliqua probatio ſiue examinatio vt ille habeat ſe probare idoneum. Sed quando dicitur ſi habuit licentiã vel id ſimile: certe licẽtiam non preſumitur habere niſi eam oſtẽdat: ſicut dicimus preſumitur idoneus probetur contrarium. Sed hec licentia non oſtendit ſe propter demerita ſua deiectuʒ. Et ſic cum non habuit licentiam ⁊ mandabitur ſub conditione ſi habuit licentiam patet expreſſe quod illud quod factum eſt per epiſcopum feſulanum nullum eſt vt in iuribus ſupra allegatis. ¶ Item ad quartum dico quod recepto monacho quod tractauerint eum vt monachum nõ facit eũ monachum: planum eſt quod iſti monachi ſemper nitebantur conſenſui ⁊ literis dicti legati ⁊ proceſſui epiſcopi. Nã hoc patet quia eſt mãdatum eis vt recipiant eum iuxta literarum dictarum continentiam domini legati ⁊ ſic receperũt ⁊ ſic ſemper intendebãt ⁊ tractau[illegible] iuxta continentiam dictarum literarum. Sed continẽtia litere ⁊ proceſſus erãt nulli ⁊ ſic receptio nulla. Nã preſumunt̃ manere in ea volũtate in qua erant tẽpore receptionis niſi probetur mutata: vt de bapt. maiores. ⁊ quod metus cauſa. c. perlatum. ⁊. ff. de probatio. eum qui. ⁊. ff. de leg. ij.

leg.ij.l.lucius.cum ſimilibus.imo etiam ſi conſenſerint expreſſe ⁊ recepiſſent eum nõ obſtantibus literis proceſſus legati ⁊ epiſcopi nõ valeret. Ratio eſt qꝛ receptio monachorum ad abbatẽ ⁊ monachos dicti monaſterij ſpectat tã de iure ꝙ̃ de cõſuetudine vt de ele.cũ eccleſia vulterana.in gl.ij.ergo eoꝝ receptio nõ faceret aliquã monachũ.imo erat neceſſarius conſenſus legati:qꝛ tũc litera abbatis erat in illo monaſterio ex eo qꝺ erat commendatarius illius monaſterij ⁊ legat⁹ nõ mandat eum recipi vt abbas.imo vt legatus,vt patet ex forma litere legati.imo etiã legatus vt cõmẽdatari⁹ ⁊ ipſi non poſſent eũ recipere quia ſi bene conſideretur ipſe fuit abiectus de ordine predicatorũ vbi eſt maxima obſeruãtia regularis,⁊ in monaſterio predicto nõ eſt tanta obſeruantia vt in ordine predicto vt eſt notoriũ.facit de regu.c,ſane.imo forte etiam nõ potuiſſet tranſire de licẽtia vera ⁊ expreſſa dñi legati ꝙ̃uis ſibi fuiſſet veritas expreſſa. ¶ Facit optime ad predicta

5 decr.ſane.† Nam ꝙ quis trãſeat de maiori ad minorẽ ſolus papa diſpenſat.no.Jo.an.⁊ Jo.mona.de preb.c.cũ ſingula.li.vj.Et ſic cũ iſte nõ trãſiuerit legitime eſt in caſu reuocationis iuxta formam predicte decr.paſtor bon⁹.patet qꝺ etiã ius monachat⁹ nõ teneret nec trãſitus.Non obſtat ſi dicatur amice licet non facerent eum monachum eo qꝺ tractauerũt eum vt monachum qñ viuebat legat⁹ eo qꝺ ad legatũ vt cõmẽdatariũ ⁊ cõuentũ ſpectet creatio monachorũ:tñ poſtꝙ̃ legatus mortu⁹ eſt eum tractauerũt vt monachũ ⁊ tunc ipſi poſſunt facere monachos monaſterio carẽte abbate:vt de reg.c.ſi ad ſolum.li.vj. ¶ Certe vt ſatis dictum eſt:nõ cõſenſerunt de nouo:ſed intelliguntur durare in illo primo cõſenſu vel etiã nõ poſſent facere vel recipere expꝛ̃ſſe nedũ tacite vt ſupra ꝓbatũ eſt. ¶ Itẽ qꝛ per ſpeciale priuilegium apoſtolicum eſt indultũ ordini predicatorũ ꝙ dicti ordinis profeſſi nõ poſſint aſſumi vel tranſire ad monachatũ nigri habitus. Et aduerte qꝛ ſi bene conſideres non inuenies qꝺ iſte dñs cenobius fecerit obedientiam cõſuetam epiſcopo recipiẽti vice ⁊ nomine legati.qꝛ iſta talis ꝓmiſſio obedientie non inducit profeſſionem regularem.Nã talẽ promiſſionẽ promittunt clerici:vt de maio.⁊ obed.in.c.his que.Sed quando quis tranſit de vna religione ad aliam lꝫ in prima fecerit profeſſionẽ tñ in ſecunda debet facere profeſſionẽ maxime vbi regule ſunt diuerſe ſicut eſt regula ſancti Auguſtini quã habent predicatores.⁊ regula ſancti Benedicti quã habẽt monachi abbatie florentie prenominate.Et ſic patet per ſupra allegata quod iſte dominus cenobius qui nõ eſt neqꝫ fuit vnꝙ̃ monachus in dicto monaſterio abbatie:ſic eſt inde reijciendus tanꝙ̃ intruſus. ¶ Et ad maiorem firmitatem ego Franciſcus archipreſbyter ⁊ canonic⁹ florentie ⁊ doctor decretorum preſens cõſiliũ mei proprij ſigilli appẽſiõe duxi muniendũ. ¶ Ego Frãciſc⁹ petri de magiſtris archipreſbyter ⁊ canonicus florẽtinus doctor decretorũ ſicut ſupraſcriptũ eſt:⁊ allegatum ſentio atqꝫ cõſulo ⁊ ad maioris roboris firmitatẽ huic p̃ſenti cõſilio me ꝓpria manu ſubſcripſi ⁊ mei ſigilli appẽſione duxi muniẽdũ. ¶ Ego Recuper⁹ Gulielmi de ſancto Miniate decretorũ doctor ſupradictis omnibus aſſentior:⁊ ita cõſulo vt ſuperius cõtinet̃:in cui⁹ rei teſtimonium p̃dicto cõſilio me ꝓpria manu ſubſcripſi ⁊ ſigillũ meũ apponi mandaui. ¶ Ego Simon quondã bernardi iudex de Baginolo vna cũ predictis dominis Frãciſco ⁊ recupero eorũqꝫ autoritate fieri cõſului ꝓut ſupraſcriptũ eſt a dño Põtio cõſultus.⁊ ideo ſigillum meum apppoſui ⁊c. ¶ Ego Jo.an.põderatis omnib⁹ que ſcripta ſunt diligenterqꝫ libratis motiuis dñorum Franciſci Recuperi mõtis conſulentium ⁊ ſubſcribentium:vt ſupra patet ⁊c.

Hriſti eiuſqꝫ matris ac beati Hieronymi noĩb⁹ ⁊ ſuffragijs inuocatis.Idẽ cõſulo ſcꝫ fratrẽ Cenobiũ de quo q̃ritur nõ eſſe nec fuiſſe ſupra deſcripta monachũ ipſius monaſterij qꝺ dr̃ abbatia.⁊ motiuis dictorũ dñorũ addẽdo notandũ eſt ꝙ in lr̃a dñi legati ille ſe dixit nuꝑ licentiatũ.ꝓbauit autẽ corã executore ſe vltra trienniũ prius eiectũ.qua electione ⁊ ſi licentiatus dici poſſet ꝙ negatur nõ tñ nuper ſe vltra trienniũ fuerat pri⁹ data.Nõ eſt ergo illa quam videre debuit executor.Nã vt doctores dicũt:nuper eſt aduerbiũ cõpoſitũ ex nouũ ⁊ tempus:quaſi noui ꝓ nouiter.Cũ aũt vltra ſex menſes dicit̃ diu.de cõceſ.p̃bẽ.c.ij.de hoc ſcripſi de fide inſtru.c.ſi.ergo vltra trienniũ nõ eſt nuper,maxime in hac materia:qꝛ ⁊ vnica die monachus ſine monaſterio eſſe nõ debet.xvj.q.j.placuit.el.ij.hoc aũt expꝛ̃ſſo merito mouiſſet legatũ ad denegandum:vt.s̃.cum diuturnitas temporis aggrauet culpã.iura ſunt not. ¶ Secũdo aduertendum niſi fallentia in computo fuit falſa:aut inſtrumentũ ſuper executione confectũ intuenti enim ꝙ annus primus põtificat⁹ pape Joãnis inchoauit anno natiuitatis dñi.M.cccxvj.die.v.Septembris qui tũc erat ann⁹ incarnatiõis.M.cccxvij.facile cõſtare poterit ꝙ.xix.die.Octobris currẽte anno.M.cccxciij.precedit idus id eſt.xiij.diem Octobris anni dñi põtificat⁹ pape Joãnis forei[illegible]tegro anno.ſ.vj.diebus min⁹.Et ſic cõcluditur executionem litere factã quaſi per annũ ante datã litere. ¶ Tertio aſſero me pertinaciter tenere ꝙ etiã ſi noua inſtitutio dñi noſtri non emanaſſet nec

4 tũc viguiſſet p̃dictorũ priuilegiũ:de quo.s̃.dixi.† Ueri apoſtate ſunt fratres p̃dicatores trãſeũtes ad nigros monachos non ſeruantes regulã Benedicti.vt plene ſcripſi in p̃dicta decre.ſane.de regu.⁊ iuxta predicte aſſertionis teſtimonium huic ſcripture manu mea propria feci certum ſigillum appendi ⁊c. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.xcvij.

1 Sententia poteſt confirmari in cauſa appellationis quo ad merita cauſe.

2 Allegans in appellatione ſua vnam cauſam poteſt ab illa recedere ⁊ aliam probare.

3 Accuſatus poſt denuntiationem non poteſt accuſationem contra alium inchoare:tamen ante donationem proſequi ⁊ implere poteſt:poſt damnationem non.

4 Cauſa nullitatis interpoſita ante prolationem trium ſententiarũ non debet impediri propter ſententias ſuperuenientes.

Aluatoris noſtri Jeſu chriſti inuocato p̃ſidio.Attingã iuxta ordinẽ quatuor dubia que ex facto eliciunt̃. ¶ Primũ eſt nunqd vltim⁹ auditor qui dictam trinã ſñiam tulit potuerit poſt dictã ſñiam decernere remiſſionẽ predictã cũ per ipſam ſñiam fuerit quo ad caſum nullitatis officio ſuo functus:⁊ abiectis argumẽtis que ad partem ꝯriam fieri poſſent:arbitror dictam remiſſionẽ fieri potuiſſe non obſtante ſententia lata ſuper appellationis inſtantia.Mouet me ad hanc ſñiam principaliter qm̃ cã nullitatis ⁊ appellationis poſſent deduci ſimul ⁊ in eodem libello ſeu iudicio ſm omniũ doctoꝝ ſñiam quã communiter approbat cõis ſtylus iudiciorũ:lꝫ aliqui doc.antiq declamauerint in ꝯriã ſñiam. ¶ Primo tñ potior,⁊ cõmunior:vt no.per Bar.⁊ alios in.l.ſi expreſſim.ff.de app.⁊.l.j.C.que ſen.ſine ap.reſcin.Notat̃ per Canoniſtas in.c.dilecto.de app.poſſunt etiam iſte due cauſe nullitatis ⁊ appellationis reduci ſeparatim etiã diuerſo tẽpore:vt in cle.j.de re iud.iuncta gl.in ver.donec.⁊ qꝺ plus eſt: de nullitate agi poteſt etiã poſt appellationẽ deſertã:vt in.c.licet.de ſen.excõ.li.vj.⁊ no.in.c.ſepe.eo.tit.in antiquis actis etiã poſt tres ſñias latas ſuper eodẽ articulo:vt in.d.cle.j.iũcta prealle.gl.Cũ ergo iſte due cauſe nullitatis et appellationis ſint diuerſe ⁊ diuerſi effect⁹ per ſñiam quã iudex ꝓfert ſuper inſtantia appellationis nõ põt dici ꝙ ſit funct⁹ officio ſuo ſuper cauſa nullitatis:qꝛ vbicũqꝫ plures cauſe cõmittuntur iudici niſi expreſſe fuerit ſic dictũ in cõmiſſiõe vt ſimul illas decipiat:ꝑ ſñiam latã in vna cauſa nõ dr̃ functus officio ſuo quo ad reliquas nondum diffinitas.vñ põt ad deciſionẽ aliarũ cauſarũ ꝓcedere:vt probatur in l.quid tñ.de arbi.quod ꝓcedit etiam ſi tales ſint cauſe q̃ ſm earũ naturam habẽt aliquã in ſe connexitatem vt petitoriũ ⁊ poſſeſſoriũ ſuꝑ eadẽ re que ꝓpter identitatẽ debent coram eodem iudice tractari.vt in.c.j.de cau.poſ.⁊ proprie.⁊ in.l.nulli.C.de iudi.⁊ in.c.ſi.eo.ti.Et tamen iudex qui tulit ſententiam in poſſeſſorio non dicitur ſuo officio functus quo ad petitoriũ:lꝫ ambe cauſe eidẽ iudici fuerint ſimul cõmiſſe:vt in.c.ad vltimũ.de cau.poſ.⁊ proprie.⁊.c.ſignificauerunt.de teſti.⁊.c.cũ ad ſedem.de reſtit.ſpo.⁊ facit cle.vnica.de cau.poſ.⁊ ꝓprie.vnde in caſu noſtro fuerũt vltimo auditori cõmiſſe cauſe nullitatis ⁊ appellationis:lꝫ ipſe iudex ſñiam tulerit ſuꝑ inſtantia appellationis nõ per hoc põt dici functus officio quo ad cãm nullitatis:⁊ per conſequens in caſu nullitatis remanſerit iudex potuit decernere ſuper illo remiſſionẽ ad partes cũ per illã ſñiam latã ſuper appellatiõis inſtantia nõ ſit ſopita queſtio nullitatis:qꝛ vt.s̃.dixi iſte cauſe diuerſe

2 ꝑ Inn.in.c.j.de poſt. Nam ⁊ ciuitas † nō obligatur mutui datiōe niſi ꝓbet̄ pecunia verſa in eius vtilitatē, ille qui ꝯxit dūtaxat obligat̄. vt in.l.ciuitas.⁊ ibi plene ꝑ Bar.ff.ſi cer.pe. vbi ſimpl'r ꝯcludit idē fortius in eccleſia, ſed in caſu noſtro nō probat̄ illā pecuniā in vtilitate3 archiepatus verſa3 directe vel indirecte. ergo dn̄s archieps̄ ad illā reſtituēdā cōueniri non pōt. Si em̄ de facto clerus fuit ſoluere coact⁹ ſibi imputet, maxime cū a dn̄o archiepo ꝓ illa pecunia ſoluenda nullū acceperit mandatū, ꝓ hoc no.gl.quā Bar.multū notauit in.l.nā ⁊ Serui⁹.ff.de neg.geſt.vbi cōcludit ꝙ ſi quis de facto fuit ꝯpulſus pro alio ſoluere, nō ꝓpterea h3 regreſſum ꝯ illū pro quo indebite ſoluit. Non em̄ h3 quis actionē neg.geſto.pro eo qd̄ indebite eſt ſolutū, vt in.d.l.ſi quis negotia.⁊ iniuria vni facta: alteri facta etiā in re illa authori obeſſe non d3, vt in.c.fi.de emp.⁊ ven.⁊.l.ſi imprudētiam.in prin.ff.de euic. Quinimo ⁊ ſi extraordinaria onera incūbebāt nō debuit cler⁹ illa ꝑ ſe abſq3 dn̄o archiepo approbare vel ſingulis de clero diſtribuere, qm̄ ipſe dn̄s archieps̄ debuit eſſe principalis in approbatiōe ⁊ erogatione. vt eſt tex.aptus in.c.nō minus.de immu.eccle.⁊ in.d.cle.ij.de cēſi. quinimo ſuper ſtatu eccleſiarū ſuarum non licet inferioribus clericis facere ſtatuta ſine epi.cōſenſu, vt no.Inno.in.c cū acceſſiſſent.de conſti.⁊.c.requiſiſti.de teſta.vbi dicit ꝙ nullum ſtatutum pōt facere eccleſia cathedralis vel alia ſine conſenſu epi niſi forte eſſent aliqua minima, facit gl.in.c.ij.de ver.ſig.lib.vj.nō ergo pōt dici hoc negotiū vtiliter ceptū, cum forte ſi dn̄s archieps̄ fuiſſet tūc requiſitus vt portionē ſuā ſolueret illa onera nō approbaſſet ſaltem in totū vel aliter limitaſſet erogaſſet ⁊ diſtribuiſſet, vel pecuniā aliūde conquiſiuiſſet, ad hoc.l.ſ3 an vltro maxime in fine.ff.de nego.geſt. Preterea ſicut vniuerſales ciuitatis non libere ardua explicat ſine ſuo rectore, vt.l.obſeruare.C.de decu.li.x.⁊.l.pe.⁊ vlt.de leg.e.lib.ita ⁊ fortius clerus non debuit hec ſatis ardua attentare ſine approbatione dn̄i archiepi.d.c.non minus: ⁊ ipſe debet eſſe ordinatus in cunctis. vt in.c.perlectis.§.ad epm̄.xxv.diſt. Et hoc quo ad primum.

¶ Concludo ergo dn̄m archiepm̄ minime fuiſſe obligatum in quātitate ſortis petite per clerū niſi clerus ꝓbet ꝙ pecunia ſit verſa in vtilitatem eccleſie directe vel indirecte mō predicto. Ad ſcd̄m dubiū primo dubio preſuppoſito, ſc3 ſine veritatis preiudicio ꝙ dn̄s archieps̄ fuerit ab initio obligatus ad ſoluēdum ſortē pro rata eū cōtingente an ſit hodie liberatus vigore cōpoſitionis facte cu3 ſyndicis cleri, cu3
3 neget̄ a clero illos ad hoc fuiſſe mādatos. Et vr̄ prio ꝙ nō, q2 † aſſerēti mādatū incūbit onus ꝓbandi, vt in.c.j.de ꝓcu.⁊.l.j.C.eo.ti. adeo ꝙ ſi in ſn̄ia dicitur eā fuiſſe latā cōtra ꝓcuratorē certe perſone non per hoc ꝓbatur mandatū, nec prodeſt ſn̄ia eam habenti niſi ꝓbet mandatum, vt dicit gl.no.in.c.cū in iure.de offi.deleg.facit aut̄.ſi quis in aliquo documento.⁊ qd̄ ibi no.Bar.C.de eden.⁊ gl.in.c.abbate.de ver.ſig. Nec cācellatura debiti facta in li.cleri.habet ꝓdeſſe dn̄o archiepiſcopo, q2 potuit per debitorē vel amicum ſuū cancellari, vt no.Bar.poſt doc.in.l.ij.ff.de pact.reprobādo glo.q̄ voluit ſimpl'r ꝙ ſi inſtrm̄ debiti reperitur cācellatū penes creditorē, preſumitur debito ſatiſfactū.ar.in.l.ſi chirographū.ff.de ꝓba. nō em̄ hoc indiſtincte eſt veru3, q2 ſicut nō ꝓbat̄ debito ſatiſfactū ex eo, q2 inſtrumētū reperit̄ penes debitorē, q2 potuit illud ſubripere, vt le.⁊ no.in.l.j.§.ille aūt.C.de la.li.tol. ita neceſſario nō ꝓbat ſatiſfactionē cācellatio, q2 ſicut pōt ſurripi ⁊ tradi creditori, ita pōt clādeſtine per nō habētē ptātē cācellari.

¶ S3 ego ꝯtriā ſn̄iam arbitror in materia nr̄a ꝑualere. Moueor ꝑncipaliter de publici capite. Primo q2 vt narrat̄ in poſitiōe caſus illi qui cōpoſitionē fecerunt gerebant ſe publice ⁊ palam ꝓ ſyndicis cleri.⁊ ita cōiter tenebant̄ ⁊ reputabant̄, ⁊ exercebāt officiū pleniſſimu3 ſyndicatus recipiendo credita ⁊ ſoluēdo ⁊ cōpenſando ſeu cōponēdo ⁊ finiēdo: vnde clerus hoc vidēs ⁊ nō cōtradicēs etiā ſi nō habuiſſent mādatū vr̄ tunc mandatū dediſſe. vt not.dicit Inn.in.c.ex parte decani.de reſcrip.⁊ ſequuntur dn̄i de rota deci.cccclxiij.⁊ ſequenti. licet Bar.aliud ſenſerit.in.l.ſepe.ff.de rei iud.⁊ Cy.in.l.ſi pecuniam.C.de neg.geſt. S3 ꝑfecto nō mouētur bonis rōnib⁹. nā Bart.mouetur ex eo q2 cū vtiliter ageret gerēs ſe ꝓ ꝓcuratore vt exit⁹ declarat nō videt̄ dn̄s tacēs dare mādatū.ar.in.l.filiuſfamilias.§.inter.ff.de ꝓcu. ꝓ illā.l.mouet̄ Cy.in hac ſn̄ia, ſed certe hec ratio nō eſt bona, q2 initium in his ſpectandū eſt, vt in.l.ſed an vltro.ff.de neg.geſt. Si enim quiſq3 agēs in iudicio pro alio preſumeretur inutiliter agere iura nō admitterē cōiunctā perſonam ſine mandato, q2 coniuncta perſona nō debet admitti cōtra preſumptam voluntatē dn̄i. vt.l. Pomponius. in fi.ff.de ꝓcu. Et ꝓ dicto Inn. ego allego tex.aptū inſti.per quas ꝑſonas agere poſ.vbi d2 ꝙ ꝓcurator neq3 certis verbis neq3 ꝑſente aduerſario, imo plerūq3 eo ignorāte ꝯſtituit̄. Cuicūq3 em̄ ꝑmiſeris rem tuā agere aut defendere is ꝓcurator tuus eſſe intelligit̄. notāda em̄ ⁊ ponderanda ſunt hec verba vltima. ꝑterea vtile eſt habere procura-
4 torē, vt in.l.j.ff.de ꝓcur. † Tertio tacēdo ⁊ omittēdo ſe gerere pro ꝓcuratore videtur quis conſentire ⁊ dare mādatū vt in.l.que patit̄.ff. mandati.⁊ qd̄ no.Inn.in.c.in geneſi.de elect. Item ex quo clerus poterat impedire illorū officium ⁊ non fecit, videtur conceſſiſſe, vt le.⁊ no.in.l.Caius.ff.de pig.ac.⁊.l.fideiuſſor.§.pater.ff.de pig.⁊.c.nōne.de ꝑſump.facit dictū Cy.in.l.inuitus.C.de ꝓcu.⁊.l.exigēdi.eo.ti.vbi dicit ꝙ ſi amicus vel coniūcta ꝑſona gerat ſe pro ꝓcuratore videtur dominus tacens conſentire, arg.in.l.ſi ſeruus cōis.ff.de do.inter vi.⁊ vxo.refert Bar.⁊ ſequitur in.l.non ſolū.§.q2 alieno.ff.eo. ſed clerici eiuſdē vniuerſitatis vident̄ inter ſe coniūcti ⁊ amici.ar.in.c.cū lib.de off.deleg.not.gl.fi.in fin.in.c.vlt.de ꝓcu.⁊.c.ij.de poſt. vel ſaltē debemus tenere ꝙ ſi gratis ſe ꝓ procuratore geſſit domino ſciente ⁊ non contradicente preſumatur habuiſſe mandatū, ⁊ tamen vt onus probandi contrarium incumbat dn̄o roganti: vt tenet Ant.de but.in.d.c.ex pte decani.⁊ bene facit tex.prealle.inſti.de his ꝑ quos agere poſ.in fi.⁊ qd̄ no.ponit Inn.in.c.veniēs.de ver.ſig.li.vj.vbi dicit inter cetera ꝙ ſi aliquis petat aliquid ex cōtractu prelati mortui vel viuētis, vt per inſtrumenta tabellionis ſufficit agenti probare cōmunē opinionē qd̄ habeatur pro prelato vel notario quouſq3 probabitur contrarium.ar.C.de teſta.l.j.de ſent.⁊ interlo.om.iud.l.ij. itē ex quo libri cleri erant penes illos preſumunt̄ habuiſſe mandatū ad qd̄ facit qd̄ legi.⁊ no.in.c.coram.de offi.dele.⁊ no.glo.in.l.fin.C.de pa[r]do.per Bal.in.l.ſi qua per calumniam.C.de epiſc.⁊ cle. Ex ſcd̄o capite principaliter moueor, q2 ex quo liber cleri reperitur cancellatus, ⁊ allegatur ibidem cancellationis cauſa.ſ.propter compoſitionē factam cū domino archiepo preſumendū eſt quod legitime illa compoſitio intercelleſſerit

teeceſſerit,ꝛ ꝙ fuerit facta ꝑ habentẽ poteſtatẽ,ꝛ de conſenſu cleri.ꝑ
id qd̃ legi.ꝛ no.in.l.j.ff.de his que in teſt.delen.ꝛ qꝛ dñs archieps̃ nõ
eſt talis ꝑſona q̃ ſubtraxiſſe vel cancellaſſe preſumat̃ dictũ librum vt
no.in.d.l.C.de lati.lib.tol.ꝛ ꝑ Bar.poſt Ja.de are.in.d.l.ij.ff.de pa
ctis.preterea cũ iandudũ fuerit facta cancellatio debiti allegata cã
cõpoſitionis ꝛ nũq̃ per clerũ aut officiales cleri fuerit aliquãdo con
tradictũ ſeu proteſtatũ in ꝯtrium ſatis preſumendũ eſt ꝙ de volunta
te cleri proceſſit:ar.opti.in.c.j.de frig.ꝛ male.ꝛ.l.fi.C.de his qui a nõ
domi.ma.imputandum eſt enĩ illi qui in perniciẽ ſuam geſta tacitur
nitate firmauit,ꝛmultum bene facit tex.iuncta gl.Inn.in.c.olim.de
offi.de leg.arguendo de eo qui ſucceſſit fines mandati domini ſciẽte
ꝛ nõ ꝯdicente ad eum qui nullũ habeat mandatũ,preterea ſicut cle
rus adducit librum pro ſe cui non eſt ſtandum in preiudicium dñi ar
chiepi̇,vt.l.rationes.ꝛ.l.exẽplo.C.de ꝓba.ita debet recipere q̃ ſunt
contra ſe quatenus ibi narratur cõpoſitio facta cũdicto archiepõ,vt
eſt tex.in.l.Publia.§.fi.ff.depo.maxime qꝛ liber facit fidẽ cõtra do
minũ ſed nõ pro eo,iuxta nota.ꝑ Bar.in.l.nuda.ff.de do.ꝛ.l.admonẽ
di.ff.de iureiu.ꝛ in aut.ꝛ ſi cõtractus.C.de fide inſtr.ꝛ hec de ſecũdo
dubio.¶Venio ad tertiũ primi dubij.qd̃ fuit an preſuppoſita obli
gatione reſpectu ſortis teneatur dñs archieps̃ ad vſuras ſolutas per
clerũ ꝓ illa portione cõtingẽte dñm archiepm̃.Et videt̃ primo qd̃
ſic,qꝛ clerus nõ petijt vſuras,ſed vt intereſſe,ergo põt etiã illas pete
re de iure canonico,vt ꝓbat̃ in.c.conſtitutis.ꝛ.c.peruenit.de fideiuſ
ſori.ꝛ.c.dilecti.de foro cõpe.no.gl.in.c.cõqueſtus.de vſu.ꝛ in.l.cura
bit.C.de act.emp.ꝑ Inn.in.c.ſacro.de ſenten.excõ.¶Contrariã par
tem in terminis noſtris puto veriorẽ,vt.ſ.dñs archieps̃ nullo modo
teneat̃ ad vſuras quas clerus ſoluit,per ea que pleniſſime ponit Jo.
and.ſuper regula damnũ.de reg.iur.lib.vj.in merc.aut enĩ clerus ſol
uit illas vſuras ignorãte dño archiepõ,ꝛ non repetit.d.l.ſi quis ne
gotia.ff.de neg.geſt.non enĩ vtiliter geſſit,ꝛ ideo nõ repetit.l.ſʒ an vl
tro.ff.eo.aut ſoluit dño archiepõ ſciente ꝛ patiẽte,ꝛ idẽ qꝛ imputau
dũ eſt clero qui ſe ſponte in hoc obtulit.arg.in.l.bona fides.ff.depo
ſi.ꝛ.c.bonafides.e.ti.ſicut enĩ grauatur illius cõditio qui ſe depoſito
obtulit,vt ibi:ita ꝛ cleri cõditio que ſponte ſine dñi archiepi mãdato
vſuras ſoluit,aut ſoluit dño archiepõ ſciente ꝛ mãdãte vt ſe obliga
ret etiã ad vſuras ꝛ etiã non repetit cum nõ interuenit iuramẽtũ,de
buit enim excipere ꝙ vſure erant debite tamen cũ omiſerit ſponte ex
ceptionẽ cõpetentẽ dño archiepõ q quantũcũq; promiſiſſet ſoluere,
potuiſſet nihilominus excipere,vt in.c.debitores.de iureiu.ergo ſibi
imputandũ eſt,vt.l.fideiuſſor.ff.mand.ꝛ qd̃ leg.ꝛ not.in.l.exceptiões
que perſone.ff.de excep.ꝛ.l.exceptione.ff.de fideiuſ.Quinimo ſi cle
rus fuiſſet coactus ſoluere vſuras adhuc non repetit ex quo nõ obli
gauit ſe archiepõ mandãte.ar.d.l.exceptione.ꝛ qd̃ no.Jo.an.in.d.re
gula dãnuʒ.Nec obſtat ſi dicatur dictũ archiepm̃ fuiſſe interpellatũ
vt ſolueret,ꝛ vnica interpellatio ſufficit ad conſtituendũ quẽ in mo
ra,vt legi.ꝛ no.in.l.Titia Seia.§.vſuras.ff.de le.ij.ꝛ.l.ſi ex legati cã.
ff.de ver.obli.ꝛ.l.mora.ꝛ.l.ſciendũ.ff.de vſur.ꝛ ſufficit interpellatio
extraiudicialis,vt not.Bar.in.d.l.ſi ex legati.ꝛ ꝓbatur in.d.l.mora.
qꝛ clerus nõ potuerit cõſtituere in mora dñʒ archiepʒ cũ nõ eſſet de
bitor cleri.Itẽ non debuit clerus in principio capere pecuniam ſub
vſuris dño archiepõ nõ mãdante.vt.ſ.dictũ eſt.Quid plura de iure
canonico cui hodie ſtandũ eſt in hac materia,iuxta no.ꝑ glo.in regu
la ſine poſſeſſione.li.vj.ꝛ ꝑ Bar.in.l.priuilegia.C.de ſac.ſanc.ec.vſu
re ex mora nõ veniũt,licet nõ veniat intereſſe iuxta no.in.d.c.cõque
ſtus.ꝛ.l.curabit.p̃alle.ꝛ ꝑ Inn.in.c.ſacro.de ſen.excõ.Sed in caſu no
ſtro nullũ intereſſe probatũ fuit ex parte creditorũ ꝛ cũ hoc intereſſe
veniat ex cõtractu debuit probari per teſtes vocato dño archiepõ de
cuius intereſſe agebat̃,vt eſt tex.iũcta gl.in.§.nõ ſolũ.inſti.de verbo.
obl.no.gl.in.c.dilecti.de foro compe.Preterea poſito ꝛ non conceſ
ſo ꝙ vſure venirent tñ pro ea quantitate qua clerus reperitur obli
gatus dño archiepõ nõ currũt vſure,ſed fit cõpenſatio debiti hinc
inde vſq; ad concurrentẽ quantitatem.tex.eſt no.in.l.ij.C.de compẽ.
ꝛ ſic debet compenſari debitum charitatiui ſubſidij.Item debitum
annuum quod ſoluitur nomine procurationis,ſi conſuetudo eſt vt
ipſe clerus collegialiter ſoluat,ꝛ hec de tertio dubio.

¶Expedito primo dubio principali venio ad ſm̃ quo in effectu que
ritur an clerus poſſit repetere a dño archiepõ ꝙ ſoluit in pecunia no
mine ꝓcurationis,maxĩe ꝓ eo tp̃e quo dñs archieps̃ nõ per ſe ſed ꝑ
aliũ viſitauit,eo preſertim attẽto ꝙ ſiue ꝑ ſe ſiue per aliũ viſitauerit,
clerici vltra pecuniã impẽderũt ꝓcurationẽ in victualibus.Pro par
te vero archiepi reſpõdetur,ꝙ in ciuitate ꝛ dioceſi florẽtina inualuit
hec conſuetudo per tãtũ tempus de cuius initio memoria nõ exiſtit.
Et primo videtur ꝙ dñs archieps̃ teneatur ad reſtitutionem neduʒ
eius qd̃ recepit,ſed ad duplum vt probatur in.c.exigit.de cenſi.li.vj.
ꝛ ſi intra menſem non reſtituit fuit ſibi eccleſie ingreſſus ipſo iure in
terdict⁹ vt ibi.ꝛ per ꝯñs ſi poſt mẽſes celebrauit reſtitutione nõ fa
cta incidit in regularitatẽ.vt in.c.is cui.de ſen.excõ.li.vj.not.gl.in.d.
c.exigit.nec excuſat.c.felicis.e.ti.ꝛ li.vj.vbi dr̃ a volẽte pt prelat⁹ re
cipere ꝓcurationẽ in pecunia,qꝛ ꝑ illud.c.moderat̃.c.precedens ſolũ
eo caſu quo recepit pecuniã a volẽte pro ſumptibus moderate faciẽ

dis ita ꝙ pecunia ſuccedat loco victualiũ,ſimile in.c.relatũ.x.q.j.In
alijs vero nihil mutuat̃ de illo.c.exigit.Sed in caſu noſtro dictus ar
chieps̃ recepit pecuniam vltra victualia,ergo incidit in penaʒ illius
c.ꝛ tenet̃ reſtituere duplũ eius qd̃ recepit,vt ibi.ꝛ facit.c.ꝓcuratiões.
in fi.de cẽſi.ꝛ maxime hoc ꝓcedit habito reſpectu ꝙ dictus archieps̃
ꝑſonaliter nõ viſitauit,quo caſu ꝓhibetur aliq̃d petere a viſitatis.vt
in.c.ſi eps̃.de offi.ordi.lib.vj.nec vr̃ valere ꝯſuetudo in ꝯtriũ cũ ſit ir
rationabilis ꝛ inimica canonib⁹,vt in.c.fi.de ꝯſue.qd̃ ſit irrationabi
lis ſatis colligit̃ ex his que habent̃ in.d.c.exigit.ꝛ.c.ꝓcuratiões.p̃all.
¶Sed q̃q̃ hec vrgere videant̃,tñ ꝯtria ſnĩa plus plʒ.ꝛarbitror dictũ
archiepm̃ ex duplici capite poſſe defendi ꝛ in ſua ꝯſuetudine cõſerua
ri.Pro intellectu primi p̃mitto ꝙ eps̃ diſcurrẽs ꝑ ſuã dioceſim,põt
exigere cathedraticũ ꝙ datur in honorẽ cathedre,vt dicit tex.in.c.j.
x.q.iij.ꝛ in.c.cõquerẽte.de offi.ord.vcʒ duos ſolidos a qualibet eccle
ſia ſcʒ aureos,vt in.d.c.j.iuncta gl.adeo ꝙ ſm̃ cõem opi.lʒ in quãti
tate currat preſcriptio,nõ tamen in totũ vt no.gl.in.c.quacũq̃.xvj.
q.vij.ꝛ plene per Jo.an.in.c.cum venerabilis.de cẽſi.ꝛ hoc cathedra
ticũ appellatur,qñq; ſynodaticũ.vt in.c.cũ olim.de cẽſi.ꝛ hoc qꝛ fre
quẽter dãtur in ſynodo,vt no.gl.x.q.j.in ſumma.Itẽ premitto ꝙ qñ
do aliquid fuit annuatim per tp̃s tantũ preſtitũ de cuius initio me
moria hoĩm non exiſtit,põt illud in futurum peti etiam nulla cã ex
preſſa,ſed ſufficit dicere peto cenſum,ſeu annuam preſtationem ex iu
ſta cã ab initio impoſitũ ꝑ tm̃ tp̃s de cuius ꝯrio nõ eſt memoria.hoc
no.tenet Jo.an.in.c.ꝑuenit.de cenſi.ꝛ Bar.in.l.cũ de in rem verſo.
ff.de vſur.ſentit gl.xviij.q.ij.ſeruitiũ.ꝛ eſt glo.no.que expreſſe hoc te
net etiam reſpectu epi ꝛ clericorũ relata ad tex.j.q.j.nullus eps̃ gra
uamen.¶His p̃miſſis dico ꝙcũ omni anno tp̃e viſitatiõis fuerit cer
ta quantitas pecunie per quẽlibet rectorẽ eccleſie tradita archiepõ ꝑ
tantũ tp̃s de cuius initio non eſt memoria,debemus p̃ſumere ꝙ ex
iuſta cauſa hoc fuit ab initio impoſitũ,ꝛ forte loco cathedratici qd̃
preſumere eſt iuſtiſſimũ per ea que ſupra dixi,ſed dr̃ ꝓcurator qꝛ dat̃
tp̃e viſitationis ꝛ ꝓcurationis ſicut ꝯtingit ꝙ appellat̃ ſynodaticum
qꝛ dat̃ in ſynodo.vt.ſ.dixi.nõ enĩ põt dici ꝓprie procuratio.cũ dñs
archieps̃ vel alius ꝓ eo viſitans recipiat ꝓcurationẽ in victualibus
ꝓcuratio enĩ nõ põt geminari,facit in ſimili qd̃ legitur ꝛ no.in.l.liber
tis.ff.de ali.ꝛ cib.leg.ꝛ qd̃ no.gl.in.l.quinquaginta.ff.de probationi.
Preſumẽda eſt ergo alia cauſa legitima ex curſu tanti tp̃is,vt no.in
iuribus prealle.nam curſu tanti tẽporis,hʒ vim conſtitutionis ꝛ pri
uilegij.vt in.c.j.de preſcri.lib.vj.ꝛ.l.hoc iure.§.duct⁹ aque.ff.de aqua
quoti.ꝛ eſti.l.j.ꝛ.ij.ff.de aqua plu.arc.Et hoc preſumendũ eſt maxĩe
in caſu noſtro vt euitet̃ delictum ꝛ multa incõueniẽtia que ex contra
rio ſequerentur,de quibus.ſ.facit qd̃ in ſimili legi.ꝛ no.in.l.ſi defun
ctus.C.arbit.tu.Poteſt ex ſcd̃o capite dñs archieps̃ iuuari ꝛ in ſua
conſuetudine defendi tenendo ꝙ directe ſoluta ſit pecunia ꝓ expẽſis
alijs quas facit in viſitando totam dioceſim vltra victualia tempore
viſitationis,nã nullũ ius expreſſe dãnat hanc conſuetudinẽ ſalteʒ qñ
eſt tanti tẽporis de cuius initio non eſt memoria vt in caſu noſtro.nã
ꝛ oliʒ ip̃e habebat qñq; medietatem,qñq; tertiã ꝑtẽ omniũ redituuʒ
eccleſiarum inferioruʒ,vt legi.ꝛ no.x.q.j.antiquo.ꝛ.c.de his.facit ꝙ
not.Jo.and.in.c.requiſiſti.de teſta.ꝛ ratione conſuetudinis antique
põt recipere ſeruitia ꝛ alia extraordinaria ab eccleſijs ſibi ſubiectis.
vt.d.c.ſeruitium.xviij.q.ij.ꝛ.d.c.nullus eps̃ grauamẽ.j.q.j.Non mirũ
ergo ſi valeat cõſuetudo maxime vt antiquiſſima aliquid detur ipſo
tempore viſitatiõis vltra victualia,ad hoc facit.c.ſi epiſcopus.de of
fic.ordi.lib.vj.vbi dicitur ꝙ quando per ſe non viſitat nihil debet pe
terea viſitatis vltra victualia que exhibẽtur viſitanti pro eo,qñ ergo
viſitat per ſe videtur ſecus.Item ſecus quãdo eſt conſuetudo ita an
tiquiſſima.nam ꝛ ius publicũ ꝛ authoritate ꝛ vtilitate tollitur ex cõ
ſuetudine ſaltem qñ interuenit tacitus conſenſus pape.vt notauit in
quadã extrauaganti.ꝛ refert Jo.an.in.c.fi.de cẽſi.lib.vj.alleg.xij.diſt.
nos conſuetudinẽ.Et ego puto ꝙ etiam papa ignorante põt ꝑ con
ſuetudinem tale ius tolli,qꝛ ſatis habet̃ pape conſenſus ꝑ id qd̃ habe
tur in.c.fi.de conſuet.ꝛ hoc notanter tenuit gl.iiij.diſt.§.leges.ꝛ.viij.
diſt.c.fruſtra,nam debemus preſumere ex curſu tãti temporis iuſtiſ
ſimam cãm,vt.ſ.dixi.Et notãter dixit Bal.in.c.imperialẽ.§.p̃terea
ducat⁹.de ꝓhib.feu.alie.ꝑ Fed.coll̃.x.ꝙ nullũ eſt ius poſitiuũ ꝙ per
cõſuetudineʒ nõ poſſit tolli.ar.in.l.de quibus.ff.de legi.Quod tamẽ
ego limito niſi ſit irrationabile.c.fi.de conſue.ſed ex curſu tanti tẽpo
ris ſemper preſumitur rationabile vt in iuribus ſuperius alleg.Quin
imo ſi ius reprobet cõſuetudinem,nihilominus põt de nouo induci.
ad hoc allego tex.iũcta gl.ſing.in verbo cõſuetudine.in cle.ſtatutũ.
de elect.ꝛ in hoc poſſent multa dici que pleniſſime examinaui in.c.ij.
de ꝓba.in lect.mea.ſed hic non ꝓſequor:qꝛ nõ venit neceſſario exami
nãdũ.potuit enĩ eſſe ꝙ ab initio ꝓpter paupertatẽ archiepatus,hoc
fuit inductũ vel aliam iuſtã cãm,nec debet nunc poſt curſum tãti tẽ
poris refricari in dubiũ cũ agatur de cõmodo pecuniario ꝛ nõ aĩarũ
periculo,nec debet reprehenſibile reputari ſi ſm̃ veritatem tẽporum
ſtatuta mutent̃ humana:vt in.c.nõ debet.in princi.de conſan.ꝛ affin,
Et hec ſufficiant ꝓ ſcd̃o principali dubio.¶Nũc deſcẽdo ad tertiuʒ
principale in quo querit̃.An clerus poſſit repetere ab archiepõ illã

quantitatem pecunie qua ſibi dedit q̃n iuit ad cõciliũ Seneſe. Ad ꝙ
breuiſſime dico non. ad qđ allego expſſe gl. no. in. c. de ſta. reg. vbi di-
cit, ꝙ ſingule eccleſie debẽt cõferre cũ ep̃o q̃n vadit ad papam vel ad
regem vel ad ſynodum, vel q̃n facit expẽſas ꝓ aliquib⁹ negotijs com
munibus totius dioceſis, ꝑ hoc. xij. q. ij. c. vobis. facit qđ no. gl. in. c. q
dam monachi. xvj. q. j. ⁊ qđ leg. ⁊ no. in. c. cũ apoſtol⁹. de cenſi. Archi-
ep̃s em̃ vadit ad ſynodũ ſeu conciliũ pro cõi oĩm vtilitate cũ fiat pro
reformatione eccleſie vniuerſalis ⁊ membrorũ ſuorũ, iđ ab omnibus
debet cõportari, facit qđ legi. ⁊ no. in cle. ij. eo. ti. Preterea clerici ſpõ
te ſoluendo etiam ſi fuiſſet indebitũ videnť illud donaſſe nec poſſunt
amplius repetere, vt. l. Cãpanus. ff. de ope. lib. ⁊ l. cuius per errorem.
ff. de reg. iur. Item põt ep̃s inſtãte neceſſitate petere charitatiuũ ſub
ſidium, vt. d. c. cum apoſtolus, qđ cum tunc ep̃s petierit nec fuit ſibi
denegatũ non põt clerus amplius repetere, q2 ex ſola penitentia nõ
poteſt donatio reuocari. l. iij. C. de reuo. do. ⁊ c. fin. de do. Nec obſt. ſi
dicať ꝙ ſyndici cleri qui donauerũt dño archiep̃o illam pecunie quã-
titatem nõ habebãt ad hoc ptãtẽ, q2 ſatis eſt ꝙ clerici ſpõte ſoluẽdo
hoc approbarũt, ad hoc. l. ſi filius. ff. ad maced. ⁊ qđ no. Bar. in. l. quo
em̃. ff. rem rat. hab. vbi dicit ꝙ ſi aliquid factũ fuit noĩe meo qđ tẽdit
ſeu tendere poteſt in mei preiudiciũ, ⁊ ego ſciens facio aliquẽ actum
poſitiuum qui tendit ad approbationem actus videor per hoc geſtũ
nomine meo approbare, ad qđ optime facit cle. j. de ꝓcu. ⁊ qđ no. idẽ
Bar. in. l. cũ tabernam. §. idẽ queſijt. ff. de pig. Itẽ ſyndici ſoliti erant
palam ⁊ publice cõſimiles donationes facere ex commiſſione officij ⁊
ſic videtur clerus dediſſe hanc ptãtem, ad hoc qđ leg. ⁊ no. in. l. quam
Tuberonis. ff. de peculio. ⁊ in. l. filiuſfami. ff. de don. ⁊ qđ not. Inno.
in. d. c. veniens. de ver. ſig. lib. vj. ⁊ qđ habetur in. l. nõ tantum. al's in-
cipit Paulus. ff. rem rat. hab. ⁊ qđ ibi not. Bar. Ex multiplici ergo
via dico dictam pecuniam minime repeti poſſe. ¶ Poſtremo ad vlti
mum dubiũ condeſcendẽs quod eſt, an clerus a prefato archiep̃o poſ
ſit petere vt contribuat ⁊ ſoluat partem ſuaȝ de donationibus quas
fecit clerus ſummo põtifici, ⁊ ſoluat certa datia indicta per clerũ. Cõ
cluſiue breuitatis cã dico ꝙ non, q2 clerus non potuit donando etiaȝ
ſummo pontifici obligare archiep̃m ad cõtradicendũ nec aliter im-
ponere iſta datia pro vtilitate publica ſine licentia ⁊ conſenſu dñi ar-
chiep̃i cum ipſe ſit caput totius cleri, ⁊ penes eum ſit iuriſditio ⁊ non
penes clerum. xij. q. iij. ſine exceptione. ⁊ c. placuit. ⁊ c. abbatibus. ⁊ x.
q. j. nouerint. ⁊ c. regẽda. ⁊ xvj. q. vij. oẽs baſilice. facit cle. ij. de cenſi. ⁊
c. dilecta. de exceſ. prela. ſicut in ſimili diciť vniuerſitate ciuitatis, vt
ꝓ vtilitate publica nõ poſſit ſine principe imponere hec onera extra-
ordinaria, imo oĩa ſunt interdicta, vt in. l. j. C. de ſuperindic. lib. x. ma-
xime reſpectu eccleſiarũ, vt in. c. j. §. illicitas. de pa. iur. fir. col. x. ⁊ c. ad
decus. §. itẽ nulla cõitas. de teſt. cõtra lib. ecc. ea. col. plene Io. and. in
c. peruenit. de immu. ecc. vñ miror ꝙ dñs archiep̃s patiať ꝙ etiam in
inferiorib⁹ eccleſijs abſ{q} ſuo cõſenſu hec onera imponãt cum poſſet
multũ dãnificare eccleſias ⁊ earũ reddit⁹ ⁊ diminuere diuinũ cultũ, ⁊
ſubtrahere neceſſaria pauperibus, vñ ep̃s põt exigere rõnẽ a cunctis
clericis de redditibus eccleſiarũ, ⁊ videre an q̃n expẽdant xp̃i ſubſtã-
tiã. x. q. j. ep̃m. ⁊ c. cũ ⁊ plãtare. de priuile. ⁊ ibi per Inno. hic tex. in. c.
nõ minus. de immu. ecc. dicit ꝙ ep̃s ⁊ cler⁹ debẽt cõſiderare hec one-
ra imponenda. ⁊ mirũ videretur ſi clerus poſſet compellere archiep̃ȝ
ſuum ad donandum, vel ad ſoluendũ onera ordinaria vel extraordi-
naria, vt ſic archiep̃s ſubijciatur ptãti cleri, cũ clerus nullã habeat iu-
riſdictionẽ, licet pro ſuis neceſſitatibus poſſit facere vniuerſitatẽ que
tamen erit ſub ep̃o, iuxta no. per Inn. in. c. dilecta. de exceſ. prelat. fa-
cit. xj. q. j. de perſona. ⁊ xviij. q. iiij. in venditionibus. ⁊ c. j. ⁊ ij. de his q̃
fiunt a p̃la. cũ ſi. ⁊ facit qđ ipſe Inn. in. c. cũ acceſſiſſent. de cõſt. ⁊ c. re-
q̃ſiti. de teſt. vbi dicit ꝙ etiã ſtatuta ſimplicia nõ pñt facere clerici ſi-
ne cõſenſu ep̃i niſi circa leuiſſima. Et hec ſufficiãt ⁊ per predicta ptȝ
reſpõſio ad oĩa contraria ſuperius formata. Nico. abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Laurentia mulier dedit ⁊ vendi-

dit ſimul cũ Joanne marito ſuo ſibi cõſentiente ⁊ non remanẽte ſol-
uẽdo vnã domũ ipſius Joannis ꝓ dotibus dicte Laurẽtie hypothe-
catam pro pretio centũ florenorũ cõuertẽdorũ in reſtitutionẽ dotiũ
Catherine vxoris premortue dicti Joannis, quas ſupradict⁹ Joan-
nes reſtituere tenebatur ⁊ iurauit nõ venire cõtra cõtractũ vẽditiõis
p̃dicte. Queriť tũc mortuo dicto Joãne, vtrũ dicta Laurẽtia poſſit
cõſeq iura hypothecarũ in dicta domo ſtãte lege municipali que in
his terminis ſtat. ¶ Conſtante vere matrimonio ſi qua mulier de ci-
uitate vel comitatu Senarũ refutationis vel donationẽ vł remiſſio-
nẽ ſuorũ iuriũ dotaliũ fecerit vel ſolutionẽ antiquã receperit a viro
ſuo vel alio pro eo de dotibus ſuis. Abſ{q} cõſenſu quatuor propin-
quorum ſibi proximorũ bone fame, quorũ duo ſint ex latere patris ⁊
alij ex latere matris ipſius mulieris ipſo iure non teneat.

¶ Conſilium. viij.

1 Mulier poteſt renunciare iuri hypothecarum ſuarum.
2 Maritus quando remanet ſoluendo renunciatio hypothece non
continet donationem.
3 Mulier pro viro nullo modo obligatur.
4 Juramentum preſtitum contra legem editam in fauorem principa-
liter priuatum eſt inuiolabiliter obſeruandum.
5 Juramentum vbicun{q} eſt illicitum ⁊ iniuſtum ex parte recipientis,
licet ex parte preſtantis poſſit ſine anime diſpendio ſeruari, poteſt ni-
hilominus peti abſolutio ab epiſcopo.
6 Juramentum vt ſit vndi{q} licitum debet habere tres comites veri-
tatem iudicium ⁊ iuſtitiam.
7 Jurans petens abſolutionẽ a iuramẽto non venit contra iuramẽtũ.

Omnipotentis dei poſtula-
to ſuffragio. Tria ad deciſionẽ huius dubij videnda ſunt.
¶ Primo nunquid ceſſante iuramẽto preiudicauerit ſibi
mulier predicta in iuribus hypothecarũ ſuarũ ex predicta vẽditione
ſeu conſenſu illi preſtito. ¶ Scđo p̃ſuppoſito ꝙ nõ. An ſaltẽ preiudi
cauerit ſibi ex iuramẽti interpoſitiõe. ¶ Tertio admiſſo ꝙ ſibi ex iu-
ramẽto p̃iudicauerit. An ſuperſit eidẽ mulieri aduerſus tale iuramẽ-
tum aliquod remedium legitimũ. ¶ Venio ad primũ in quo prĩo vř
1 ꝙ ſibi p̃iudicauit† q2 mulier põt renũciare iuri hypothecarũ ſuarum
in. l. iubemus. ⁊ l. etiã. C. ad velleia. ſed vendendo vel cõſentiẽdo vẽdi-
tioni rei ſibi obligate vř remittere illã obligationẽ, vt. l. ſicut. §. ſi vo-
lũtate. cũ ſeq. ff. qb. mo. pig. vel hypo. ſol. ergo hec mulier fecit ſibi p̃-
iudiciũ etiã ſine iuramẽti interpoſitione. ¶ Sed hoc non obſtãte cõ-
trariũ in dubio dico veri⁹. ſ. ꝙ ex tali vẽditiõe circũſcripto iuramẽto
nullũ preiudiciũ fuit muliere rogatũ. ¶ Primo hoc clariſſime ptȝ ex
forma ſuprascripti ſtatuti qđ annullat ipſo facto oẽm ꝯctũ initũ per
mulierẽ in p̃iudiciũ iuriũ dotaliũ forma ibidẽ cõtẽta nõ ſeruata que
in caſu noſtro minime interuenit, ergo illa vẽditio fuit nulla in p̃iudi
ciũ mulieris cũ vir nõ eſſet tpe illius ꝯctus al'r ſoluẽdo in dotib⁹ re-
ſtituendis, mulier em̃ vendẽdo ⁊ cõſentiendo vẽditioni rei ſibi hypo
thecate ꝓ dote vř remiſſionem iuriũ dotaliũ feciſſe, vt. d. §. ſi volũta-
te. qđ facere nõ poterat obſtante ſtatuto. Preterea dico ꝙ ẽt ceſſan-
te ſtatuto nõ p̃iudicauit mulieri dicta vẽditio meo iuri cõi inſpecto.
nã cõis eſt legiſtarũ opi. ⁊ Bart. ⁊ aliorũ in. d. l. iubem⁹. ꝙ tũc ꝓcedit
illa lex, vt valeat remiſſio iuriũ hypothecarũ ꝑ mulierẽ facta q̃n ma-
ritus in alijs rebus remanet ſoluẽdo. Si aũt remaneret ſoluẽdo, talis
2 renunciatio mulieri p̃iudicaret. Ratio q2† qđ maritus remanet ſol-
uendo renũtiatio hypothece nõ cõtinet donationẽ, vt in. d. l. etiã. ⁊ l.
ſi pignus. ff. de his q̃ in frau. cre. ¶ Sed q̃n maritus nõ eſſet al's ſoluẽ-
do donationẽ cõtineret q̃ nõ vȝ inter maritũ ⁊ vxorẽ, vt. ff. de do. in-
ter vi. ⁊ vxo. quaſi ꝑ totũ. Preterea q̃n maritus nõ eſſet al's ſoluendo
mulier per hãc renũciationẽ eſſet obligata nõ agere. nã ex pacto libe
ratorio qs obligať ad nõ agẽdũ, vt. l. vbi pactũ. C. de tranſac. l. ſi vnus.
3 §. pact⁹ ne peteret. ff. de pac.† Sed mulier ꝓ viro nullo modo obligať,
vt in aut. ſi qua mulier. C. ad velleia. ergo renũtiatio nõ valuit. ⁊ hoc
tenuit Jac. de are. in. l. Meuia. §. fi. ff. ſol. ma. ⁊ Dy. in. l. pignus. ff. de
his q̃ in frau. cre. ⁊ Ja. de bel. in aut. vt immobilia añ nup. do. col. vj. ⁊
Bar. in. d. l. iubem⁹. qđ dixi ꝑpetuo mẽti tenẽdũ, ſȝ marit⁹ nõ remane
bat id ſoluẽdo cũ p̃dicta renũtiatio hypothece q̃ tacite reſultabat ex
dicta vẽditiõe ſeu cõſenſu illi preſtito nõ habuit in aliquo preiudica-
re mulieri. Nec ob. ſi dicať ꝙ mulier fuit illa q̃ vẽdidit nõ aũt pure re-
nuntiauit, q2 dico ꝙ pretiũ nõ fuit per ipſaȝ receptũ ⁊ ſic ceſſat qđ le-
gi. ⁊ no. in. l. ſi vir vxori. ff. ad velleia. ⁊ qđ no. Bar. in. d. l. iubemus. in
fi. ſed p̃tiũ debebat ꝯuerti ad vtilitatẽ mariti vt liberet a reſtitutione
dotiũ vxoris p̃defuncte, ſi ſic in effectu obligabať mulier ad nõ peten
dũ ad vtilitatẽ mariti. ꝯ aut. ſi qua mulier. C. ad velleia. Ex qb⁹ oĩbus
clare ptȝ ꝯcluſio p̃miſſa. ⁊ hec de prĩo. ¶ Venio ad ſcđȝ dubium. An
mulier ſibi p̃iudicauerit ſaltẽ ex iuramẽti interpoſitione. Et breuiter
puto ꝙ ſic. ꝑ. c. cũ cõtingat. de iureiu. ⁊ c. q̃uis. de pac. li. vj. ⁊ aut. ſa-
cramẽta puberũ. C. ſi aduer. vẽd. Statutũ em̃ ⁊ ius cõe annullãt hoc
caſu talẽ remiſſionẽ ⁊ ꝯctũ p̃ncipal'r in fauorẽ mulieris, lȝ ſcđario in
fauorẽ publicũ, vt. l. j. ff. ſo. ma. quo caſu vȝ iuramẽtũ ꝑ illũ de cui⁹ vti
litate principaliter tractať p̃ſtitũ, vt in dictis iurib⁹. no. Bart. plene
in. l. ſi quis ꝓ eo. ff. de fideiuſ. ⁊ canoniſte in. d. c. cũ ꝯtingat. ⁊ multi le-
giſte in. d. aut. ſacramẽta. nõ em̃ venit hoc iuramẽtũ in preiudiciũ aut
diſpẽdiũ ſalutis eterne, ergo ſeruãdũ. d. c. cũ cõtingat. ⁊ c. ſi vero. e. ti.
¶ Reſtat ergo examinare tertiũ, an circa tale iuramẽtũ cõpetat ali-
quod remediũ, ⁊ videtur primo qđ non, per tex. in aut. ſacramẽta pu-
4 berũ. prealle. qui dicit† ꝙ iuramẽtũ preſtitũ contra legem editã in
fauorez principaliter priuatũ eſt inuiolabiliter obſeruandũ. ⁊ no. ver
bũ inuiolabiliter, ſi enim poſſet peti indifferenter abſolutio quaſi de
vẽto illa aut. ſeruiret, nec inuiolabiliter obſeruareť, ad idẽ dictũ. c. cũ
contingat. qđ mandat ſimpliciter tale iuramentum obſeruari in dã-
no rerum tẽporalium nõ obſtante, cũ anima ſit cũctis rebus tanquã
pretioſior p̃ferenda. xij. q. j. precipim⁹. ⁊ in. c. Matthe⁹. de ſimo. ¶ Sȝ
in caſu noſtro predicta minime militare credo, vñ dico ꝙ a tali iura-
mento poteſt peti abſolutio ab ep̃o, ſeu petere ꝙ dictus emptor cõ-
5 pellatur relaxare illud iuramẽtũ. Moueor principaliter.† q2 vbicun-
{q} iuramentũ eſt illicitũ ⁊ iniuſtũ ex parte recipientis, lȝ ex parte pre-
ſtantis poſſit ſine anime diſpendio ſeruari poteſt nihilominus peti
abſolutio

abſolutio ab ep̄o,vel vt recipiens iniuſte cōpellatur illud iuramētuꝫ
relaxare,hoc ꝓbat̃ in.c.ſi vero.⁊.c.verū.de iureiu.in quibꝰ iuribꝰ re-
laxatur iuramentū pro vſuris ſoluendis,vel per metū pręſtituꝫ pro-
pter turpitudinē recipientis,⁊ idē eſt ex idētitate ratiōis vbicūqꝫ ali-
qua alia turpitudo verſat̃ ex parte recipiētis,vt ſentit Inn.in.c.debi-
tores.de iureiur.⁊ doct.maxime Moder.in.d.c.cū cōtingat.expreſſe
tenet Fed.conſi.ccxliiij.ne iſte turpiter ⁊ ↄ legem recipiens cōſequat̃
cōmodū ex ſua improbitate ↄ.l.itaqꝫ fullo.ff.de fur.cū potius debe-
ret inde puniri,vt in c.⁊ ſi neceſſe.de do.inter vir.⁊ vxo.⁊.ff.de neg.
6 ge.l.ſiue.† Itē ⁊ ſcd̄o iuramētū vt ſit vndiqꝫ licituꝫ debet habere tres
comites:veritatē,iudiciū,⁊ iuſtitiā.Si aūt iſta defuerūt nequaꝙ̄ iura
mentū eſt ſed piuriū id eſt illicitū iuramētū,ita dicit tex.in.c.animad
uertēduꝫ.xxij.q.ij.⁊.c.⁊ ſi xp̄s.de iureiu.ſed iuramētū pręſtitū per iſtā
Laurentiā nō habuit comitē iudiciū,qꝛ nō fuit diſcretū ſeu non ha-
buit in ſe diſcretionē,nec ex parte iurantis,nec ex parte recipiētis,cū
non ex illius obſeruantia mulier ſine iuſta cā cōpellat̃ eſſe indotata,
cū poſſit habere regreſſuꝫ ↄ bona mariti cū nō ſuperſint.cōtra.l.j.ff.
ſol.ma.reipublice em̄ intereſt mulieribus dotes cōſeruare,vt dicit ibi
tex.itē dictus emptor hoc cōtradixit cū mulier q̄ ilico erat in maluꝫ
vſum,⁊ a iure dānatū ſicut pretiū cū vſura ↄ.l.ſi quis cum ſciret.ff.ꝓ
emp.⁊ qd̄ ibi no.Bar.⁊ in.l.ſi vero nō remunurādi.§.ſi adoleſcēs lu-
xurioſus.ff.de cur.fur.⁊ aliis iuribꝰ,hec em̄ mulier vendebat vt p̄tiū
cōuerteretur in reſtitutionē dotiū illius vxoris predefuncte,⁊ ſic ad
vtilitatē mariti ↄ iura ſuperius alle.⁊ ſic iuꝝm illud nō habuit diſcre
tionē nec ex parte recipientis nec iurantis maxime cum emptor con-
traxerat cum illa muliere cōtra legē cōem ⁊ municipalē que vetāt re-
miſſionem iurium hypothecaruꝫ ipſius mulieris maxime marito al̃r
nō exiſtente ſoluendo,vt.ſ.patuit.Preterea prefatum iuramentum
non habuit comitem iuſtitiā,qꝛ nō fuit iuſtum ↄhere cum muliere q̄
ex fragilitate ſexus ⁊ reuerētia quam hꝫ ad maritū de facili oīa pro-
mitteret.ar.eorū que no.gl.in.l.j.§.que onerāde.ff.quarū rerum act.
nō dat̃.⁊.l.ſi pater.in fi.C.de ſpōſa.⁊ ſepe multe amoroſe coniuges ſe
ſpoliarēt,niſi lex interdiceret.ff.de do.inter virū ⁊ vxo.l.j.ij.⁊.iij. Itē
fuit iniuſtū dictū iuꝝm ratione doli qui interuenit re ipſa ⁊ ſic non ex
propoſito,qꝛ mulier vt dixi remanet ſine iuſta cā indotata.paria eniꝫ
ſunt qd̄ dolus interueniat ex propoſito,qꝛ mulier vt dicit text.in.l.ſi
quis cū al̃r.ff.de ver.obli.ratione vero doli ⁊ enormis leſionis facili-
ter remittitur iuramētū,vt in.d.c.cum contingat.⁊.c.quintauallis.
de iureiur.Et ſi diceremus cōtrarium ſequeret̃ ꝙ iuramētū eſſet vin
culum iniuſte ⁊ iniquitatis,cōtra.c.quanto.de iureiu.⁊.xxij.q.iij.per
totum.Hāc opi.ꝙ iuramētuꝫ dēat remitti tꝫ etiā in facilioribus ter-
minis.Fed.cōſi.preal.vbi formans qōnem.Qn̄ ſtatuto cauebatur ꝙ
certa conceſſio ſiue promiſſio facta a filiofa.ſine cōſenſu patris nō va
leat ipſo iure etiam ſi iuratum fuerit,⁊ quidam filiuſfa.hoc nō obſtā-
te promiſit iurauit.Concludit dictus Fed.iuramētū forte obligato-
riuꝫ,qꝛ iuꝝm recipiens fecit ↄ ꝓhibitionē ſtatuti ciuitatis ex cā facti
cui obtemperare debuerat ⁊ nō ↄuenire.viij.diſtinct.que cōtra.⁊.xj.
q.ij.qui reſiſtit.nec ex trāſgreſſione debet reportare cōmoduꝫ ſed po-
tius puniri,poteſt compelli ipſe recipiens ad relaxationē iuramenti.
7 † Nec in hoc venit ipſe iurans ↄ iuramentum,imo petendo relaxa-
tionem ſeu abſolutionem iuramenti fatetur ſe ligatū iuramento,ſic
voluit Fed.ꝙ ex ſola cōuētione ſtatuti quis teneat̃ relaxare iuramen
tū nulla alia allegata deceptione,fortius ergo in caſu noſtro dꝫ rela-
xari dictū iuramētum qd̄ fuit pręſtitū obſtante lege cōi ⁊ municipa-
li,⁊ cum grauiſſimo dāno ipſius mulieris,que ex hoc remanet indo-
tata.Item apertiſſime voluit Vincē.⁊ Io.an.eum recitando in.d.c.
cū cōtingat.vbi dicit ꝙ mulier iurans in terminis illius.c.cū cōtin-
gat.pōt inſtare vt abſoluat̃ a tali iuramēto,qꝛ ↄ ꝓhibitionē legis cō
ſentit fortiꝰ in caſu noſtro cōcurrētibus aliis de qbus ſupra.Idē cō
ſuluit Pe.de anch.in muliere q̄ re ipſa fuit iuramēto decepta ⁊ late
ponit in repetitione.c.canonū.de cōſti.⁊ do.Ant.de bu.in.d.c.cū cō-
tingat.vbi dicit ꝙ ſiue iurans fuerit enormiter leſus in contractu ſi-
ue recipiens iuramentū contraxerit cum veriſimiliter cōſumpturo,
⁊ hoc cōſtat per euidētiā facti,qꝛ hic aliqualis eſt turpitudo ex parte
ↄhentis qui materiam dat ↄſumptioni ad proprium cōſumēdum ⁊
lex fraudem preſumit ↄ talē,vt.d.l.ſi quis cū ſciret.⁊.l.ij.ff.quaruꝫ re
rū ac.non da.talia iuramenta debent remitti per iura ſuperius alleg.
¶ Cōcludo ergo ꝙ ſuprāſcriptū iuramētum dn̄e Laurētie eſt remit-
tenduꝫ altero promiſſorū modorū vel cōpellendo recipientē ad rela-
tionē vel obtinēdo abſolutionē ab ep̄o.vtrūqꝫ em̄ iuris remediuꝫ eſt
neqꝫ principale,vt finaliter tenet Io.an.in addi.Spe.in ti.de iureiu.
ſuper rub.⁊ Anto.in.c.j.⁊.c.debitores.eo.ti.lꝫ aliud videatur ibi ſen
tire Inn.⁊ pleniſſime hanc materiā examino in quadam mea diſpu-
tatione que incipit Stante ſtatuto.⁊ videtur probari in.c.ſi vero.§.
veruꝫ.de iureiu.Iuramento vero ſublato poterit dicta mulier vt in
iure hypothecaruꝫ ſuarū.d.c.ſi vero.in fi.⁊ ꝑ doc.in.d.c.cū cōtingat.
Ad cōtraria ſuperius formata facile patet rn̄ſio.Primo em̄ pōt dici
ꝙ ille qui petit abſolutionē nō venit cōtra iuramētuꝫ imo illud ob-
ſeruat,vt in.c.j.⁊.c.ſi vero.Item ſecundo procedunt illa iura qn̄ con
tra legis prohibitionē nō interuenit alias deceptio eſt enormis eſt le-
ſio ſicut in caſu noſtro contingit.Et hec ſolutio plus placet ⁊ ſalua-
tur omnium opinio.Et hec ſufficiant. Nico.abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Statuto edicto per ep̄m Luca-

num in ſynodo ep̄ali,ita cauet̃ primo in rub.ſic de abſentatione p̄ſby
terorum ab eccl̃iis,deinde in nigro ita ſubiicitur.Item ſtatuimus ⁊
ordinamus ac p̄ntis authoritate cōſtitutionis monemuſqꝫ ex nūc ꝓ
ut ex tunc ꝓ monitis requiſitis ⁊ citatis habeant̃ oēs ⁊ ſinguli abba-
tes prepoſiti archidiaconi,priores,plebani,archipreſbyteri,⁊ eccleſia
rū parochialiū rectores,ne qs ipſorū poſſit ab eccleſia ſua ſe abſenta-
re vltra duos menſes.Habens vero beneficiū ſimplex cui cura nō im
minet animarū vltra quatuor ſine noſtra ſeu noſtri vicarij licētia ſpe
ciali al̃s aūt ↄfaciēs ſit ipſo iure bn̄ficio priuatꝰ.¶ Alia vero ↄſtitu-
tione capituli eiuſdē ep̄i authoritate edita ita cauet̃. Itē ſtatuerunt
⁊ ordinauerūt ꝙ reditus ⁊ ꝓuētus qui pro tp̄e fuerint in Lucano ca
pl̃o,nō niſi inter reſidentes per totū annū cōtinuū ſtatuto tp̄e diui-
dant̃,ſi vero taliter reſidentes per tres tm̄ mēſes cōtingat abſentari
ꝓpter hoc de p̄bēda annua nihil penitus minuat̃,ſed ꝓ reſidētibus
cōputent̃.Qui ſi vltra pmāſerint ſola ſibi ꝓ rata tp̄is portio aſſignet̃
dūmodo quolibet anno ad minus iā ſeruierint ꝑ ſex annos ↄtinuos
vel interpellatos al̃s nihil ꝑcipiāt de p̄bēda ⁊c. ¶ Cōtingit nunc qd̄
ep̄s Lucanus vigore precedētis ſtatuti ꝑuauit ſeu priuatos declara-
uit duos ex ſuis canonicis qui ſe abſentauerūt vltra quatuor mēſes
licentia ab ep̄o vel vicario nōie obtēta. ¶ Queritur nunqd potuerit
hoc facere attentis verbis vtriuſqꝫ cōſtōnis.Itē attento ꝙ de cōſue
tudine longiſſimi tp̄is,canonici Lucani nō aſtringuntur ad reſiden-
tiam,niſi ꝑm qd̄ diſponitur in p̄nti ſtatuto,nec ſtatutū primo poſitū
fuerit aliqn̄ pſonis canonicorū obſeruatū,lꝫ iaꝫ dudū fuerit editum.

¶ Conſilium.ix.

1 ☞ Ep̄s nō dꝫ ſine capitulo mutare antiquas cōſuetudines eccleſie.
2 Clericorū appellatione in materia reſtringibili nō veniūt canonici.
3 Conſuetudo eſt optima legum interpres.

IEſu Chriſti eiuſqꝫ matris

preſidio humiliter inuocato.¶ Omiſſa omni argumenta
tione qꝛ caſus nō vr̃ mihi multum dubitabilis. Breuiter
precōſideratis oībꝰ arbitror primū ſtatutū ad canonicos minime ex-
tendēdū.Moueor p̄mo qꝛ illud ſtatutū loquit̃ de habētibus dignita-
tes ſiue perſonatus vel eccleſias duplices ſeu ſimplices,vt ptꝫ ex te-
nore ipſius ſtatuti iūcta rubri.vbi dr̄ de abſentatiōe p̄ſbyterorū ac ec
cleſiis,ergo non dꝫ extēdi ad canonicas qui nō hn̄t eccl̃iam,ſed bene
ficium in eccleſia,aliud eſt em̄ habere eccleſiā aliud bn̄ficiū in eccleſia
vt legi.et not.in.c.fi.de prebē.⁊ in cle.j.de cōceſ.prebē.Scd̄o moueor
⁊ fortiꝰ cū canonici habeāt de ↄſuetudine vt nō teneant̃ ad reſidētiā.
q̄ qdē ↄſuetudo iure approbat̃ iuxta no.in.c.cū oēs.de ↄſt.⁊i.c.dudū.
el.ij.de elec.nō dꝫ dictum ſtatutū ad canonicos extēdi,tm̄ ne violetur
1 antiqua conſuetudo a iure approbata.tū† qꝛ ep̄s non dꝫ ſine capitu-
lo mutare antiquas ↄſuetudines eccl̃ie,vt not.in.c.conſuetudinis.de
conſue.⁊ in dubio nō dꝫ ſtatutū referri ad caſuꝫ in quo violaret̃ anti-
qua conſuetudo.arg.c.j.de conſti.lib vj.maxime attēto ꝙ illud ſtatu-
tum eſt penale,id̄ eſt reſtringēdum ad hoc qd̄ not.Inn.in.c.ſedes.de
2 reſcrip.vbi dicit† ꝙ in materia reſtringibili appellatiōe clericorū nō
veniūt canonici.Preterea ⁊ tertio cū de canonicis ſpāliter prouiſuꝫ
ſit vt habet̃ in ſcd̄o ſtatuto nō dꝫ primuꝫ ſtatutū gn̄aliter loquens ex
tendi ad ſpeciem ſpāliter ꝓuiſam,vt in.l.ſancimus.C.de pe.Vn̄ conſi
dero ꝙ aut ſcd̄m ſtatutum p̄ceſſit primum ſeu primo eſt deſcriptū ⁊
habet locum precedens argumētatio.Aut primum primo fuit editū
⁊ tūc per ſcd̄m,qꝛ ſpāliter loquit̃ de canonicis,limitat̃ ⁊ reſtringitur
primū qꝛ ſpēs derogat generi preſertim cū ſequit̃ genus,vt in regula
generi.de reg.iur.lib.vj.⁊ in.c.j.de reſcrip.⁊ in.l.q̄ſitum.in fin.ff.de fi.
inſtr.⁊ in dubio debemus ita interpretari dicta ſtatuta vt reducātur
ad ↄcordiā ne vnū ꝑ aliud corrigat̃,vt in.c.cū expediat.de elect.li.vj.
per Bar.in extrauag.ad reprimendū.ſup verbo nō obſtātibꝰ priuile
giis.⁊ ꝑ Io.an.in.c.j.de conſtit.li.vj.p̄alle.Itē ⁊ quarto in p̄io ſtatu
to non interuenit conſenſus capituli vel cōſiliū ex quo pōt argui nul
3 litas ſtatuti.iuxta no.ꝑ Io.an.⁊ Archi.in.c.j.preall.¶ † Quinto ⁊ vl-
timo facit ↄſuetudo optima legū interpres.nā vt premittit̃ primum
ſtatutū fuit receptū in canonis,⁊ ſic ſaltē ex eo capite,qꝛ moribus il-
lud ſtatutū fuit receptū in canonicis non debet ad eos extendi.iuxta
id qd̄ legi.⁊ no.in.§.leges.iiij.diſt. Nico.abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Factum ita proponitur. Quidā

clericus de quodam plebanatu nouiter inueſtitus reperit in dicta ec
cleſia aliqua bona mobilia modici valoris eccl̃ie ꝑ plebanū ꝓxime de
functū dimiſſa ac multa debita ꝑ eūdē defunctū nōie eccleſie ↄcta q
plebanꝰ ſucceſſor creditoribꝰ vrgētibꝰ cū eccl̃ia pecuniā nō hēret de
dictis bonis mobilibꝰ aliqbꝰ ex creditoribꝰ ſatiſfecit,reliqs vō d̄ ſua
ꝓpria pecunia ſoluit,demū tractu tp̄is eo plebanatū dimittente ſuc

ceſſor in dicta eccl'ia eſt vrgẽs repetit ab eo illa bona mobilia ꝑ dictũ
defunctũ eccl'ie dimiſſa nũc q̃rit̃ de duob⁹. Prĩo nunqd quõdã ple-
banus poſſit legitime vrgeri ad reſtitutionẽ dictorũ bonorũ. ¶ Se-
cũdo p̃ſuppoſito ꝙ poſſit nunqd poſſit repetere pecuniã quã de pro-
prio ſoluit ꝓ ſatiſfactiõe debitorũ noĩe eccl'ie ꝑ illũ defunctũ ↄ̃ctorũ.

¶ Conſilium.x.

1 ☞ Succeſſor tenetur ad debita contracta per defunctum.
2 Tutor ſine iudicis authoritate põt veſtes antiquas ⁊ ſimilia que ſer-
uando ſeruari non poſſunt diſtrahere pro ſuo arbitrio.
3 Prelatus ſeu rector eccleſie poteſt nedum in ſanitate ſed etiã in egri-
tudine de aliquibus mobilibus per eccleſiam inquiſitis pro ſuo arbi-
trio diſponere, etiam inter eos qui ſibi ſeruierunt.
4 Rector eccleſie ſi aliquid de ſuo impendat ad vtilitatem ipſius eccle
ſie eſt ſibi ab eccleſia id totum reſtituendum.

Dei omnipotẽtis inuocato

ſuffragio. Breuiter quo ad primuz dico dictũ quõdã ple-
banũ ad dictorũ bonorũ reſtõnẽ minime conſtringi poſſe.
1 Moueor qr† ad debita ↄ̃cta ꝑ defunctũ tenet̃ ſucceſſor maxime cuz
ſucceſſerit in bonis illius, vt in.c.j.⁊ qđ ibi no. de ſo.⁊ in.c.j. de teſt. er-
go illa bona mobilia poterunt dari in ſolutũ vel al'r diſtrahi ꝓ ſatiſ-
factione creditorũ cuz eccl'ia tũc nõ haberet pecuniã vel aliũ facilio
rẽ modũ ſatiſfaciẽdi creditorib⁹, vt in aut. hoc ius porrectũ.x.q.ij. nec
fuit op⁹ in diſtractiõe illorũ bonorũ cũ eſſent mobilia ⁊ modici valo
ris interuenire ep̃i authoritatẽ. ar.xij.q.ij.in.c. terrulas.⁊ melius in.l.
2 lex que tutores.C. de admi.tu. vbi ptz† ꝙ tutor ſine iudicis authori-
tate põt veſtes antiquas ⁊ ſimilia que ſeruando ſeruari nõ poſſunt ꝓ
ſuo arbitrio diſtrahere, rector aũt eccleſie maiorẽ ptãtẽ hz q̃ tutor. vt
no. gl. v.q.iij.in.c.fin.⁊ Inn.in.c.pe. de iur.ca. ad idẽ.c. ceteruz.⁊.c. ad
3 hec.⁊.c. relatũ.el.ij. de teſt. vbi đr† ꝙ prelatus ſeu rector eccleſie p̃t ne
dũ in ſanitate, ſz etiã in egritudine de aliquib⁹ mobilibus ꝑ eccleſiaz
acquiſitis pro ſuo arbitrio diſponere etiã inter eos qui ſibi ſeruierint,
fortius ergo hoc facere põt pro ſatiſfactione debitorũ noĩe eccl'ie ↄ̃-
ctorũ p̃ſertim per illũ qui dicta bona eccleſie dimiſit. ¶ Et hoc quo
ad primũ per cuius deciſionẽ remanet ſatis clarũ ſcđz dubiũ alia exa
minatione nõ dignũ. Sed p̃ſuppoſito ſine veritatis p̃iudicio ꝙ dict⁹
quõdã plebanus poſſit cõſtringi ad dictorũ bonorũ reſtitutionẽ nũ-
quid poſſit repetere pecuniã in plebano p̃nti quã de ꝓprio ſuo ſoluit
creditoribus eccleſie ⁊ cõcluſiue dico ꝙ ſic. tex. eñ eſt đ hoc apert⁹ in
4 c.ij.q.iiij. vbi dicitur† ꝙ ſi rector eccleſie aliquid de ſuo impendat ad
vtilitatem ipſius eccleſie eſt ſibi ab eccleſia id totum reſtituendum cũ
nemo cõpellatur de ſuo facere beneficium.x.q.ij. precarie. facit.xij.q.
j. manifeſte.⁊.c. ſicut manifeſte. Et hec ſufficiant. Nico. abb.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Factum ſic proponitur. Quidaz

magiſter Armagnus ciuis ⁊ habitator Fundeñ. ciuitatis, dũ eſſet in
vltimis cõſtitut⁹ ſuũ vltimũ cõdidit teſtm̃ in quo inter cetera legata
ſic diſpoſuit. Volo ⁊ mãdo ꝙ vxor mea dũ vixerit habitet domũ meã
que eſt in parochia ⁊c. poſt eius mortẽ volo ꝙ predicta domus ven-
datur ⁊ pecunia ipſius domus det̃ pro anima mea ad ꝓuiſionẽ meo-
rum executorũ, vxor p̃dicta poſt mortẽ teſtatoris ſtetit in domo pre-
dicta demũ dicti executores venerunt ad cõcordiã cũ prefata mulie-
re ⁊ ipſi mulieri vẽdiderũt domũ ſic legatã ꝓ certo p̃tio, executores
predicti recepto pretio inceperũt exequi voluntatẽ defuncti, vcʒ emẽ
do vnã domũ paruã ⁊ eã aſſignauerũt ꝓ aĩa ipſi⁹ teſtatoris vni puelle
maritãde quo facto ipſi executores ſteterũt vltra annũ ⁊ nihil de re-
ſiduo pecunie prefate domus vẽdite diſponebãt, deniqꝫ ep̃s nouiter
in ciuitate creat⁹ inquirẽs de executione piarũ volũtatũ repit ꝙ di-
cti executores nõ fuerant prorſus defuncti volũtatẽ executi, ⁊ eo ad-
monẽte vt perficerent teſtatoris volũtatẽ de ipſorũ ⁊ ep̃i cõſenſu ꝓ-
ceſſit vt ex reſiduo pecunie duo candelabra argẽtea ꝓ eccleſia cathe-
drali emerent̃ ⁊ ob hãc cãm exequẽdã tradiderũt dicti executores di-
ctã pecuniã ipſi dño ep̃o qui dñs ep̃s operã dedit vt dicta cãdelabra
haberent̃, ſz nõ potuit illa habere. ita ꝙ dict⁹ dñs ep̃s dictã pecuniã
apud ſe per annum ⁊ amplius retinuit, demum deceſſit dicta mulier
emptrix ep̃o retinẽte pecuniã ẽt poſt mortẽ ipſius per annũ ⁊ ampli⁹
aĩo emendi cãdelabra ſupraſcripta. Nunc vero executores prefati re-
petunt a dño ep̃o pecuniam predictã dicentes ꝙ volunt illam expen
dere ad eorum voluntatem. Queritur nunquid poſſint.

¶ Conſilium.xj.

1 ☞ Diſpoſitio teſtatoris ſeruanda eſt tanquam lex.
2 Statuto ep̃i ſi cauetur ꝙ nullus clericus poſſit rem eccleſie locare
ſine ſuo cõſenſu, ſi ep̃s cõducit videt̃ conducendo conſentire.
3 Annus nõ currit executori niſi die monitionis fiende per ep̃m.
4 Executor eſt q hz nudũ miniſteriũ facti exequẽdo diſpoſitũ ꝑ aliũ.
5 Stipulat⁹ ſi aliqs fuerit Stichũ aut Pãphilũ quẽ ip̃e velit, ſi ſemel
alterũ elegit põt mutare volũtatẽ ſuã donec in iudicio aliũ petierit.
6 Electionem habens ex officio ſibi cõmiſſo ſi ſemel eligat etiam ab-
ſentem non poteſt amplius variare.

Chriſti Saluatoris eiuſque

piiſſime matris noĩbus inuocatis. Tria ſunt ad clarã de-
ciſionẽ predictorũ examinãda. Prĩo nunqd dicta dom⁹
potuerit vendi ante mortẽ dicte mulieris legatarie. ¶ Scđo ſi cum
annus eẽt elapſus tpe habite diſtribuende ex diſpõne teſtatoris, nũ-
qd potuerint dicti executores illã pecuniã diſpõnere maxime ꝓ cãde
labrorũ emptione. ¶ Tertio p̃ſuppoſito ꝙ potuerint nũqd valeant
mutare volũtatẽ ⁊ illã cõuertere ad aliũ piũ vſũ. ¶ Venio ad primũ
in quo videt̃ prĩo dicẽdũ ꝙ non, qr ex quo teſtator diſpoſuit vt poſt
mortẽ vxoris legatarie vẽderet̃ nõ potuit vẽdi per prius. ar. in.l. ſi ita
relictũ. §. Pegaſus. ff. de le.ij.⁊.l. in fideicõmiſſi. §. cũ Pollidius. ff.
1 de vſur.⁊.l. qui rome. §. rurſus. ff. de verb. obli.⁊ ſeruanda eſt eñ diſpõ te-
ſtatoris tãq lex.xiij.q.ij. vltima volũtas.⁊ in aut. de nup. §. diſponat.
¶ Sz hoc nõ obſtãte ↄ̃ria opinio preſtãtior eſt, fuit eñ hoc tp̃s appo
ſitũ nõ fauore defuncti, ſed ipſius legatarie que potuit in hoc ſuo iuri
renuntiare nõ ſoluz ipſa emẽte, ſz etiã potuiſſet cõſentire vt alteri in
vita ſua vẽderet̃, vt.l. quoties.C. de fideicõ.⁊.l.j. Et optime ad caſum
noſtruz facit tex. in.l.j.⁊.l. cũ ꝓponas.C. de pac. vbi ꝓbat̃ ꝙ teſtator
mãdauit heredi vt ſi ſine liberis decederet reſtitueret hereditatẽ Sẽ-
pronio, ⁊ potuit hoc nõ obſtãte heres cõuenire cuz Sẽpronio, de dã-
da ſibi certa p̃te hereditatis in vita vt remitteret̃ fideicõmiſſum vni-
uerſale. Itẽ põt pure fideicõmiſſarius huic fideicõmiſſo ⁊
remittere heredi, vt.d.l. cum ꝓponas. põt eñ quis renunciare benefi
cio tp̃is appoſiti in ſuum fauorẽ, vt.l. cũ qui. ff. de ver. obli.⁊.l. ſtipula
tio iſta. §. inter incertã. ff. eo.⁊.c. ad apoſtolicã. de regu. accedant iura
gñalia q̃ dicunt quẽ poſſe ſuo fauori renũciare.d.c. ad apoſtolicã.⁊.l.
ſi quis in cõſcribẽdo.C. de pac.⁊ hoc clariſſimũ. ¶ Ex quo cõcludo ꝙ
valuit vẽditio dicte domus cõſentiẽte dicta legataria, que ↄ̃ſenſit eo
ipſo ꝙ emit. ad hoc.l. cũ pater. §. libertis.⁊ qđ ibi not. bar. ff. de leg.ij.
⁊ per Bal. in.l. fin.C. ad maced.⁊ melius in.l. ſi filius.C. de peti. here.⁊
2 Jo. an. in regula qui tacet. de reg. iur. li. vj. in merc. vbi dicit ꝙ ſi† ſta-
tuto ep̃i caueat̃ ꝙ nullus clericus poſſit rẽ eccleſie locare ſine ſuo cõ-
ſenſu, ꝙ ſi ep̃s cõducit videt̃ cõducẽdo cõſentire, ita dicẽdũ in ꝓpoſi-
to. ¶ Ad ſcđm dubiũ breuiter dico ꝙ lapſu anni non obſtãte potue-
runt deputare pecuniã dicti executores ꝓ anima teſtatoris de iure
cõi hoc videt̃ clariſſimũ, qz annus non currit executori niſi a die mo-
nitionis fiende per ep̃m vt exequat̃ ſeu impleat defuncti voluntatẽ ⁊
nõ prius vt clare probat̃ in.c. nos quidẽ.⁊ ibi cõmuniter per doct.⁊ ꝑ
Fed. cõſi. cxxiiij. Aut in caſu noſtro anni lapſum nõ preceſſit ep̃i mo-
nitio. Idẽ dico ſi ep̃atui Fundẽſi eſt cõſuetudo vt communiter viget
in alijs ep̃atibus monens ipſo facto ⁊ arctans executores piarum
volũtatũ ad exequẽdũ extra annũ al's ptãs deuoluat̃ eo ipſo ad ep̃m
hac eñ cõſtõne non obſtãte dico ꝙ dicti executores potuerunt poſt
annũ eligere cãm in qua illa pecunia expẽderet̃ ꝑ ea q̃ elegãter nota-
uit Bar. in.l. cũ quidã. ff. de le.ij. vbi dicit ſe cõſuluiſſe ꝓ iſta parte qr
de iure cõi ille qui hz ius eligẽdi paupes vel aliam cãm ſi fuit in mora
eligendi ⁊ declarandi voluntatẽ ſuã põt morã illam purgare quoad-
uſqꝫ petat̃, vt probat̃ in.l. cũ quidã.⁊ đr peti per litis cõteſtationez ⁊
nõ añ. vt.l. amplius. ff. rẽ ra. hab.⁊ de iure ergo cõi iſti excludunt̃ poſt
annũ, tũ qr vt dixi nõ p̃ceſſit monitio, tuz qr iſti hẽbant eligere perſo
nas vel piã cauſam, nõ autẽ erant ſimplices executores itẽ nec vigore
talis cõſtitutionis excluderent̃, qr cõſtitutio arctat executores, ſz iſti
ſunt ꝓprie executores cũ hẽbant declarare in quã cãm deberet pecu-
4 nia cõuerti. † Executor eñ eſt ille qui hz nudũ miniſteriuz facti in exe
quẽdo diſpoſitũ ꝑ aliuz, vt in.l. executorẽ.C. de exec. rei iu. hinc eſt ꝙ
ille qui declarat ⁊ ſentẽtiat đr iudex, executor vero qui exequit̃ decla-
ratũ ꝑ iudicẽ.d.l. executorẽ. iſti aũt de quibus querit̃ nõ ſolum habẽt
ſoluere, ſz ẽt declarare ⁊ eligere vñ virtute talis cõſtõis nõ electio ſz
mera executio deuoluit̃ ad ep̃m qđ eſt bñ notãdũ qr multi in hoc er-
rant credẽtes ꝙ indifferẽter ptãs talis deferat̃ ad ep̃z poſt annũ, ⁊ iđ
ep̃s dz eſſe caut⁹ in ſtatuẽdo vt ↄ̃prehẽdat ẽt iſtos q̃ hñt eligere ⁊ de-
clarare ⁊ exeq. cõcludo ergo ꝙ lapſu anni obſtãte potuerũt illi execu
tores nũcupati ſuã volũtatẽ declarare ⁊ deputare illi pecuniã in em-
ptiõem cãdelabrorũ ꝓ eccl'ia cathedrali, eſt eñ cã pia relinquere pro
ornamẽtis eccl'ie, qnimo tale relictũ p̃uilegiatũ eſt a iure vt ex eo nõ
ſoluat̃ quarta, vt in.c. ſi. de teſt. ¶ Venio ad tertiũ dubiũ ⁊ vltimum
nunqd poſſint dicti executores re exiſtẽte integra mutare voluntatẽ
ſuã ⁊ cõuertere illã pecuniã in aliã cãm. ¶ Et prĩo vr̃ ꝙ ſic ꝑ.l. q̃ ſtipu
5 lat⁹. ff. de ver. ob. vbi đr† ꝙ ſi qs fuit ſtipulat⁹ ſtichuz aut pãphilum
quẽ ip̃e vellet ſi ſemel alterũ elegit p̃t mutare voluntatẽ ſuã donec in
iudicio aliuz petierit, ergo idẽ dicẽdũ in ꝓpoſito. Sz hoc nõ obſtãte
ↄ̃riũ i caſu nr̃o eſt tenẽduz. ꝑ.l. hmõi. §. ſtichũ. ff. đ le.j.⁊.l. ſtatuliberũ
§.j. đ le.ij.⁊.l. apud aufidiũ. ff. de ope. li. in q̃b⁹ iurib⁹ clare ꝓbat̃ ꝙ hñs
electionẽ ex vltima volũtate ſi ſemel eligat ſeu đclarauit volũtatẽ ſuã
6 vſuras.ff.ſol.mat.vbi dicit † ꝙ vxor nõ poteſt petere vſuras occaſione retardate dotis ita ꝙ nõ habet locũ ẜm eũ de iure canonico.l.vnica.§.exactio.preallega.⁊ idẽ ſentit Azo in ſumma de vſur.⁊ Io.an.et Inno.in.c.ſalubriter.de vſuris vbi dicũt ꝙ ſi heres mariti obligauit vxori prediũ pro dote reſtituẽda tenet̃ cõputare fruct⁹ qδ eſt notãdũ.

Nec obſt.primũ cõtrarium ſupra formatũ. Dico eñ ꝙ licet lex poſſit certã penã infligere moroſo ⁊ cõtumaci: vt in cõtrario nõ tñ põt inducere lucrũ parti ꝓpter curſum tpis: ſicut facit in.d.l.vnica.§.exactio. ⁊ ſtatutũ in caſu noſtro.⁊ ita refert Butri.in.d.l.cũctos populos.quẽdam theologũ ſibi reſpõdiſſe. Quinimo ſtatutũ in caſu noſtro nõ eſt fundatũ ſuper aliqua mora.q2 nõ aſtringit heredẽ ad ilico dotẽ ſoluẽdã ſed ad preſtãdũ alimẽta donec dos fuerit ſoluta ⁊ ſic inducit materiã peccandi q2 vxor nõ curabit petere dotẽ vt interim cõſequatur illud lucrum ex ſolo curſu tẽporis. Nec ſcδo ob.qδ dicit̃ de intereſſe: q2 intereſſe non eſt intra annũ cũ nulla ſit ibi mora.d.§.exactio.nec etiã poſt annũ ꝓbat̃ ipſo iure intereſſe ſed eſt neceſſe vt appareat qδ mulier vel maritus erat ſolit⁹ ex pecunia licite lucrari.⁊ tũc habebit petere probãdo intereſſe.nõ autẽ audietur petẽdo alimẽta vigore ſtatuti.facit qδ no. Inno.in.c.ſacro.de ſentẽ.excõica.⁊ Bar.in.l.vna.C.de ſentẽ.que ꝓ eo qδ intereſt.⁊ qδ no.in.c.cõqueſtus.de vſu.petit eñ maritus ſecũdus ab iſtis heredib⁹ primi mariti dotẽ tanq; aliud debitũ priuatũ. Nõ obſt.tertio qδ dicitur mutuũ nõ interceſſiſſe,q2 dico qδ nõ eſt mutuũ expreſſum ſed ius fingit mutuũ interuenire quaſi heres ſoluerit dotẽ: ⁊ poſtea mulier ſibi cõpenſauerit.nec ab ea recipiat lucrũ alimẽtorũ ſicut ius diſponit in eo qui vẽdit rẽ pluſq; valet: quia differt ſolutionẽ pretij.vt plene legit̃ ⁊ nota.in.c.in ciuitate.de vſur. cũ eñ habeat actionẽ dotis poſt annũ vel ante ſi ſtatutũ hoc inducit tacite vel expreſſe: ⁊ eã nõ intẽtet: videtur tacite cõuenire cũ debitore. merito hoc eſt damnãdũ. Et hec ſufficiãt ⁊ preſertim hoc dicẽdũ in caſu noſtro in quo mulier nõ paruit ſtatuto quatenus in ea fuit in reſtituendo veſtes: ⁊ fruſtra legis auxiliũ inuocat qui cõmittit in legẽ. vt in.c.q2 fruſtra.de vſuris. Et hec ſufficiant. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.xl.

1 ☞ Donator qñ ſe obligat per verba obligatoria eſt obligatus.
2 Prohibitus alienare inter viuos non videtur prohibitus in vltima voluntate.
3 Donatio cauſa mortis qñ non ſit in teſtamento nec in codicillis accedit magis ad naturam contractus q̃ vltime voluntatis.
4 Tutor non dicitur cõſentire ꝯtractui minoris niſi expreſſe approbet.
5 Statutum vbicunq; exigit conſenſum alicuius in facto alterius videtur illum requirere pro ſolennitate.
6 Prohibitus donare ſine alicuius cõſenſu,nõ põt donationem facere niſi ſpecialiter ſibi fuerit donare permiſſum.
7 Tacẽs non hr̃ pro ꝯſentiẽte vbi agitur de re oneroſa: ⁊ nõ appetibili.

Factũ in effectu ſic proponitur. Statuto Senẽſi cauetur,vt nulla mulier nupta poſſit de ſuis dotibus vel in ipſarum preiudiciũ aliquem cõtractũ vl' obligationẽ facere cũ p̃re fratre auo vel quacũq; ꝑſona ſine cõſenſu vel ratihabitiõe ſui viri ⁊ ſi fieret nõ valeat ipſo iure ⁊c. alio ẜo ſtatuto cauetur ꝙ in qualibet vltima volũtate ſufficiãt tres teſtes ⁊c. Quibus ſic dictantibus quedã dña Checcha nupta Ioanni de bandinello ſuſcepta vnica filia ex matrimonio veniẽs ad mortẽ in p̃ſentia dicti viri ſui cũ cõſenſu patris ſui donauit cauſa mortis dicto patri ſuo p̃ſenti ⁊ recipiẽti ꝓ fratribus carnalibus dicte dñe Checche et filij dicti comitis quartã partẽ ſuarum dotium omnimodo quo poterat. ¶ Queritur nũquid dicta donatio iuribus ſubſiſtat. Pro cuius deciſiõe quatuor ſunt examinãda. ¶ Primo an donãdo mortis cauſa videatur mulier cõtrahere vel in preiudiciũ ſuarum dotiũ obligationem facere. ¶ Secũdo p̃ſuppoſito ꝙ ꝯtractũ vel obligationẽ feciſſe videatur.ita vt mariti cõſenſus interuenire iuxta primũ ſtatutũ debuerit: an mariti in preſentia ĩ donatiõis actu cũ taciturnitate habeatur pro cõſenſu vt ſic ſtatuto ſit ſatiſfactum. ¶ Tertio preſuppoſito qδ debet haberi taciturnitas pro conſenſu nunq̃d dicta donatio poſſit infringi ex eo capite: q2 nõ interuenerũt q̃nq; teſtes. ¶ Quarto preſuppoſito ꝙ ex dictis capitibus nõ poſſit infringi: an ſaltẽ valeat impugnari ex eo: q2 pater conſenſit ſeu autoritatẽ preſtitit in donatione facta filijs ſuis in poteſtate conſtitutis. ¶ Circa primum videtur primo dicendum ꝙ donãdo cauſa mortis nõ videat̃ dicta domina Checcha cõtractum aliquẽ vel obligationẽ feciſſe.qδ nõ cõtraxerit videtur clariſſimum: quia ad eſſe contractus requiritur vt vltro citroq; naſcatur obligatio.vt in.l.labeo.ij.ff.de verbo.ſig.qδ ceſſat in donatione cauſa mortis.nã ex quo nõ interuenit rei donate traditio nulla naſcit̃ ex parte donatarij obligatio.non eñ obligat̃ ipſi donatori ad aliquid ſecus ſi interuenit traditio.q2 tũc obligat̃ ad reſtituẽdum ſi cõualeſcat donator.aut ſi prius decedit ip̃e donatarius: vt in l.non omnis.ff.ſi cer.pe. Nec ipſe donator videtur obligari.tum quia ante mortem donatoris nõ videt̃ donatio perfecta.vt in.l.non videt̃. ff.de dona.cauſa mor.tum q2 poteſt penitẽtia ductus illã donationẽ ad libitum reuocare: vt in.l.mortis cauſa donatio.⁊.l.qui mortis cauſa.ff.eo.tit.ergo non eſt donator obligatus,cũ obligatio ſit iuris vinculũ quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluẽde ⁊c.vt dicit tex.
1 inſti.de obli.in prin. Et hoc expreſſe videt̃ ſenſiſſe Dy.dicẽs † qδ quãdo donator per verba obligatoria ſe obligat: vt q2 dicit ꝓmitto tibi donare.⁊ tũc eſt obligatus licet poſſit reuocare: aut nõ ꝑ verba obligatoria: vt

gatoria:vt quia dixit dono,⁊ tūc nō obligatur ſed heres aditione ſe-
cuta tenetur vtili ex teſtamēto.allegat.l.j.C.eo.Cum ergo vt patet ex
predictis dicta dña Checca nō fecerit donando cauſa mortis aliquē
contractū vel obligationē.q̄ꝛ pure donauit cauſa mortis.ergo nō re-
quirebatur cōſenſus mariti.potuit ergo donare cū ſolo patris cōſen-
ſu:vt in.l.tam is.§.j.ff.de dona.cau.mor.facit qd̓ in ſimili dicimus ꝙ
2 †prohibitus alienare inter viuos nō videt̄ prohibitus in vltima vo
luntate.ar.in.l.pater.§.fundū.ff.de leg.iij.plene per Bar.in.l.ſi ita qs
promiſerit.§.ea.l.ff.de ver.obli.Donatio autē cauſa mortis trahitur
ad vltimā voluntatē:vt inſti.de dona.in prin.⁊ in.l.fi.C.de dona.cau.
mor.Maritata ergo prohibita ſine cōſenſu mariti cōtractū vel obli-
gationē facere de ſuis dotibus nō videt̄ prohibita diſponere in vlti-
ma volūtate ⁊ per cōſequēs nec in donatione cauſa mortis.Sed ſta-
tutum prohibet mulierē nuptā in preiudiciū ſuarū dotiū ſine ſui vi-
ri cōſenſu obligationē facere.Sed nulli dubium eſt ꝙ donādo cauſa
mortis faciat obligationē in preiudiciū ſuarū dotiū:quia nō data re
uocatione debet̄ dos ſeu eius pars donatario vigore donationis:vt
ff.de don.cau.mor.per totū.qd̓ autē obligatio ex tali donatione oria
tur aperte patet.vt olim certū eſt ꝙ debebat interuenire ſtipulatio vt
in.l.mor.cau.donatio.⁊.l.ſenatus.§.fi.ff.eo.not.Cy.in.l.j.⁊.l.fin.C.eo.
hodie vero ẜm cōem opinionē ſufficit nudū pactū ſic in donatione
inter viuos:vt no.gl.in.l.cū pater.§.meuio.ff.de lega.ij.⁊ inſti.de do-
na.in prin.tenet Cy.in.d.l.j.⁊ fi.⁊ Bar.in.d.§.meuio.⁊ in.l.j.de dona.
cau.mor.prealleg.⁊ ſic oritur obligatio que inducitur ex cōſenſu par-
tiū.vt in.l.cū amplius.§.is natura.de reg.iur.⁊.l.ſtichū.§.naturalis.
ff.de ſol.¶ Quinimo dico ꝙ non ſolū inducitur obligatio in preiu-
diciū ſuarū dotis ex tali donatione:ſed etiā ipſa donataria obligat̄
ex ſtipulatione ſeu pacto ſuo licet non irreuocabiliter per ſupradicta
ex quo eā fecit nō in teſtamēto:vt aperte hoc voluit Bar.impugnan
do opinionem Dy.in.d.l.j.ff.de dona.cau.mor.tenet originaliter ibi
gloſ.⁊ clarius in.l.legatū eſt quedā donatio.ff.de leg.ij.⁊ inſti.de do-
na.§.j.in verbo ſatis ſentit.d.l.j.⁊ fin.C.eo.ergo locus eſt ſtatuto quo
cauetur vt nullā obligationē facere poſſit in preiudiciū ſuarū dotiū
ſine cōſenſu mariti.habuit enim ſtatutū reſpectū ad fragilitatē ſexus
arg.in.l.ſi mulier.C.ad vellia.vnde ſicut mulier inducitur ad donan-
dum cauſa mortis ita induci poteſt ad nō reuocādū.arg.in.d.l.ſi mu
lier.⁊ qd̓ no.Bar.in.l.generaliter.C.eo.vnde negari nō poteſt preſer-
tim in muliere quin dicatur obligationē feciſſe in preiudiciū ſuarum
dotiū:quia ea nō reuocāte ſicut nō reuocauit preiudicatur filie ⁊ here
dibus ſuis:⁊ ipſa remanet ſemper obligata licet in vita poterit ſe ab-
ſoluere ſed tanꝙ faceret obligata exiſtebat.Ex his patet reſpōſio ad
cōtraria.Dico enim ꝙ proprie nō contraxit ſed obligationē in pre-
3 iudiciū ſuarū dotiū fecit.Itē qñ †donatio cauſa mortis nō fit in te-
ſtamento nec in codicillis accedit magis ad naturā cōtractus quam
vltime volūtatis:vt probatur in.l.tam is.§.j.prealleg.⁊ ibi hoc tenet
Bar.⁊ idē qd̓ not.in.d.l.j.⁊ fi.C.de dona.cau.mor.ſecus autē ſi fieret
in teſtamēto vel codicillis,quia tūc ſaperet ex toto naturā vltime vo
luntatis ⁊ eſſemus extra verba ſtatuti:⁊ hoc caſu procedūt cōtraria.
Ex qbus oībus cōcluditur ꝙ opus fuit ſolēnitate ſtatuti ad validi-
tatē dicte donationis.¶ Ideo oportet nūc diſcutere ſcd̓m dubiū an
maritus tacēdo videat̄ cōſenſiſſe.Et pro parte affirmatiua pōt alle-
gari regula qui tacet.de reg.iur.li.vj.cū multis iuribus ibi allegatis
pro cōcordātijs in qbus patet ꝙ qui tacet cōſentire videtur.Dico,ꝙ
pro ⁊ cōtra poſſunt allegari iura fere infinita que diſcutiuntur plene
per gloſ.⁊ Dy.in dicta regu.qui tacet.⁊ regu.is qui tacet.⁊ ꝑ Cy.in.l.
inuitus.C.de procu.⁊ Bart.in.l.que dotis.ff.ſol.mat.per canoniſtas
in.c.nonne.de ꝓſum.Sed in propoſito noſtro arbitror firmiter ꝙ illa
viri ꝓſentia ⁊ taciturnitas nō debet haberi pro cōſenſu.pro quo alle-
4 go tex.no.iuncta gl.in.l.iij.ff.de auto.tut.vbi patet †ꝙ tutor nō dicit̄
cōſentire cōtractui minoris niſi expreſſe approbet vnde ſola tacitur-
nitas nō habet pro cōſenſu.Et expreſſius per illū text.⁊ glo.hoc vo-
luit Bar.in.d.l.que dotis.vbi ad ꝓpoſitū per ibi no.trahit theoricā
dicēs ꝙ qñ agitur de ꝑiudicio tertij.cuius bona cōcernūt aliquē quo
ad curā ⁊ ſolicitudinē tacēs nō preſumitur cōſentire:ſed dos vxoris
reſpicit maritū quo ad curā ⁊ ſolicitudinē preſertim attento ſtatuto
qd̓ prohibet mulierē obligationē facere ſine cōſenſu mariti.ergo ma-
5 ritus tacēdo nō videtur cōſentire.Secūdo probo †ſic,vbicūꝙ ſtatu-
tū exigit cōſenſum alicuius in facto alterius videt̄ requirere pro ſolē
nitate:q̄ꝛ aliter nō poſſet acquirere ex quo negotiū ad illū non perti-
net nec eſt ſuperior cōtrahētis,ita notāter tenuit Ant.de but.in.c.cū
cōſuetudinis.de cōſue.Ubi autē requiritur cōſenſus pro ſolennitate
actus oportet qd̓ interueniat expreſſe ⁊ clare nec ſufficit taciturnitas.
ad hoc qd̓ legitur ⁊ not.in.c.q̄ꝛ propter.de elec.iūctis notatis in.c.qd̓
ſicut.⁊.c.eccleſia.eo.tit.facit qd̓ in ſimili no.glo.in.c.vt circa.de elec.li.
vj.¶ Tertio videtur de hoc text.in ſimili in.l.filiuſfamilias.§.pari
6 autē ratione.ff.de dona.vbi patet †ꝙ is qui prohibet̄ donare ſine ali
cuius cōſenſu nō pōt donationē facere niſi ſpecialiter ſibi fuerit do-
nare permiſſum.Et pōdero verbū ſpecialiter per qd̓ probatur cōſen-
ſum expreſſum requiri.Et per illū tex.hoc aperte tenet Bar.in.d.l.tā
is.§.j.verſi.quero an requiratur expreſſa ⁊ ſpecialis ⁊c.Tertio facit

theorica Inno.in.c.in geneſi.de elec.quā ſequitur gl.in regula,qui ta
7 cet.prealle.dicit enim ꝙ †vbi agit̄ de re oneroſa ⁊ nō apertibili tacēs
nō habetur pro cōſentiēte:vt in.l.filiuſſa.§.inuitus.ff.de procu.Sed
in caſu noſtro preiudicabitur per illā donationē filie ipſi⁹ mariti ad
quā veniebat integra dos ꝑ cōſequēs ipſi marito qui in vita filie ha-
bebat vſumfructū:vt in.l.nō ſolum.C.de bonis que libe.ergo tacēdo
nō videt̄ cōſenſiſſe.¶ Ex ꝓdictis patet dictū donationē non valuiſ-
ſe.⁊ per cōſequēs fruſtra eſt examinandū.Tertiū an corruat quia nō
interuenerunt quinꝙ teſtes ⁊ poſſet allegari qd̓ etiam ex iſto corruat
per.l.fi.C.de dona.cau.mor.vbi diſponitur vt ad valitudinē talis do
nationis interueniāt quinꝙ teſtes.Nec ob.ſtatutū prealleg.q̄ꝛ loqui-
tur de vltima voluntate:ſed qñ donatio fit per ſe:nō autē in teſtamē-
to vel codicillis:ſed in tertia ſpecie diſtincta accedit magis ad natu-
ram cōtractus ꝙ̄ vltime volūtatis vt.ſ̄.plene dixi.ſtatutū ergo per-
mittens numerū teſtiū in vltima volūtate nō debet extēdi ad iſtū ca-
ſum:maxime cū ſit reſtringendū tanꝙ deuians a diſpoſitione iuris
cōmunis vt in.c.cū dilectus.de cōſue.⁊ in regula que a iure cōi exor-
bitant.de reg.iur.cū ſi.facit optime qd̓ no.Bal.in.l.fi.de teſta.vbi di-
xit ꝙ ſi ſtatutū prohibeat minorē.xx.annis teſtari:nō oportet extēdi
ad donationē cauſa mortis ratione predicta.licet aliud dixerit Bar.
in.l.ij.ff.de leg.j.In contrariū tamē ſingulariter facit.l.marcellus.ff.
de dona.cau.mor.vbi patet ꝙ ſolennitas remiſſa in vltima volūtate
videtur tacite remiſſa in donatione cauſa mortis.ad idē facit tex.in-
ſtitu.de dona.in prin.⁊ in.l.fi.C.de dona.cau.mor.profecto articulus
eſt ſatis dubitabilis.ſed in preſentiarū aliter nō examinabo:quia ex
predictis ſatis clare patet deciſio huius queſtionis.¶ Et eadē ratio
ne non curo examinare quartū dubium qd̓ hic poſſet oriri an pater
potuerit preſtare ſuū conſenſum in donatione per filiū fratribus ſuis
filijs conſtitutis in poteſtate ipſius patris cōmunis.de quo per glo.
⁊ Bar.in.l.j.ff.de auto.tut.⁊ melius per Bar.in.l.impuberem.§.j.ff.
de fal.vbi vidētur ſentire ꝙ non,licet aliud ſenſerint in.d.l.j.Primū
videtur verius propter vſumfructum qui acquiritur ipſi patri qui in
facto ſuo non potuit autorizare. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.xlj.

1 Gratia facta contra precedentem interlocutoriam principis de
qua in gratia nulla extitit facta mētio iudicatur ſubreptitia ⁊ nulla.
2 Teſtamentum primum tollitur per ſecundum ſimpliciter conditum.
3 Periurus omnis nō eſt infamis infamia ciuili:ſed ſolum ille qui ve-
nit contra promiſſionem iuratam.
4 Donatio preſumitur facta inter viuos quando non apparet cōme-
moratio mortis etiam ſi fiat ab infirmo.
5 Contractus inter viuos factus ſub cōditione impoſſibili de iure:vel
ſub conditione turpi eſt ipſo iure nullus.

IN queſtione que vertitur
ſeu verti ſperatur inter Antoniū Joannis ex vna parte:
⁊ Nicolaum Nicolai ex alia ſuꝑ preualitudine duorū te-
ſtamētorū ab eadē dña diuerſa tēpore cōfectorū ac etiā ſuper validi-
tatem cuiuſdā donationis inter viuos facta ab eadē domina in caſu
quo mutaret primū teſtamētū duo principaliter examināda incum-
bunt.¶ Primo nunqd attētis verbis vtriuſꝙ teſtamēti dicti poſſit
primū per ſcd̓m reuocari.¶ Scd̓o preſuppoſita primi reuocatione
an ſaltē valeat donatio facta in eodē teſtamento.¶ Circa primū ar-
guitur ad partē negatiuā qd̓ primū per ſcd̓m nō reuocetur vbicunꝙ
in primo teſtamēto ponitur clauſula derogatoria alterius volūtatis
non valet ſcd̓m niſi fiat de illa clauſula mētio vt in.l.ſi quis in princi.
ff.de leg.iij.facit.c.nōnulli.de reſcri.⁊.c.pe.⁊ vlti.de cape.mo.Sed in
caſu noſtro in primo teſtamento fuit appoſita huiuſmodi clauſula.
nec de ea fuit facta aliqua mētio in ſecūdo:ergo ⁊c.Minor probatur
ex verbis primi teſtamēti in quo inter cetera ſic cauetur.Et hāc meā
preſentē voluntatē volo ⁊ modo ceteris alijs preualere ⁊ perpetuo iu
ris effectū habere ⁊ incommutabilē ⁊ firmā eſſe.⁊ ex nūc iuro ſponte
corporaliter tactis literis ac ſanctis dei euangelijs preſens teſtamē-
tum ⁊ vltimā meā preſentē voluntatē de nouo nō cōcedere vel facere
⁊c.vnde pōderāda ſunt inter cetera illa verba.Et perpetuo iuris ef-
fectū habere ⁊ incōmutabilē ⁊ firmā eſſe ⁊c.Ex qbus clare patet qd̓
voluit iſtud teſtamētū valere.Scd̓o ad idē facit.c.cū olim.de re iudi.
1 vbi †gratia facta cōtra precedētē interlocutoriā principis de qua in
gratia nulla extitit mētio facta iudicatur ſubreptitia ⁊ nulla.⁊ ꝑ illū
tex.dicit no.Bal.in.l.qd̓ iuſſit.ff.eo.ꝙ ſi ſuper eodem appareret due
ſentētie interlocutorie cōtrarie nec appareret ꝙ iudex tulerit ſenten-
tiā animo reuocandi primā ꝙ prima nō videtur reuocata.Ita dicen
dū in propoſito ⁊ tāto ſecurius quāto in primo teſtamēto firmiter di
xit qd̓ volebat illā eſſe ſuā firmā ⁊ incommutabilē voluntatē.Et hoc
permaxime videtur tenendū ex eo:q̄ꝛ in primo teſtamento appoſuit
iuramentū de illo nō reuocādo.ne ergo dicat̄ per iura debemus in-
terpretari nō habuiſſe animū aliud teſtamētū cōdēdi:ſed potius mo
rem gerēdi filio,preſertim cū iuramentū habeat vim clauſule dero-
gatorie ſeu ſi non valet qd̓ ago vt ago valeat vt valere poteſt.vt legi.
⁊ not.maxime per Bar.in.l.cū pater.§.filius matrē.ff.de leg.ij.⁊ in.l.

l ij

ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.ꝛ in.c.ad noſtram.iij.ꝛ.c.quãto.de iureiur. Terio ad idẽ facit:veniẽs cõtra iuramẽtũ eſt infamis:vt in.l.ſi quis maior.C.de trãſac.ꝛ.vj.q.j.infames.not.gl.in.c.querelã.de iureiur.ꝛ.c.peruenit.de fideiuſ.ſed infamis nõ poteſt cõdere teſtamẽtũ vt in.l.is cui bonis.§.fi.ff.de teſt.ergo nõ debuit valere ſcõm teſtamẽtũ cũ reperiatur factũ a periuro. ¶ Sed his nõ obſtãtibus ꝯtriam ſniam puto preualere. Moueor principaliter per.l.ſancimus.C.de teſt.vbi pa-
2 tet qͦ † per ſcõm teſtamẽtũ ſimpliciter conditũ tollit primũ eſt enim vltima volũtas ambulatoria vſq; ad mortẽ.teſtamẽtũ eñ ſola morte cõfirmatur vt in.l.cũ marthe.de celeb.miſ.ꝛ.xiij.q.ij.vltima volũtas.nec poteſt qs ſibi legẽ imponere a quo recedere nõ liceat vt in.l.ſi qs in prin.ff.de leg.iij.nec requiritur qͦ fiat ſpecialis reuocatio prioris teſtamẽti:ſed ſufficit tacita que elicitur ex cõtraria voluntate.ad hoc bonus tex.in.l.fi.§.j.de leg.ij.per quẽ tex.tenuit ibi Cy.ꝛ ſequunt cõmuniter doc.ꝛ preſertim Bar.in.d.l.ſi qs in prin.in fin.prime col.qͦ etiã ſi in primo teſtamẽto eſt clauſula derogatoria tacite ſumpta a cõtrario ſenſu.nõ tñ eſt neceſſe vt expreſſe tollat:ſed ſufficit tacita.ſicut enim tacite inducit ita tacite tollit.Et ꝑ predicta videt decidi queſtio noſtra.nã ſi bene ponderẽtur verba primi teſtamẽti nõ eſt ibi aliqua clauſula expreſſe derogatoria ſequẽtis volũtatis ſed tãtũ tacite. Quinimo nõ ſimpliciter ꝛ abſolute dixit ſe nolle valere cõtrariã voluntatẽ.imo exp̃ſſe voluit eã valere dũ adiecit hec verba videlicet.Et inquãtũ cõtingeret me ab hac vltima voluntate diſcedere:vel teſtamẽtum aliud vel aliã vltimã volũtatẽ cõcedere ex nũc prout ex tũc,ꝛ ex tũc prout ex nũc dono inter viuos ꝛc.Ex qbus verbis clare colligitur qͦ ad validitatẽ ſecundi teſtamẽti noluit aliquã ſolẽnitatẽ adhiberi:vel derogationẽ aliquã fieri debere:vel qͦ debet fieri mentio primi teſtamẽti:ſed ſolũ ad mutationẽ prioris volũtatis voluit donationẽ inter viuos valere.facit ad hoc qͦ no.maxime per Bal.in.l.nõ dubiũ.C.de legi.in illa queſtione ĩ factũ cõtra legẽ penalẽ valeat. Et profecto ex hac ſola cõſideratione ſuſtineri põt ſcõm teſtamentũ.

¶ Et ad cõtraria ſupra formata reſpõdeo:ꝛ primo ad primũ patet reſpõſio ex ſupradictis.nõ eñ fuit appoſita expreſſe aliqua clauſula derogatoria voluntatis:ſed potius illa verba ſapiũt clauſulã derogatoriam poteſtatis in eo qͦ dixi quod voluit illã vltimã volũtatẽ eſſe firmã ꝛ incommutabilẽ que nullo vinculo ſubſiſtit.qꝛ nõ poteſt qs ſe reddere inhabilẽ ad mutandũ teſtamẽtũ vt in.d.l.ſi qs in princi.ꝛ ibi plene per Bar.facit.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.ꝛ qͦ ibi no.ff.de ver.obli.Ad.c.cũ olim.ꝛ dictũ Bar.dico qͦ procedũt ibi his in quibus datur probabilis ignorantia prioris actus propter multitudinẽ factorũ.nã etiã principẽ ſepe fallit obliuio.xxij.diſt.preterea.ſed nos loquimur in priori teſtamẽto in quo non preſumit ignorãtia:tũ qꝛ factum propriũ vt in.c.ab excõicato.de reſcrip.tũ qꝛ eſt factũ ita notabile ꝛ raro cõſuetũ fieri qͦ nõ debet preſumi obliuio.vt in.c.cũ illorum.prope fi.de ſen.excõ.ꝛ in teſtamẽto probatur clare in.d.l.ſancimus.C.de teſt.vbi clare probatur valere ſecundũ teſtamẽtũ lõgo tpe poſt primum cõfectũ:licet expreſſe nõ reuocaret primũ per ſcõm.Quare dicendũ ſecũdũ teſtamẽtũ valere ꝛ tenere:ꝛ in caſu noſtro licet nõ apponantur illa verba cõſueta annullãs ꝛ irritãs omnẽ aliã volũtatẽ ꝛc.ſatis eñ annullat ex quo aliud cõdidit teſtamentũ cũ nõ poſſit decedere cũ duobus teſtamẽtis.d.l.ſancimus.Nec obſt.quod in primo fuit appoſitũ iuramentũ.qꝛ illud nõ impedit reuocationẽ teſtamenti.ad hoc glo.no.in.c.vltima volũtas.xiij.q.ij.ꝛ plene per Jo.an.in reg.qͦ ſemel placuit.de reg.iur.li.vj.in mercu.vbi tãdẽ cõcludit valere teſtamẽtũ nõ obſtãte iuramẽto preſtito de illo nõ reuocãdo.fatetur tñ qͦ teſtator eſt periurus.ꝛ facit qͦ no.Inno.in.c.dilecto.de prebẽ.vbi dicit nõ impediri actus validitatẽ cõtra iuramẽtũ:vnde ſi qs iurauit nõ vendere librũ ꝛ poſtea vendit tenet vẽditio licet ipſe ſit periurus. Quinimo plus voluit Bar.in.l.cũ duobus.§.idẽ reſpõdit.ff.pro ſocio.ꝛ in.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.ff.de ver.obli.qͦ tale iuramẽtum tanq̃ cõtra bonos mores nõ eſt obligatoriũ.vt in regula nõ eſt obligatoriũ.de reg.iur.li.vj.ꝛ ſic mutãs teſtamẽtum nõ eſt periurus. Ex his patet reſponſio ad vltimũ argu.ad hoc qͦ poteſt multipliciter reſpõderi.primo negãdo qͦ mutãdo teſtamẽtum inciderit in periurium:qꝛ nõ fuit obligatoriũ ſed temerariũ qͦ nõ obligat cõtrauenientem ad periuriũ:vt in.c.quãto.de iureiur.ꝛ.xxij.q.iiij.per totum.
3 † Preterea nõ omnis periurus eſt infamis infamia ciuili:ſed ſolum ille qui venit cõtra promiſſionẽ iuratã in dãnũ proximi:vt in.l.ſi qs maior.ꝛ qͦ ibi no.C.de tranſac.ꝛ in.l.fi.iũcta.l.ij.ff.de cri.ſtel.not.archi.in.c.autẽ.xv.q.vj.not.in.c.teſtimoniũ.de teſti.vbi videtur de hoc caſus.Preterea ꝛ quarto nõ omnis infamis inhabilitat ad teſtamẽti factionẽ:imo regulariter quilibet infamis habet teſtamẽti factionẽ.vt.l.ij.C.de ſecun.nup.ꝛ.l.fi.ff.de leg.j.tenet Bart.in.d.l.is cui bonis.de ver.obli.ꝛ ad caſum illius.l.reſpõdet qͦ loquitur in caſu ſuo.ꝛ de hoc ibi. ¶ Venio nunc ad ſcõm principale dubiũ:an ſaltẽ valeat donatio inter viuos facta in dicto priori teſtamẽto.Et videt primo qͦ ſic:qꝛ fuit facta per viã cõtractus.fuit eñ facta p̃ſentibus ꝛ recipiẽtibus ꝛc.clarumq; eſt ꝙ in vltima volũtate põt cõtrahi.nec reuocatur cõtractꝰ reuocato teſtamẽto.iuxta id qͦ legitur ꝛ no.in.l.heredes palã.ff.de teſta.ꝛ donatio inter viuos eſt irreuocabilis niſi propter ingratitudinẽ:vt in.l.fin.C.de reuo.do.ꝛ.c.fi.de dona.ꝛ donatio
4 preſumitur facta inter viuos ex quo nõ eſt facta cõmemoratio mortis etiã ſi fiat ab infirmo.vt eſt tex.no.in.l.ſeia.§.fi.ff.de don.cau.mor.nec iſta dña donauit omnia bona ſua p̃ſentia ꝛ futura quo caſu poſſet dici nulla tanq̃ indirecte tollẽs libertatẽ teſtandi iuxta opi.Bar.in.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verbo.obli.ꝛ.l.fi.C.de pac.ſed donauit quartã partẽ omniũ bonorũ quo caſu debet valere donatio cũ valeat etiã ſi dentur oĩa bona preſentia cũ poſſit fieri teſtamẽtũ reſpectu acquirendorũ iuxta no.per eundẽ Bar.in.d.l.fi. ¶ Sed predictis nõ obſtãtibus cõtrariũ arbitror dicẽdũ in caſu noſtro.Moueor principaliter qꝛ qͦ nõ poteſt fieri principaliter ꝛ ꝑ viã diſpoſitionis nõ debet admitti indirecte ꝛ per viã cõditionis vt in.l.ſeius ꝛ augerius.ff.ad.l.fal.ſed directe non põt qs reddere ſe inhabilẽ ad mutationẽ teſtamẽti:vt in.d.l.ſi quis in prin.ff.de lega.iij.ergo nec indirecte per viã cõditionis diſponendo qͦ ſi mutauerit donat illa bona.nã in caſu noſtro illa domina nõ fecit pure donationẽ inter viuos in teſtamẽto:ſed per modũ cõditionis ſcilicet ſi mutaſſet teſtamentũ.et aduertendũ quod vigore ſtatuti mulier habẽs filios nõ poteſt diſponere etiã in teſtamẽto in preiudiciũ filiorũ:niſi de quarta parte.ꝛ hec domina in teſtamento donauit nõ filijs illã quartã partẽ:illos heredes in illa quarta parte inſtituendo ꝛ in caſu quo mutaret teſtamẽtũ donauit illis inter viuos illã quartã partẽ ꝛ ſic in effectu auferebat ſibi dupliciter liberã teſtamenti factionẽ.Primo timore donationis inter viuos.nã ſi mutabat teſtamẽtũ ex tũc priuabatur quarta parte omnium bonorũ:qꝛ donatio inter viuos ex tũc habuiſſet effectũ.ꝛ ſic in fraudẽ fuit facta illa donatio loco pene.vnde de directo fuit commiſſum cõtra legẽ ſtipulatio hoc modo cõcepta.prealle.vbi patet qͦ non valet adiectio pene in caſu mutationis teſtamẽti:qꝛ eſt cõtra bonos mores:nil autẽ eſt ꝙ magis hominibus debeatur q̃ vt ſupreme volũtatis liber ſit ſtylus.l.j.C.de ſacroſan.eccle.ꝛ alibi dixit text.not.qͦ etiã indirecte nõ poteſt libertas ſupremi iudicij conſtringi.vt in.l.cũ duobus.§.idẽ reſpõdit.ff.pro ſocio.Secũdo auferebat liberã poteſtatẽ teſtãdi:qꝛ donabat totã quartã partẽ de qua dũtaxat poterat libere diſponere.Et hãc opi.qͦ nõ valeat hec donatio facta ſub cõditione ſi mutauerit teſtamẽtum reperio expreſſe tenuiſſe Bart.in tribus locis.ꝛ dicit ſe ita conſuluiſſe in.c.cũ duobus.§.idem reſpondit.prealleg.ꝛ in.l.ſi quis in prin.de leg.iij.in.vj.col.ver.quero an ſi remedium.ꝛ in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.prealle.in prin.Mouetur
5 ꝑncipaliter † qꝛ ꝯctus inter viuos factus ſub conditione impoſſibili iure vel ſub conditione turpi eſt ipſo iure nullus:vt in.l.impoſſibilis.ꝛ.l.generaliter.ff.de verb.oblig.Sed hec donatio eſt facta ſub conditione turpi contra bonos mores.ſ.ſi contingat me mutare teſtm̃:quia aufert liberã teſtamẽti factionẽ ergo non valet.d.l.ſtipulatio hoc mõ cõcepta.ꝛ refert qͦ reperit Dy.ita cõſuluiſſe:lꝫ cõtrarium ſcripſerit ſuper regula quod ſemel.li.vj.Et ponderanda ſunt verba ꝛ rationes Bart.nam infertur donationem nõ valere ſub tali conditione etiam ſi non fuiſſet facta de omnibus bonis p̃ſentibus ꝛ futuris.ſed de certa parte bonorum.nam quando eſt facta de preſentibus ꝛ futuris:tunc tenuit donationẽ nõ valere etiã ſi fuiſſet pure facta.vt ipſe nota.in.d.l.ſtipulatio.ꝛ.d.l.fin.C.de pac.Et ſic aptiſſime ſentit in caſu nr̃o donationem nõ valuiſſe:maxime attento qͦ dicta dña non poterat libere diſponere:niſi de illa quarta parte.ꝛ per hec patet reſpõſio ad allegata ſupra pro contraria opinione.Quare ex oĩbus predictis cõclude primũ teſtamentum fuiſſe per ſecundum reuocatum. Item qͦ donatio facta in primo teſtamento ſub conditione ſi mutauerit teſtamentum non valeat.Et hec ſufficiant.

Nico.Abbas.

¶ Conſilium.xlij.

1 Beneficio ceſſionis bonorum põt quis renuntiare cũ iuramento.
2 Statuto ſi caueatur vt quis citetur perſonaliter vel ad domum non intelligitur ſecundum ius commune.

In queſtione dominici placidi Senenſis vtrũ debitores ſui reſpectu inſtrumẽti dotalis poſſint ꝑſonaliter capi ꝛ in carcere detineri donec ſatiſfecerint dicto dñico creditori eo nõ obſtãte qͦ dicti ſui debitores offerant bona ſua pro ſatiſfactione debiti.Videtur primo qͦ non.nam ſi pro debito pecuniario nõ extendit prius manus ad immobilia nec ad debitorũ omnia ſi mobilia reperiri poſſint:vt in.l.a diuo pio.§.in venditione.ff.de re iudi.ꝛ ſic iudex minus q̃ poſſit noceat in executione rei iudicate.ergo fortius debet obſeruari equitas reſpectu capture perſonalis vt nũq̃ fiat q̃diu bona debitoris ſufficientia reperiant.ꝛ hãc ſententiam apte videtur fouere glo.ꝛ Bar.in.l.iij.§.tutores.ff.de ſuſpe.tuto. ¶ Sed his nõ obſtantibus contrariam ſententiam arbitror ꝑualere.Et arbitror qͦ ex duplici capite poſſint dicti debitores in caſu noſtro capi.Primo virtute cõuentiõis inite inter partes.promiſerũt eñ vt poſſent cõueniri realiter ꝛ perſonaliter pro illa quantitate q̃ quidem cõuentio de iure valet:quia ſicut a iure in multis caſibus diſponitur vt reus poſſit detineri in carcere donec debito ſatiſfecerit.l.j.C.qui bo.ce.poſ.l.cũ eo.ꝛ qͦ ibi no.ꝑ Bart.ff.ad.l.iul.pe.cũ ſi.ergo ꝛ per pactum id fieri poteſt.Et hãc partem qͦ valeat expreſſe tenet Ange.

tenet Ange.de puſio.in.l.nemo carcerẽ.C.de exacto.tribu.li.x.ſenſit
Bar.in.l.ſi deceſſero.ff.qui ſatiſda.cog.⁊ ſpec.in titu.de renũ.⁊ cõclu.
§.j.ver.itẽ eſt beneficiũ.in fi.⁊ Fede.de ſenis.cõſi.lviij.vbi plus tenuit
1 ꝙ † cũ iuramento poteſt quis renuntiare beneficio ceſſionis bonorũ.
argu.aut.ſacramenta puberũ.C.ſi aduerſus ven.⁊.c.cũ contingat.de
iureiur.⁊.c.ij.de pac.lib.vj.⁊.c.ſignificante.de pig.⁊ optime facit.c.ex
reſcripto.de iureiur.in caſu autẽ noſtro interuenit iuramentũ.Quin-
imo multi tenuerunt ꝙ etiã ſine iuramẽto poteſt ibi beneficio ceſſio-
nis renuntiari.licet Bart.tenuerit contrarium in.l.alia.§.elegãter.ff.
ſol.mat.in caſu autẽ noſtro nullũ videtur dubiũ.tum qꝛ nõ renuntia-
uit beneficio ceſſionis:⁊ ſic nõ poteſt dici pactũ contra bonos mores
cũ poſſit vitare carcerẽ cedendo bonis:tñ qꝛ interuenit iuramentum:
maxime procedit hec cõcluſio:qꝛ nullibi expreſſe probat̃ vt ſine ceſ-
ſione qs euitet carcerẽ:imo in cõtrariũ facit.l.j.⁊ quaſi per totũ.C.de
ceſ.bo.⁊ qđ not.glo.in.c.ij.de pig.vendãt ergo ipſi debitores ſi velint
⁊ ſatiſfaciãt creditori.quinimo non tenetur creditor vẽdere pignus.
vt in.d.l.a diuo pio.§.ꝙ ſi res.multo fortius nõ tenetur capere in ſo-
lutum ne ſpeciẽ pro quãtitate recipere cõpellatur.❡Ex ſecũdo capi
te poteſt capi.ſ.vigore ſtatuti ſenarũ in quo diſponitur ꝙ ratione in-
ſtrumẽti poſſit qs capi ⁊ detineri donec fuerit creditori ſatiſfactũ vt
patet ſtatuto cõtento ſub rubrica ꝙ debitores capi nõ poſſint perſo-
naliter ⁊c.Et pondero ꝙ ſtatutũ illud in principio loquitur in mate
ria iuris diſponẽtis vt regulariter quis capi perſonaliter non poſſit
demũ excepit caſum obligatiõis inſtrumẽti dotalis ⁊ quoſdã alios.
vt ergo exceptio ſit regula oportet intelligere vt in illis caſibus ſiat
captura etiã in caſibus a iure non expreſſis.aliter illa exceptio nihil
operaretur contra.l.qñ.C.de inoffi.teſta.⁊.c.ſi pater.de priuil.lib.vj.
Nec ob.ſi dicat ꝙ tollat ius cõmune reſpectu ordinis:qꝛ dico ꝙ pri-
ma pars ſtatuti ponẽs regulã nullã facit mentionẽ de ordine:ſed cõ-
cernit ſubſtantiã capture:⁊ poſtmodũ excipit caſum noſtrũ.⁊ exce-
ptio debet eſſe de regula vt not.ſuper rubrica de reg.iur.li.vj.facit ad
hunc intellectũ notabile dictũ Bar.in.l.iiij.pretor ait.ff.de dã.infec.
2 vbi dicit † ꝙ ſi ſtatuto caueatur vt qs citetur perſonaliter vel ad do-
mum non intelligitur ſm ius cõmune vt ſit alternatiua ordinis:vt.ſ.
primo perſonaliter ⁊ in defectũ ad domum citetur:ſed ſtat proprie vt
ſatis ſit citare ad domũ qꝛ capiẽdo primũ intellectũ ſtatutũ nihil in-
duceret vltra ius cõmune qđ eſt notandũ.Preterea cũ ſtatutũ nõ lo
quatur in exceptionibus in terminis iuris:ergo voluit ius cõmune
corrigere:⁊ hoc de nouo inducere:vt notãter in ſimili dicit Bal.in.l.
properandũ.C.de iudi.in ver.quid ergo ſi ſtatutũ dicit.Et hec viden
tur de mente Bar.in.d.l.iij.§.tutores.ff.de ſuſpec.tuto.in fi.vbi dicit
licet de iure cõmuni non debeãt capi debitores ex quo habent bona
ſufficientia prout not.ibi glo.tñ ſtatuta ⁊ cõſuetudines tuſcie aliter ſe
habent.Verba ſtatuti noſtri ſatis clariſſima ſunt ideo non eſt opus
amplius cauillãdo inſiſtere:vt.l.ille aut ille.ff.de leg.iij.maxime cum
cõſuetudo ſuffragetur iuſtitie vt ipſe Bar.atteſtatur.❡Cõcludo er-
go ꝙ tam reſpectu cõuentionis preſertim iurate ꝙ̃ ſtatuti ciuitatis
poſſunt dici debitores capi ⁊ detineri perſonaliter donec ſatiſfece-
rint nõ obſtãte ꝙ bona ſua offerant:preſertim cũ iuramẽtũ ſit implẽ-
dum in forma ſpecifica vt in.c.ad noſtrã.el.j.de iureiur.adeo vt vigo-
re iuramẽti quis poſſit cogi preciſe ad factũ:vt in.d.c.ex reſcripto.de
iureiur.firmat Ant.de but.in.c.veniẽs.eo.tit.facit qđ no.gl.in.l.ſi pe-
cuniam.ff.de cõdi.ob cãꝫ.⁊ hec ſufficiãt.Ad contrariũ ſupra forma-
tum in principio faciliter patet reſpõſio.procedere enim põt vbi non
interuenit cõuẽtio ⁊ ceſſat diſpoſitio ſtatutaria vt ſic mero iure cõmu
ni inſpecto nõ incarceretur ex quo habet bona ſufficiẽtia ⁊ nõ eſt in
cõtumacia ſm illã opinionẽ.not.glo.in.§.tutores.prealle.quã ſequi-
tur ibi Bar.⁊ Ang.in repetitione dicte.l.nemo carcerẽ.que ſatis pla
cet propter magnam equitatẽ pro qua facit.l.ob fenus.ff.de admi.
tuto.⁊.d.§.tutores.aperte licet nõ probet̃.vt.ſ.dixi. Nico.Abbas.

❡Conſilium.xliij.

1 ☞Decretum primum interpoſitum in petitione matris ſuo tempo
re dotem poſtulantis in bonis pupilli an teneat.
2 Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto cum ſit modici preiudicij
poteſt fieri cõtra abſentem cauſa reipubli.ſi a nemine defendatur.
3 Perſonaliter quis citari debet quando reperiri poteſt.

IEſu chriſti ſaluatoris preſi-
dio ex corde inuocato.Ex oĩbus ꝑ partẽ narratis ad clarã
deciſionẽ quatuor poſſunt elici q̃ſtiones.❡Prima an va
luerit interpoſitio primi decreti.❡Scđa qđ de ſcđo.❡Tertia pre-
ſuppoſita illorũ nullitate an mater miſſa in poſſeſſionẽ fecerit inte-
rim fruct⁹ ſuos.❡Quarta an bona mariti ſint tacite obligata ꝓ ali-
mentis debitis vxori habito ad ius cõmune ⁊ legẽ municipalẽ reſpe
1 ctu.❡Redeo ad primũ in † quo videt̃ dicẽdũ primũ decretũ tenuiſ-
ſe in bonis pupilli interpoſitũ ad petitionẽ matris ſuo tpe dotẽ po-
2 ſtulantis.† Nã miſſio in poſſeſſionẽ ex primo decreto cũ ſit modici
preiudicij ſit etiã cõtra abſentẽ cauſa reipublice ſi a nemine defenda-
tur.in.l.ignorare.C.de reſti.mi.⁊ contra eccleſiam:vt in.c.ij.⁊.iij.de eo
qui mit.in poſ.Idẽ ergo dicendũ cõtra pupillũ ſi a nemine defenda-
tur.Quinimo cõtra pupillũ citatum ⁊ indefenſum videtur text.in.l.
apud iulianũ.ff.ex qui.cau.⁊ apertius in terminis noſtris tenet Bar.
in.l.j.ff.de admi.tuto.vbi dicit ꝙ ſi pupillus citatus non compareat
per legitimã perſonã poteſt cõtra eũ fieri miſſio ex primo decreto:ſed
in caſu noſtro preſupponitur pupillũ fuiſſe citatũ in domo quondã
patris ſui:⁊ nemo pro eo cõparuit:ergo ⁊c.Nã ex citatione facta do-
mi poteſt perueniri ad primũ decretũ.iuxta not.Inn.in.c.ſi.de eo qui
mit.in poſ.videt̃ probari in.l.iiij.§.pretor ait.ff.de dã.infect.❡Sed
his nõ obſtãtibus puto in caſu noſtro primũ decretum viribus nõ
ſubſiſtere.Moneor primo qꝛ cõtra pupillũ nõ poteſt deueniri ad in-
terpoſitionẽ primi decreti:niſi prius citato tutore qui in caſu mini-
me citatus fuit:ſi autẽ pupillus nõ habeat tutorẽ requirẽdi ſunt co-
gnati vel affines ⁊ ſi qui forte alij ſint quos veroſimile eſt in defenſio
ne pupilli nõ omiſſuros,vel ꝓpter neceſſitudinẽ:vel ꝓpter charitatẽ
vel alia ratione qđ etiã minime in caſu noſtro factũ fuit.hec expreſſe
probantur in.l.hec autẽ.§.nõ defendi.cũ ſeq.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.
❡Secũdo moneor citationis defectu aliter conſiderato.nã qñ quis
3 reperiri poteſt citari debet ad faciẽ:⁊ ſic † perſonaliter:nõ autẽ ad do
mum ex quo citãdus nunꝙ̃ cõparuit in iudicio vt eſt tex.iuncta gl.in
c.cauſam.de dolo ⁊ cõtu.etiã ad effectũ deueniendi ad primũ decre-
tum:vt ibi no.⁊ maxime per Hoſti.qui tenuit quẽ dici poſſe reperiri
ſi eſt in prouincia ſeu preſuppoſita opinione Bar.pro veriori qui te-
nuit in.d.§.pretor ait.ꝙ ſi nõ reperitur in ciuitate dicit̃ reperiri non
poſſe ad hoc vt poſſit fieri citatio ad domũ quã opinionẽ multi ſe-
quuntur in.d.c.cãm.⁊ allegat pro caſu qđ habet̃ in aut.de exhi.⁊ in-
tro.reis.§.ſi vero qđã.debet tñ capi verbũ ciuitate large cũ nõ ſimus
in materia odioſa:imo fauorabili vt etiã veniat comitatus.arg.opti-
mum in.l.j.§.cũ vrbẽ.ff.de offi.procon.ſed pupillus habitabat in co-
mitatu.ergo debuit ibidẽ ad faciẽ citari.non autẽ ad domũ quondã
habitationis paterne.Et preſuppoſito ꝙ in caſu noſtro verbũ ciui-
tate non debeat capi ita large:tñ ex alio poteſt citatio infringi:qꝛ vt
mihi preſupponitur in facto poſt mortẽ patris:vel ſaltẽ lõge ante ci
tationẽ pupillus nunꝙ̃ habitauit in domo paterna.ſed apud ſuũ tu
torẽ qui notorie habitabat in comitatu:notorie etiã cõſtabat pupil-
lum ibidẽ habitare ergo prima citatio debuit fieri ad perſonã ſuã vel
ad domũ ſue habitationis.vt in.d.l.pretor ait.⁊.l.ſcire oportet.ff.de
excu.tuto.⁊.d.c.cãm cũ glo.ſua.de dolo ⁊ contu.Tertio principaliter
põt infringi:qꝛ fuit facta dolo preſentis cõtra abſentẽ cum ſciret pu-
pillo cõpetere exceptionẽ ſaltẽ in maiori parte dotis:cũ ꝑ prius fuiſ-
ſet pro maiori parte facta ſolutio.vt not.voluit Inno.in.c.ij.de dila.
vbi dicit ꝙ ſi dolo pñtis fuit facta admiſſio contra abſentẽ.vt quia
ſciebat abſenti exceptionẽ cõpetere:poterit qui abſens fuit petere re-
uocari poſſeſſionẽ in ſua abſentia datã.⁊ ſi miſſus excipiat tu contu-
maciter abfuiſti poterit paſſus miſſionẽ replicare.⁊ tu doloſe excipis
de dolo vel de cõtumacia mea cũ ⁊ doloſe circa eandẽ rẽ egeris ſciẽs
me exceptione tutũ.Et pro hac opi.Inno.facit.l.ſi pretor.§.marcel-
lus.ff.de iudi.nã miſſio debuit fieri pro modo debiti declarati.l.cum
proponas.iuncta aut.ei qui iurat.C.de bo.aut.iudi.poſ.⁊.c.qm̃.§.in
alijs.vt li.nõ cõte.Iſta vero mater doloſe petijt remiſſionẽ reſpectu
totius dotis cũ tñ eſſet ſibi pro maiori parte ſatiſfactũ.❡Quare ex
his oĩbus predictis cõcludo primũ decretum minime valuiſſe.Non
obſtãt iura cõtraria principio allegata qꝛ debẽt limitari ſm ꝓdicta.
❡Uenio ad ſcđm dubiũ.ſ.an valuerit ſcđm decretũ.Et profecto il-
lud poteſt iudicio meo ex multiplici capite infringi.Primo quia ex
quo nõ valuit primũ nõ debet valere ſecundũ qꝛ ſcđm decretũ eſt ſcđa
iudicis aggrauatio in odiũ contumacis.vt nota.in.l.ſi finita.§.iulia-
nus.ff.de dã.infec.⁊ in.c.j.de eo qui mit.in poſ.Sed in caſu noſtro nõ
valuit prima aggrauatio:nec potuit dici pupillus contumax.vt pa-
tet ex predictis:ergo nõ debuit fieri ſecunda aggrauatio,cũ ſcđm de-
cretũ fundatur ſuꝑ primo.argu.eorũ que legunt̃ ⁊ no.in.c.qm̃.in fi.vt
lite nõ cõteſtata.⁊ ſi nõ valet principale nec acceſſoriũ.de fide inſtru.
inter dilectos.§.ceterũ.❡Secũdo non valuit potiſſima rõne:qꝛ nõ
fuit interpoſitũ contra latitantẽ.latitare autẽ dicit̃ in propoſito qui
iuſſioni iudicis nõ obedit fraudandi creditoris cauſa:vt.l.fulcinius.
in prin.§.qui autẽ ſit latitare.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.no.Inn.in.c.di-
lecto.de verb.ſig.Pupillus autẽ nõ latitabat ex multiplici reſpectu.
Primo qꝛ nunꝙ̃ fuit citatus in interpoſitione ſecũdi decreti:nec ſuf
ficit ipſum citari niſi citetur ⁊ tutor ex quo illũ habebat.vt.ſ.dixi.nã
ſi nõ poteſt interponi primũ vt dixi in precedenti dubio fortius nec
ſcđm:ſcđm Inno.in.d.c.dilecto.Nõ obſt.ꝙ iudex dedit ſibi curatorẽ
ad litẽ qđ videtur facere potuiſſe ex quo nõ defendebatur.vt.d.l.fulci
nius.§.plane.cũ ſeqũtibus:qꝛ dico illud procedere qñ pupillus non
habebat vel habebat minus idoneũ.Sed in caſu noſtro pupillus ha
bebat tutorẽ idoneum qui nunꝙ̃ fuit citatus ad illã cauſam:ergo nõ
potuit ſibi dari curator ad litẽ.vt probatur in.d.§.interdũ.inſt.de cu
ra.fuit ergo interpoſitũ ſecundũ decretũ cũ perſona nõ habẽte pote-
ſtatem.eſt ergo nullũ ſicut iudiciũ agitatum cũ falſo procuratore.l.li
cet.C.de pro.⁊ in.c.in noſtra.⁊.c.ex inſinuatione.eo.tit.nec ex ignorã-
tia iudicis ignorantis pupillũ habere tutorẽ debet ipſius pupilli in-
defenſi deteriorari conditio.arg.l.clarũ.C.de auto.pre.⁊.l.queſiuit.ff.

de re iudi. ❡Tertio principaliter corruit q2 iudex illud interpoſuit
non examinato prius plene principali negotio vt patet ex recitatio
ne facti contra. l. cū proponas. C. de bo. aut. iudi. poſ. ⁊ ſi fuit interpo
ſitum a minus inſtructo: merito non debet valere cū ⁊ ſentētia diffi
nitiua ex tali facto corrueret vt in. c. tum ex literis. ⁊ qd̄ ibi nota. de in
integ. reſti. no Bar. in. l. prolatā. C. de ſen. ⁊ interlo. ❡Quarto nō va
luit q2 interpoſitū fuit dolo p̄ſentis occaſione totius dotis cui tamē
erat ſatiſfactū ꝓ maiori parte, vt. ſ. dixi in precedēti dubio. ❡Quin
to ⁊ vltimo facit notabile dictū Inno. in. d. c. dilecto. de ver. ſigni. vbi
dicit ꝙ cum interpoſitio ſecūdi decreti ſit ſentētia interlocutoria: qd̄
patet ex eo q2 ſit lite nō conteſta. d. l. cū proponas. poterit iudex illud
decretū ex cauſa iuſta reuocare: vt puta ſi nūc cognoſcat ꝙ nō erat de
bitū: vel ſubeſt alia cauſa legitima vt erat in caſu noſtro: q2 nō inter
uenit legitimus defenſor pupilli: nā interlocutoria nō trāſit in rē iu
dicatā quo ad iud cē: ideo qn̄cunqꝫ poteſt iudex illā reuocare: ex quo
reperit illa fuiſſe peccatū ſeu grauamē alteri parti iniuſte inflictū, vt
in. l. iudex. ff. de re iudi. ⁊. c. ceſſante. de appel. no. Innoc. in. c. querelā.
de elec. per Bar. in. d. ſ. Julianus. ⁊ hec ratio eſt indubitabilis ⁊ incō
uincibilis. ❡Uenio ad tertiū. An iſta mulier miſſa in poſſeſſionē fe
cerit interim fructus ſuos: ⁊ dico ꝙ nō. q2 nō poſſedit iure reſiſtēte cū
non fuerit proceſſum cōtra pupillū ſicut iure diſponitur vt patet ex
predictis: ergo bona fides nō excuſat que etiā non preſumitur: vt no.
dicit Bart. in. l. ſed ⁊ ſi. ſ. ſcire. ff. de pe. here. Itē facit qd̄ ipſe not. in. l.
iuſte poſſidet. ff. de acqui. poſ. Preterea minor poſſet petere reſtitu
tionē aduerſus leſionē. vt. ff. de mi. l. qd̄ ſi minor. ⁊. l. in cauſe. quaſi p
totū. ❡Ad vltimū. An bona mariti ſint tacite hypothecata pro ali
mētis. vxoris. hāc q̄ōnē firmauit Spec. in tit. de dona. inter vi. ⁊ vxo.
ſ. formatis. ver. ſed nunqd. ⁊ ibi recitat opiniones ↄ̄rias nec bene fir
mat pedes. ſed Bart. in. l. lucius. ff. de ali. ⁊ cib. leg. plenius proſequit̄
⁊ tandē videt̄ determinare ꝙ nō q2 hoc nullo iure cauetur. ⁊ bona nō
obligātur tacite niſi in caſib9 a iure expreſſis. vt. ff. ⁊. C. p totū. in qui
bus caſibus pig. taci. cōtrahi. licet enī reperiat̄ hypotheca pro dote:
vt. l. vna. C. de rei vxo. actio. ⁊. l. aſſiduis. C. qui po. in pig. hab. pro ali
mentis tū nil diſponit̄. ⁊ etiā iſta pars mihi placet: maxime in caſu
noſtro vbi queritur an ſint obligata pro alimētis debitis ſol. mat. nā
nullo iure caueat̄ vt alimēta preſtētur ſoluto matrimonio vt not. Cy.
in. l. vnica. ſ. exactio. C. de rei vxo. act. Et preſuppoſito ꝙ cauet̄ non
tū diſponitur vt bona ſint obligata. Et ita rn̄deo ad. l. municipalem.
nā in ea ſolū inducitur obligatio alimētorū: nō autē obligant̄ bona.
Fallūt p̄dicta ſm̄ Bar. in loco prealle. niſi fundus dotalis fuiſſet da
tus ineſtimat9. nā cū tūc principal'r deputet ꝓ oneribus matrimonij
ſatis pōt admitti vt ſit obligat9 ꝓ alimentis: ſed ad caſum noſtrū nō
facit cū nō fuerint data bona ineſtimata. Et hec ſufficiāt. Nico. Ab.

❡Caſus conſilij ſequentis

Quedā domina catherina ſuum

poſtremū cōdēs teſtm̄, inter cetera legitima de bonis ſuis Bartholo
meo Joānis nepoti ſuo florenos quadringētos. In oībus autē alijs
bonis ſuis mobilib9 ⁊ immobilibus p̄ſentibus ⁊ futuris ſuū heredē
vniuerſalē inſtituit Bartholomeū ſupraſcriptū nepotē ſuū: ⁊ hoc in
caſu quo deueniret ad etatē perfectā: ⁊ in caſu quo decederet in pupil
lari etate: tūc voluit ꝙ de dictis bonis ſuis diſponat̄ prout videbit̄ ⁊
placebit dn̄o Bartholomeo Hugolini filio ſuo legitimo ⁊ naturali
quē vſumfructuariū omniū bonorū ſuorū ad vitā ſuā reliquit ſemp
tamē ſaluis ſupraſcriptis florenis. cccc. qd̄ dimiſerat dicto Bartho
lomeo nepoti ſuo: ⁊ in caſu quo per dictū Bartholomeū filiū ſuum
predicta bona nō poſſent diſtribui ⁊ ordinari vt ſupra dictū eſt tunc
iſto caſu ſubſtituit ſuos fideicōmiſſarios vt bona ſua diſtribuāt pau
peribus Jeſu Chriſti ⁊ pijs locis vel cōſanguineis ſuis prout eis vi
debit̄ ⁊ placebit ſuper hoc exonerādo eorū cōſciētiā. Demū mortua
teſtatrice dictus dn̄s Bartholome9 fili9 ſuus reduxit dicta bona ad
man9 ſuas ⁊ volēs exequi teſtm̄ maternū reſpectu legati facti. d. B.
de dictis florenis quadringētis tradidit in ſolutū ⁊ pagamētū cuidā
mulieri amite. d. B. recipiēti pro dicto Bartholomeo certā domum
reſeruādo ſibi vſumfructū: cū hac tn̄ cōditione ꝙ in caſu quo dictus
dn̄s Bartholomeus daret ⁊ ſolueret ſibi dictos florenos quadrin gē
tos qd̄ inſtrumētū dicte donationis inſolutū euaneſceret ⁊ remane
ret dicta domus libera penes. d. B. Deniqꝫ interiecto tp̄e ⁊ aliquib9
diſcordijs ſuper dicta domo exortis ac mortuo dicto Bar. nepote in
pupillari etate relicto patre abſente dicta ſua amita nomine patris
abſentis cū debitis cautionibus ex vna parte ⁊ dn̄s Bart. ex alia cō
promiſerunt in quoſdā amicos cōmune ſup dicta domo dantes illis
plenā poteſtatē preſtitis etiā fideiuſſorib9 pro obſeruātia laudi q ar
bitratores auditis partibus in hūc modū arbitrati ſunt: videlicet di
ctus dn̄s. B. teneat̄ ⁊ debeat dare: ſoluere: ⁊ numerare, florenos qua
dringētos denariorū hinc ad mediū mēſem Auguſti pro qbus pecu
nijs dictus dn̄s Bartholo. dederat in pagamentū dictā domū dicte
mulieri pro illo nepote. Et ꝙ dicta domus remaneat libera ⁊ expedi
ta penes dictū dn̄m Bartho. ⁊ in caſu quo dicta ſolutio nō fieret fuit
regreſſus reſeruatus cōtra fideiuſſores, vt in ipſo laudo plene cōtine
tur. Finaliter dicta domus fuit trāſlata in quendā tertiū: tum ex obli
gatione dicti dn̄i Bartho. tum ex facto curie interponētis primū et
ſcd̄m decretū a quo quidē tertio poſſeſſore pater dicti nepotis p̄mor
tui ſuperuiuēs nititur domū illā reuocare dicens ad eū tanꝙ ad here
dē ſibi pertinere: cū alio fuerit data in ſolutū ⁊ pagamētū pro dictis
quadringentis florenis ſibi legatis. Nec habet obſtare cōpromiſſum
laudum inde ſecutū: q2 cū dictus dn̄s Bartholomeus fuerit religio
ſus nō potuit cōpromittere nec ad aliquid ſe obligare ſine licentia ſui
prelati. Et aduertēdū pro intellectu materie qd̄ dictus dn̄s Bartho.
fuit promotus in abbatē bis ⁊ tandē ſine aliqua abbatia exiſtēs ad
miniſtrabat predicta bona extra monaſteriū ſcientie ſuperiore ⁊ non
contradicēte. Nunc queritur an predictus pater vel alius cui ius ſuū
ceſſerat valeat dictū compromiſſum predicta ratione infringere ⁊ ta
li pretextu domum a tertio poſſeſſore reuocare.

❡Conſilium. xliij.

1 Bona ſi relicta fuerint cuidam monacho cum hoc ꝙ circa illa ab
bas non ſibi aliquam moleſtiam faciat quomodo intelligatur.
2 Monaſterij plena diſpoſitio ⁊ adminiſtratio pertinet ad abbatem ⁊
non ad monachos.
3 Monacho ſi aliquid relinquatur ſub hac conditione vt non acqui
ratur monaſterio an valeat tale relictum.
4 Abbas pōt monacho dare licentiā plene adminiſtrādi certa bona.
5 Taciturnitas habetur pro cōſenſu vbi agitur de modico preiudicio.

Chriſti eiuſqꝫ matris glorio
ſiſſime preſidio inuocato ad deciſionem huius q̄ōnis quo
principaliter ſunt examinā̄da. ⁊ primo an valuerit relictū
factū dicto fratri Bartholomeo eo modo quo factū fuit. ❡Secūdo
preſuppoſita validitate an dictū cōpromiſſum per eū poſtea factum
de iure valuerit. Circa primū animaduerto duo fuiſſe relicta. ❡Pri
mo enī dicta domina Catherina teſtatrix fecit dictū dn̄m Bartholo
meum vſufructuariū omniū bonorū ſuorū. ❡Scd̄o voluit ꝙ ſi di
ctus Barto. quē heredē ſub cōditione inſtituit deceſſerit in pupilla
ri etate ꝙ tūc de dictis bonis diſponatur prout videbitur ⁊ placebit
dicto fratri Bartho. ⁊ adiecit ꝙ in caſu quo per dictum fratrē Bar
tholomeum filium ſuū predicta bona nō poſſent diſtribui ⁊ ordina
ri ꝙ tunc bona deueniant ad fideicōmiſſarios ⁊c. vt. ſ. dictū eſt. vnde
videtur primo inſpectis dictis verbis teſtamēti ꝙ relictum valuerit
ſed ꝙ illud onus annexū vt bona deueniāt ad fideicōmiſſarios ſi illa
bona nō poſſent ordinari ⁊ diſtribui prout videbitur ⁊ placebit dicto
fratri Bartho. nō valuerit tanꝙ ↄtra leges cū voluerit facere mona
chum capacem proprietatis ⁊ attribuere ſibi poteſtatem diſponendi
bona ↄtra ſubſtātialia monachatus. ad hoc facit qd̄ notanter poſuit
Bar. poſt glo. in. l. lucius. ſ. tres heredes. ff. ad trebel. vbi firmat hāc q̄
ſtionem. †quidam reliquit certa bona cuidam monacho cū hoc ꝙ cir
1 ca illa abbas nō ſibi aliquā moleſtiā faciat. ꝙ ſi fecerit voluit ꝙ illa
bona deueniret in aliū q̄rit an in caſu moleſtie ſit locus fideicōmiſſo.
glo. ſentit ibi ꝙ ſic: refert tū quoſdam tenere ↄ̄rium. ⁊ idē dicit Archi.
in. c. q2 ingredientibus. xix. q. vlti. ſed Bart. ibi dixit illos qui tenuerūt
ↄ̄rium verius dixiſſe: q2 illa cōditio vt abbas non faciat ei moleſtiam
eſt turpis cum ſit cōtra regulam monachorū qua diſponitur vt mo
nachi nihil habeāt: vt in. c. cum ad monaſterium. in fin. de ſtatu regu.
ideo non valuit ſm̄ eum tale grauamē appoſitū. ſed ſi eſſet tale relictū
qd̄ valeret in monacho vt ſi relinqueret̄ pro alimentis. q2 etiam ſeruo
poſſunt relinqui vt. l. ſeruos. ff. de ali. ⁊ ciba. leg. tūc forte pcederet di
ctum illius gl. Ita videtur in caſu noſtro dicendū ꝙ illud grauamen
vt bona deueniāt in fideicōmiſſarios ſi p dictū fratrē Bartholomeū
nō poſſent illa bona ordinari ⁊ diſtribui habeatur pro non appoſito.
⁊ per conſequens dicendum quod illa bona fuerunt acquiſita mona
ſterio. Ex quo infertur ad ſcd̄m dubiū negatiue: ſcilicet vt compromiſ
ſum factum per dictū fratrem Bartholomeum de dicta domo non
valuerit, cum nō poſſit monachus cōpromittere ſuper bonis acquiſi
tis monaſterio. vt in cap. qd̄ quibuſdā. de fideiu. ⁊ qd̄ leg. ⁊ no. in. c. cō
2 tingat. de trāſac. †plenaria enim diſpoſitio ⁊ adminiſtratio monaſte
rij ⁊ eius bonorum pertinet ad abbatem: nō autē ad monachos ma
xime ſingulares. vt in. c. nullā. xxviij. q. ij. ⁊ in. c. edoceri. ⁊ qd̄ ibi no. de
reſcri. Nec ob. ſi dicatur hec bōa fuiſſe relicta dicto fratri Bartholo
meo: quia dico ꝙ relictum nō poteſt cōſiſtere penes perſonam mona
chi, ſed p eū ſit acquiſitio immediate monaſterio vt plene no. p Inn.
⁊ alios in. c. in preſentia. de proba. ſed his nō obſtantibus contrarium
arbitror in caſu noſtro dicendum. Et primo pōdero qd̄ bona nō fue
rūt ſimpliciter relicta dicto fratri bartholomeo tanꝙ proprietario. ſꝫ
per eum ordinādā ⁊ diſtribuenda vt ſibi videbit̄ ⁊ placebit. quo caſu
valet relictum factum monacho cum cenſetur quidam adminiſtrator
⁊ diſtributor bonorum. vt in. c. religioſus. de teſta. lib. vj. Et quod hoc
fieri poſſit, adduco no. dicta eiuſdem barto. in aut. excipitur. C. de bo
3 nis que libe. vbi queritur de hac queſtione. pone† quod aliquid relin
quatur monacho ſub hac conditione vt non queratur monaſterio an
valeat tale relictum. Et videtur primo ꝙ non quia cōtinet impoſſibi
litatem ⁊ repugnantiā quandam: nā monachus nō poteſt habere ali

quid: ſed

quid:ſed totū eſt monaſterij.xij.q.j.nolo.ꝛ.c.nō dicatis.ꝛ auť.ingreſ-
ſi.C.de ſac.ſan.eccle.vnde dicere qđ ſit monachi ꝛ nō queratur mona-
ſterio eſt ꝯdictio quedā in ſeipſo ꝛ quedā perplexitas que habet vi-
tiare legatū ꝛ cōtractū:vt.l.ſi titius.ff.de cōdi.inſti.ꝛ.l.vbi repugnan
tia.ff.de reg.iur.In ꝯtrium cōcludit ibi Bar.dicēs ꝑdicta verba de-
bere ita intelligi.relinquo monacho ſub hac cōditione vt nihil acqui
ratur monaſterio:hoc eſt qđ monaſteriū illud patiatur habere eo mo
do quo pōt ſcilicet cōniuentibus oculis:ſicut dicimus in ſeruo quod
pōt aliqd habere conniuentibus oculis dñi.vt.l.iij.ff.de manu.ꝛ ſic
nihil querať monaſterio ſcilicet facti.ꝛ ad hoc adducit tex.cū ibi not.
in.d.l.lucius.§.tres heredes.Si ergo ſit impropriatio verborū vt reli
ctū valeat,ꝛ monacho acquiratur libera ſine proprietate adminiſtra
tio.pro quo ego adduco tex.no.iūcta gl.ꝛ Inno.in.c.inſinuāte.ne cle.
vel monac.ergo fortius debet valere relictū in caſu noſtro in quo ver-
ba relicta nō ſapiunt proprietatē in monacho:ſed potius licitā ad-
miniſtrationē ꝛ diſpenſationē.vnde ponderāda ſunt illa verba prout
videbitur ꝛ placebit dicto fratri Bartholomeo que ſonāt arbitrum
boni viri.vt probatur in.l.thais.§.ſororē.ff.de fideicom.libe.ꝛ in.l.fi-
deicōmiſſa.§.q̄cq̄.ff.de lega.iij.no.in.c.de corpo.vi.ꝛ plene per Bar.
In cauſa q̄ ad preſens vertitur inter commune Serteani ex vna parte: ⁊ cōmunitatē Caſtilionicelli ex alia ſuper quibuſdā finibus. Quoniā ꝑ alios ⁊ ꝑ me al's plene preſcriptū extitit in fauorē cōmunitatis. Serteani paucis in preſentiarū vtar xbis cōcluſiue omiſſa argumentoꝝ inductiōe ꝓcedēdo ⁊ ꝓſequar principaliter quatuor mēbra. ¶ Primo circa validitatem appellationis interpoſite per cōe dicti Serteani a ſnīa lata cōtra eos ſuper dicto poſſeſſorio. ¶ Secundo preſuppoſito ſine veritatis preiudicio quod nō potuit appellari an ſaltem ꝑ viā nullitatis ſententie debeat audiri. ¶ Tertio an in cauſa appellationis ſeu nullitatis debeat dictū commune obtinere in poſſeſſorio. ¶ Quarto an idem ſit dicēdum in petitorio. vt. ſ. pro dicta cōmunitate ſit ferēda ſentētia. ¶ Circa primū quāq̄ videaŧ obſtare huic appellationi interpoſite ꝓ cōmuni Serteani. l. vnica. C. ſi de momē. poſ. fue. appel. tū Bart. melius q̄ alibi intellectū illius. l. examinauit in. l. ij. ff. de app. reci. vbi inter cetera notabiles limitationes quas ponit ad ſolu. illius. l. dicit illam. l. nō procedere quādo alteri iniuſte auferť ſua poſſeſſio: qꝛ tunc talis ſnīa lata ſuper poſſeſſorio eſt magni p̄iudicij cū grauiſſimū ſit perdere poſſeſſionem ſine cauſa. vt in. l. fi. C. ſi per vim vel alio modo. ⁊. l. vlti. C. de rei vendi. ⁊ in. §. cōmodū. inſti. de interdi. ſaltem in eo qui nō valet niſi remediū poſſeſſoriū intentare ⁊ ex difficultate ꝓbādi dominiū ſepe perdit a poſſeſſione perdaŧ dñiū vt in effectu. in capitu. ſepe. de reſtit. ſpo. vbi tex. nota. ideo intelligit Bar. d. l. vnicam: quando per ſententiā poſſeſſor reponiť in priſtinū ſtatum: quia tunc parat modicū preiudicium. quia ſicut prius habebat petere eodē modo poterat nūc poſt ſnīam repetere ꝓbat rationē: nam illa lex vnica eſt fundata in remotione appellationis ſuper modicitate preiudicij. vt no. ibi: ⁊ per gloſſ. in. d. l. ij. ſed negari non poteſt quin fiat preiudiciū qñ per ſentētiam aufertur poſſeſſio ſine cauſa legitima eā habēdi. ergo poteſt tunc appellari ⁊ preſertim hoc eſt tenēdum: quia de iure canonico a tali ſentētia indifferenter pōt appellari. vt leg. ⁊ no. in. c. cum ad ſedē. de reſtit. ſpo. ⁊ in cle. vnica. de ſequeſt. poſſeſ. in fi. Ius ergo ciuile deuiās ab hac diſpoſitione equiſſima: dꝫ quantū fieri poteſt reſtringi. ¶ Aliā limitationem ſolēnem quantū ad ꝓpoſitū noſtrū poſuit idem Bar. in. d. l. ij. dicens q̄. d. l. vnica. nō interdicit ſimpliciter appellationi in poſſeſſorio: ſed ſolū diſponit vt nō obſtāte appellatione ſententia conſequetur effectum ſuū: quaſi dicat q̄ licet al's appellatio a diffinitiua ſuſpēdat executionē ſententie vt. l. j. ff. ad turpil. ⁊. l. ij. ff. de penis. ⁊. l. vnica. §. inter. ff. nil noua. appella. penden. ⁊. c. venientes. de iureiur. cum ſimi. tñ hoc caſu propter modicitatē preiudicij ſit executio: ſed nihilominus ꝓcediť ſuper appellatione ⁊ ea iuſtificata retractatur executio: nec hoc eſt nouum: nam idem videmus in appellatiōe interpoſita ab executore. per talem enī appellationē nō ſuſpenditur ex toto executio: ſed procediť: prout habetur in. l. ab executione. C. quo. appella. non reci. Itē ſimile videmus in appellatione ab interlocutoria que nō impedit proceſſum iudicis nec inducit retractationē attētatorū niſi ea pri⁹ iuſtificata. vt in. c. nō ſolū. de appel. li. vj. ⁊ hec ſunt de mente Bar. in. d. l. ij. que dicta puto veriſſima ⁊ notāda. Unde ad propoſitū noſtrū cum ꝑ ſententiā latā cōmiſſariꝫ dominorum auferť iniuſte cōmunitati Serteani legitima eorum poſſeſſio potuit a tali ſnīa cōmunitatis appellare. Itē ex alia ratione proxime dicta pōt dicta appellatio iuſtificari. ⁊ hoc quo ad primum. ¶ Quo ad ſecundum preſuppoſito ſine veritatis p̄iudicio quod appellari nō potuerit an ſaltem per viam nullitatis debuerit audiri dicta communitas Serteani in dubio, puto qđ ſic: per tex. no. in. c. licet. de ſentē. excō. li. vj. vbi probaŧ q̄ per deſertionē appellationis non excludiť via nullitatis. Item ꝓbatur per locū a ſpeciali. in cle. vnica. de re iudi. facit quod leg. ⁊ no. in. l. j. C. quādo puo. non eſt neceſ. ⁊ in. l. ſi expſſim. ff. de appel. ⁊ in. c. ſepe. ⁊. c. dilecto. de appel. gn.
1 imo notāter dixit Bar. in. d. l. ſi expſſim. † qđ cauſa nullitatis deuoluit totū negotiū ad ſuperiorē: ita qđ ſuperior pōt corrigere in parte ⁊ in totū: ⁊ ſupplere ⁊ omnia facere que prius iudex debuiſſet facere ſicut cōtingit in remedio appellatiōis. alle. dicta Inno. in. c. cum contingat. de offi. dele. Nec ob. ſi dicatur ſtatutū huius ciuitatis Senaꝝ obuiat dictioni nullitatis. poteſt enim ad hoc multipliciter reſpōderi vt enī mihi in facto preſupponiť ſtatutū ſolum dicere q̄ ſi appellatio efficiť deſerta ꝑ lapſum duorū menſiū intra quos appellatio debebat expediri qđ nō debet pars deſerēs ampli⁹ in illa cauſa audiri per viā nullitatis. hoc enim ſtatutum primo non ob. quia negaŧ per partem appellationē fuiſſe deſertā. ⁊ ſaltem nō fuit deſerta ex hoc capite ſtatuti: quia non per lapſum duorū mēſiū: vnde cū illud ſtatutū veniat cōtra ius debet ſtrictiſſime intelligi: ita qđ non debet excedere caſum ꝓpriū in quo loquitur: vt leg. ⁊ no. in. c. cum dilect⁹. de conſue. ⁊ in. l. ij. §. C. de noxa. ⁊ in. c. in noſtra. de iniur. ⁊ in. l. iij. §. hec autē xba. ff. de neg. ge. ⁊ quod no. Bar. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. ⁊ in. ⁊ Io. ſuper reg. pro poſſeſſore. in mercu. Item quia non debet induci iuris correctio per identitatē rationis ſaltē que nō eſt expreſſa. vt no. Bar. ⁊ Bal. in aut. quas actiōes. C. de ſacroſan. eccle. ⁊ facit qđ no. Barto.
2 in. l. liberorū. ff. de ver. ſig. † Preterea ſtatutū tollens dictionē nullitatis dꝫ intelligi niſi nullitas ſit patēs vel incontinenti poſſit probari. ad hoc. c. cum bertoldus. in fi. de re iudi. ⁊ glo. no. in. l. j. §. ſiue antē. ff. de tab. exhi. per Bal. in. l. data opera. C. qui accu. non poſ. in cōmēto maiori. per Old. ſuo conſi. xlv. quod inci. cum litera executoria. ⁊ alle. ꝑ caſu. l. penul. qñ puo. non eſt ne. ⁊ de reſtitu. ſpo. c. literas. penul. rñſo. ibi dum dicit. ⁊ probatiōes auferunť incōtinenti. ⁊ adduco no. glo. in c. ſuſcitata. de in inte. reſt. in ver. effectū ſententie. q̄ clare concludit q̄ diſpoſitio tollēs dictionē nullitatis nō debet intelligi de illa que poteſt incōtinēti probari. ⁊ facit qđ no. Pau. in cle. vnica. de renū. ꝓbatur ratione: nam in dubio nō eſt preſumendū qđ ſtatuētes velint ſoluere aperti⁹ iniuſtitiā ⁊ tollere de iure vni⁹ ⁊ dare alteri. imo tale ſtatutum nutriēs apertā iniquitatē eſſet nullū. iiij. diſtin. erit autem lex. ⁊ in. c. fi. de preſcr. no. Bar. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. ⁊ iur. ⁊ in. l. fi. C. ſi cōtra ius vel vtili. pub. ſi nullitas ſentētie eſſet notoria que incōtinenti poſſit probari iniquū eſſet qđ talis exceptio excluderet. eſſet enī tollere defenſionē que eſt de iure naturali. vt in cle. paſtoralis. de re iud. ergo intellect⁹ illi⁹ ſtatuti non eſt reducēdus ad caſum noſtrū in quo euidēter conſtat de nullitate ſententie: maxime in eo q̄ fuit lata in eccleſia. vt in. c. decet. in fi. de immu. ec. li. vj. ⁊ hāc ⁊ alias cauſas nullitatis huius ſentētie: plene tetigi in alio cōſi. qđ in hoc materiam nullitatis ſcripſi. Alteri⁹ ꝓbatur alia cōſideratione vbicūq̄ ſtatutū ſeu lex diſponit cauſa nō expſſa debem⁹ cōſiderare rationē naturalē que potuit mouere legiſlatorē: ⁊ ſi illā eſt vnica ⁊ indubitata: qꝛ alia ratio nō poteſt naturaliter cōiecturari debemus ad limites illius ratiōis ꝯiecturare legē extēdere ⁊ reſtringere. vt no. dixit Cy. poſt alios in. l. nō dubiū. C. de legi. ⁊ Bal. in. l. maximū vitium. C. de lib. preter. facit tex. in. l. ſcire oportet, in ver. ſufficit. ff. de excu. tut. ⁊ gl. no. in. l. tale pactum. ff. de pac. ſed in dicto ſtatuto non poteſt alia ratio naturaliter cōſiderari in eo qđ tollit dictionē nullitatis appellationis inductā per lapſum duorū menſiū: niſi quia ſtatutum p̄ſumpſit qđ ex quo nō expediuit appellationē intra duos menſes preſumitur q̄ calūnioſe opponit de nullitate cauſa differēdi executionē ſnīe: ſimile in. d. cle. vnica. de re iud. ſed vbi eſt euidēs ⁊ clara nullitas ceſſat p̄ſumptio calumnie: ideo debuit ceſſare diſpoſitio. ad hoc bon⁹ text. in. d. c. literis. Preterea ⁊ vltimo ex quo ꝑs Serteani fuit de facto admiſſa ad ꝓbādum iniquitatē ſeu nullitatē ſentētie ⁊ eam probauit: eſt pro ea ferenda ſnīa. ad hoc notabile dictum Innoc. in. c. conſtitutus. de fi. preſby. vbi dicit quod cōuentus poſſeſſorio recuperāde nō debet audiri ante reſtitutionem: ſuper proprietate tamen ſi de facto fuit admiſſus et eam probauit debet iudex pro eo ferre ſentētiam, hinc no. dixit etiam Inno. in. c. dilecta. de reſcrip. ⁊ in. c. cum bertoldus. de re iudi. q̄ licet poſtq̄ ſentētia tranſiuit in rem iudicatam nō debeat audiri pars aduerſa ſuper nullitate ſententie: tamē ſi de facto fuit admiſſa ⁊ iniquitatē probauit eſt retractanda ſententia non obſtante tranſitu in rem iudicatā: quia de qua re iudex cognouit de ea debet pronūtiare. vt in ca. cum ſuper. de cau. poſſeſ. ⁊ proprie. ⁊ in. l. de qua re. ff. de iudi. ⁊ hec ſufficiāt quo ad ſcōm membrū. ¶ In tertio membro procedam breui⁹: qꝛ in facto mihi preſupponitur q̄ communitas caſtri Serteani probauit poſſeſſionē dictorū finium antiquiorē q̄ pars aduerſa. Itē ꝑ plures ⁊ meliores teſtes adduxitq̄ titulū ſeu titulos. pars aūt aduerſa

nerſa niſa eſt ſolũ probare poſſeſſionẽ.quare ex triplici capite; quorũ
quodlibet ⁊ ꝑ ſe ſufficit ad victoriã dico ꝙ dicta cõitas Serteani dꝫ
obtinere in poſſeſſorio retinẽde:q꜡ vbicũqꝫ vtraqꝫ pars ꝓbat ꝑ teſtes
poſſeſſionẽ ⁊ fundat ſe ſuꝑ eadẽ ſpecie poſſeſſiõis cũ impoſſibile ſit ꝙ
duo eãdẽ reꝫ ⁊ eodẽ modo inſolidũ poſſideãt ſeu poſſederint: vt in.c.
licet.de ꝓba.⁊.l.iij.§.ex cõtrario.ff.de acqu.poſ.ferẽda eſt ſnĩa pro ea
parte que probauit ꝑ plures ſeu meliores teſtes:⁊ vbi hincinde eſſet
puritas teſtiũ eſt ſnĩa ferẽda ꝓ ꝓbãte poſſeſſionẽ magis diuturnã et
antiquã ⁊ ſi deponant vtriuſqꝫ ꝑtis teſtes ſuꝑ eodẽ tꝑe ferꝛ ſnĩa ꝓ eo
qui vltra poſſeſſionẽ ꝓbauit titulũ.nã in his ciuibus is qui melius ꝓ
bauit p̃ſumiꝛ vere poſſediſſe.alia vero pars p̃ſumiꝛ potius occupaſſe
temere ꝙ̃ poſſediſſe.ita ꝓbanꝛ notãter per tex.⁊ gl.⁊ doc.ĩ.c.lꝫ.preal-
le.clariſſime voluit Bar.in.l.ſi duo.ff.vti poſ.Idẽ Iac.de are.But.
⁊ Cy.in.l.j.C.eo.At in caſu noſtro cõitas Serteani nõ ſolũ p̃ualet in
vno ex p̃dictis:ſed in omnib⁹ trib⁹ ꝓbauit:non tm̃ ꝑ plures ⁊ melio-
res teſtes.Item antiquiorẽ poſſeſſionẽ ſed etiaꝫ titulũ.ideo cõmuni-
tas debet eſſe ſuperior in interdicto vti poſſidetis: ⁊ alteri parti q̃ p̃-
ſumẽda eſt iniuſte qñqꝫ poſſeſſionẽ intraſſe ⁊ aliquod cõmodũ perce-
piſſe debet p̃cepi decetero ne audeat moleſtare cõmunitatẽ Serteani
⁊ forma ſentẽtiãdi clare colligiꝛ ex dicto.c.licet. ¶ Et per hoc infero
ad quartũ mẽbrũ principale:dico enim ꝙ pro dicta cõitate Sertea-
ni eſt ferẽda ſnĩa etiã quo ad ꝓprietatẽ.nã vltra titulũ ꝓbatũ probãt
preſcriptione lõgiſſimi tꝑis cõitas vero Caſtronielli non poteſt pre-
3 tendere preſcriptionẽ:†q꜡ preſcriptio ſine poſſeſſione nõ procedit vt
in regula ſine poſſeſſiõe.de reg.iur.li.vj.ſed ipſi homines dicti caſtri
non preſumuntur poſſediſſe:ſed potius iniuſte poſſeſſionẽ intraſſe vt
ſ.dixi:ergo non probant preſcriptionẽ: nam vt predixi certuꝫ eſt qđ
communitas Serteani que vere p̃ſumiꝛ poſſediſſe preſcripſit ratiõe
poſſeſſionis ⁊ preſumiꝛ bona fides maxime intercedente titulo: vt in
l.penulti.C.de euic.per Bar.in.l.celſus.de vſuca.tenet gl.in.c.ſi dili-
genti.⁊.c.fina.de preſcrip.ergo pars aduerſa eodem tempore non pre
ſcripſit:q꜡ ſicut impoſſibile eſt vt duo inſolidũ ⁊ eodem tempore poſ
ſideant:ita impoſſibile eſt:vt duo eodem tempore eandẽ rem preſcri-
bant:⁊ facit quod no.Cy.in regula ſine poſſeſſione.de reg.iur.lib.vj.
Et hec ſufficiant. Nico.Abbas.

¶Conſilium.lvj.

1 ☞ Reſpectus dꝫ haberi ad monetã antiquã in diſpoſitione legis.
2 Puniendus an quis ſit ſecundum legem exiſtentem tempore delicti
an ſecundum illam que reperitur tempore ſententie.

Quod ſolutio fieri debeat
ad reſtitutionẽ monete antique q̃ erat tꝑe quo dñs no-
ſter papa diſpoſuit ſuꝑ emptiõe bonorũ ſtabiliũ ſeu ſolu-
tione annua fiẽda monaſterio Montis maioris videꝛ tex. iuncta gl.
in verbo duos ſolidos.in.c.cõquerẽte.de offi.ord.nam ex diſpoſitio-
ne legis canonice fuit ĩductũ vt quilibet ſolueret annuatim ꝓ cathe
dratico ſeu ſynodatico epiſcopo dioceſano duos ſolidos.v.q.j.c.j.⁊ in
d.c.conquerente.⁊ tñ gl.notanter dicit ꝙ iſti ſolidi ſunt ſoluendi ſꝫm
eſtimationem illius monete que ab antiquo ⁊ ab initio ſolui ꝯſueuit
niſi circa ſolutionẽ minoris monete que nũc eſt ĩ vſu ſit p̃ſcriptũ ſiue
ſit maior moneta ſiue minor:⁊ ad hoc allega.c.olim.de cenſi.⁊ illa gl.
a nemine ibi reprobatur.Scđo ad idẽ videꝛ ꝑ tex.in.d.c.olim.de cenſi.
non eñ poteſt intelligi ille text.in ſolutione fienda ex cõtractu ſed ex
diſpoſitione legis cum loquatur de ſolutiõe fienda nomine cathedra
tici quod debetur ex diſpoſitione iuris:vt.ſ.dixi.⁊ tamen tex.ibi mã-
dat ſolutionem debere fieri ſꝫm eſtimationem antique monete ꝓ hoc
aperte.ad idem facit quod no.Hoſtiẽ.in ſumma in titu.de cenſi.§.ex
quibus cau.in ver.quid ſi moneta.licet enim in p̃ncipio ſenſerit vt ca
thedraticum debeat ſolui de moneta currenti.ſi moneta ſepe variaꝛ
tamen firmat in.d.§.quid ſi preallega.qđ ſi per ſexaginta annos fuit
facta ſolutio de certa moneta debet in poſterũ ad illius eſtimationeꝫ
ſolui ſi illa antiqua moneta variatur per dictum.c.olim. ſed in caſu
noſtro fuit facta ſolutio vltra ſexaginta annos ſꝫm antiquã monetã
ſaltem ad illius eſtimationeꝫ.ergo ſꝫm illã dꝫ fieri ſolutio per dictum
c.olim.Tertio videꝛ caſus in.l.quoties.C.de ſuſcepto.⁊ archa.lib.x.
vbi lex generaliter diſponit ꝙ vbicũqꝫ certa ſumma ſolidorũ eſt ſol-
uẽda nõ intelligiꝛ de ſolidis vſualibus ⁊ currentibus pro tẽpore,ſed
de illis antiquis quorũ ſeptagintaduo faciunt vnã libram auri. ⁊ ſic
lꝫ lex mandat ſolutionẽ certorũ ſolidorũ fiendã,nõ tñ intelligitur de
ſolidis vſualibus ⁊ currentib⁹,ſed antiquis exiſtẽtib⁹ tũc tempore le
gis hoc idẽ apertius ſenſit gl.in.l.ſi.ff.de in ius voc.vbi tex.certo ca-
ſu mandat que cõdemnandũ in qnquaginta aureis.⁊ gl.dicit text.in
telligendum de illis aureis quorũ ſeptuagintaduo faciũt vnã libram
auri.⁊ ſic nõ habuit reſpectum ad vſualẽ monetã.⁊ idẽ voluit gl.in.l.
qcũqꝫ.C.de ſer.fu.⁊ inſti.de pena teme.li.§.ſi.in ſi.⁊ Io.an.poſt Vin
cẽ.in.c.deinde.ſuꝑ gl.ſi.⁊ in addi.Spec.in ti.de inſtru.edi.§.porro.in
1 ſi.vbi clare ſentit†ꝙ etiam diſpoſitione legis debet haberi reſpectus
ad monetã antiquã ⁊ non ad currentẽ.Et per hoc ⁊ alia infra ſtatim
dicenda videtur Spe.vſquequaqꝫ iterũ dicere in tit.de ſolu.§.nunc
aliqua.verſi.pone.vbi dicit ꝙ in ſolutione fienda ex diſpoſitiõe legis
debet attendi moneta currẽs ſolutionis tẽpore.⁊ alle.tex.iuncta glo.
in.c.ij.de maledi.⁊ in.c.olim.de iniur.⁊facit qđ ſemper loquiꝛ.l.arria.
C.de here. ⁊ videtur dictũ Spe.reſpectu ſolutionis fiẽde ſequi Bal.
in.l.illud.C.de ſacroſan.eccl.nam primo dictum ſuum videtur cõtra
predicta ⁊ nullibi probaꝛ.iura enim que allegat potius faciunt in cõ-
trarium.nam intelliguntur de vſualibus q꜡ expreſſe hoc diſponũt.ſi
enim ſpecifice hoc nõ diſpoſuiſſet debuiſſet intelligi de ſolidis aureis
quorum ſeptuagintaduo faciũt vnã libram per.d.l.quoties.⁊ alia ſu-
perius allegata.ideo male iudicio meo ſenſerunt ibi glo.dicit ꝙ etiã
ſi non fuiſſet dictũ de vſualibus debuiſſet nihilominus de illis intelli
gi qđ eſt falſum ꝑ.d.l.quoties.preterea contra dictum Spec.induco
hanc rationem.pena dꝫ eſſe cõmenſurabilis delicto.l. reſpiciendum.
ff.de penis.⁊.c.non afferamus.xxiiij.q.j.ſed lex cõpetens de certa pe-
na pecuniaria reſpectu delicti habuit reſpectũ ad valorẽ monete exi-
ſtentis tẽpore diſpoſitionis ex quo aliud nõ exp̃ſſit.ergo nõ debet in
telligi de alia moneta q̃ poſſet eſſe ĩtãtũ diminuta ꝙ quaſi pena eſſet
ita exigua ꝙ daret materiã ⁊ audaciã delinquẽdi contra.c.pauper.xj.
q.iij.Item poſſet eſſe intãtũ augmẽtata quod excederet debitã vin-
dictam:⁊ in odioſis non videtur lex ſemper loqui ſed debet reſtringi
ſi fieri põt ad tẽpus diſpoſitionis.facit qđ legi.⁊ no.in.l.certa forma.
C.de iure fiſ.li.x.Preterea preſuppoſito ꝙ dictũ Spe.ſit verũ in ſe:
tamẽ in caſu noſtro nullo modo procedere poteſt:loquiꝛ eñ quando
ex diſpoſitione legis nulli eſt acquiſita obligatio.vñ cũ legis effectus
pendeat ſatis poteſt ſuſtineri vt habeatur reſpectus ad pecuniã cur-
rẽtem tempore quo quis incidit in legẽ.arg.in.d.c.ij.de maio.⁊ obe.
c.olim.ſed in caſu noſtro obligatio fuit tempore prouiſionis papa-
lis acquiſita monaſterio Montis maioris:ergo debet ĩtelligi de mo
neta tũc currente ne obligatio varietur in his.ſatis enim ſenſit Bar.
2 in ſimili qõne in.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iu.dum querit†an quis
ſit puniendus ſꝫm legem exiſtentẽ tempore delicti:an ſꝫm illam que re
peritur tempore ſnĩe:⁊ cõcludit ꝙ ſi per legẽ exiſtentẽ tẽpore delicti
imponaꝛ pena ordinaria ſꝫm illã eſt iudicandũ:q꜡ debet haberi reſpe-
ctus ad tempus orte obligationis ad quod allegauit.d.c.olim.⁊ ſta-
tim per delictũ vr̃ quis obligatus ad penã tunc exiſtentẽ.l.j.ff.de pe-
nis.⁊.c.pueris.de ſen.exc.cũ ſi.ita indubitãter videꝛ dicendũ in ꝓpo
ſito:nam propter obligationẽ corã tẽpore ꝯtractus dicim⁹ quod ha-
betur reſpectus ad monetam tũc currentẽ:iuxta id quod legi.⁊ no.in
c.cũ quid.⁊.l.vinũ.ff.ſi cer.pet.idem ergo in diſpoſitione legis ex quo
tẽpore quo emanat naſciꝛ ex ea acquiriꝛ alteri obligatio. Quid am-
plius:adduco cõſiderationẽ incõuincibilẽ dñs papa diſpoſuit et ſta-
tuit ſupra ſolutiõe fiẽda monaſterio Mõtis maioris in recõpẽſatio-
nẽ eorũ que fuerant ſibi ſubtracta per eũ in fauorẽ monaſterij ſancti
Antonij ergo neceſſario debuit ĩtelligi de moneta tũc currẽte:q꜡ nõ
poteſt fieri recõpenſatio dãnorũ illatorũ niſi fiat eſtimatio per pecu-
niam certam ⁊ inuariabilẽ.arg.in.l.j.ff.de contrahen.emp. Pecunia
enim habet certum pondus formã ⁊ materiã.vt in.d.l.j.vnde ſtatuẽ-
do ſolutionẽ in cõpenſationẽ damnorũ nõ potuit intelligi niſi de illa
moneta tũc currente:q꜡ vigore incerte ⁊ variabilis monete non poſ-
ſet fieri recta dãnorũ illorũ eſtimatio ⁊ recõpẽſatio.arg.in.d.l.vnũ.⁊
l.cũ quid.⁊ qđ in eis no.in.l.paulus.alias incipit creditor.ff.de ſolu.
Simile videmus cum agitur ad reſciſſionem contractus propter de-
ceptionẽ ⁊ damnũ datũ vltra dimidiã iuſti pretij.nã in conſideranda
deceptione inſpicimus valorem rei tempore cõtractus:non q꜡ aliter
non poteſt quis dici deceptus in ꝯtractibus:iuxta id qđ legiꝛ ⁊ no.in
c.cũ dilecti.⁊.c.pe.de emp.⁊ vend.⁊.l.ij.C.de reſcin.ven.ita ad ꝓpoſi
tũ non potuiſſet dñs noſter papa facere rectã recõpenſationẽ dãno-
rum ꝑ ſolutionẽ annuatim fiẽdã niſi habuiſſet reſpectũ ad monetam
tunc currentem tempore recompenſationis facte. Nico.Abbas.

¶Conſilium.lvij.

1 ☞ Principis intentio non eſt tertio preiudicare:niſi de eo mẽtio-
nem faciat ſpecialem.
2 Papa per ſuam conſtitutionẽ ſtatuta ⁊ conſuetudines tollere.velle
non cenſetur:cum conſiſtant in facto.
3 Priuilegia preiudicialia ſtricte ſunt interpretanda.
4 Preſcriptio requirit bonam fidem.
5 Preſcriptio principaliter eſt introducta in odium negligentium.
6 Priuilegium imperatorum valet quo ad ſuos ſubditos.
7 Lex ciuilis ſi canonizetur per papam habet canonis vigorem.

In queſtione que vertitur
ſeu verti ſperaꝛ inter monaſterium ſancte Crucis montis
Auellanẽ.ex.ugubienẽ.dioceſis ex vna parte:⁊ fratres ordi-
nis ciſtercienſ.ex alia parte ſuꝑ ſubiectiõe monaſterij ſancti Bartho-
lomei de cãpo regio eiuſdẽ dioceſis. ¶ Tria ad claritatẽ deciſiõis ar-
bitror examinãda. Priõ nũqd ꝑ priuilegia exẽptiõis ⁊ vnionis dicto
monaſterio ſancti Bartholomei cõceſſa ſit preiudicatũ iuri monaſte
rij ſancte Crucis. Secũdo preſuppoſito quod priuilegiũ documen-
tum non attulerit an quadraginta annorũ preſcriptio habeat exclu-
dere ius ⁊ actionẽ competentẽ dicto monaſterio ſancte Crucis. Ter
tio ſi talis preſcriptio preiudicet an dictũ monaſteriũ ſancte Crucis

poſſit p̄ſcriptione cētenaria ſe tueri vigore priuilegij ceſarij quod pa
pa poſtmodum ratū manere ſenſit. Primū ex ordine aggrediens vi-
detur primo quod per priuilegiū Alexandri per Gregoriū poſtmo-
dum corroboratum ſit iuri dicti monaſterij ſancte crucis p̄iudicatū.
Senſit enim dictus Alexander quod dictū monaſteriū ſancti Bar-
tholomei nec epiſcopo neqꝫ abbati nec deniqꝫ cuiꝙ̄ clericorū ſeu ſecu
larium: ſed ſibi tantūmodo ſucceſſoribuſqꝫ ſuis romanis pontificibꝰ
de ſua ſubiectione reſpōdeat: ⁊ adiecit poſt pauca quod ſi quiſpiā vel
epiſcopus vel abbas vel quilibet magna paruaqꝫ perſona cōtra hu-
ius noſtre conſtitutionis edictum per aliquā machinationē vel ſub-
tilitatis ⁊ aſtutiā prefatum ſibi abrogauerit vel ſubdiderit monaſte-
riū ⁊ is qui dederit ⁊ is qui male ſuſceperit vſqꝫ dum reſipiſcat ⁊ qd̄
male preſumptū eſt ſibi reddat per autoritatem omnipotentis dei: ⁊
beati Petri ⁊ Pauli apoſtolorū principis perpetue dānationis vin
culo ⁊ anathematis innodetur ⁊c. Cum ergo papa qui plenitudineʒ
habet poteſtatis. vt in. c. ad honorē. de auto. ⁊ vſu pal. ⁊ c. cūcta ꝑ mū
dū. ⁊ c. per principalem. ix. q. iij. exemerit dictum monaſteriū a ſubie-
ctione epiſcopi: abbatis: ⁊ cuiuſcunqꝫ alterius perſone: quod cū po-
tuiſſet facere in dubium minime reuocandū eſt: vt in. c. ſi papa. de pri
uileg. lib. vj. facit. c. ij. ⁊ c. dudum. ⁊ c. ꝙuis. de preben. eo. li. ergo non
poteſt monaſterium ſancte crucis aliquam ſubiectionē in dicto mo-
naſterio pretendere. Si enim preiudicat̄ ep̄o cuius ptās eſt ordinaria
⁊ plenaria ſupra monaſteria. xviij. q. ij. monaſteria. ⁊ c. abbates. ⁊ c. ſi
quis abbas. ⁊ de relig. domi. c. cum dilectus. ⁊ c. venerabilis. cū ſimi.
fortius debet preiudicari abbati ſancte crucis pretendēti aliqualem
ſuperioritatem ex inſtitutione dicti monaſterij dūtaxat. dictus enim
abbas ſolum pretendere poterat quatuor ſcilicet confirmationē ab-
batis: item reuerentiam ⁊ obedientiam ⁊ certum annuū cēſum. Hec
enim quatuor dūtaxat reſeruauit patronus tēpore fundationis ab-
bati monaſterij ſancte crucis. faciliꝰ ergo debēt tolli iſta que ſunt te-
nuiora ⁊ de iure ſpeciali ꝯtra ius cōmune ꝙ̄ poteſtas epiſcopi que or
dinaria eſt ⁊ fauorabilis ⁊ ſuꝑ plena ſubiectione fundata ſed nulli du
bium eſt quod epiſcopo preiudicat̄. d. c. ſi papa. ⁊ c. j. de priuile. lib. vj.
⁊. xvj. q. j. qꝛ frater. multomagis debet preiudicare abbati. ar. in. c. dile
ctus. de offi. leg. nec poteſt allegari ſurreptio cum de abbate non fue
rit facta in priuilegio ſpālis mentio que non poterat verificari niſi
in iure ſpeciali: cū de iure communi vnū monaſteriū non ſit ſub alio:
vt in. d. c. monaſteria. ⁊ not. in. c. p̄ſentia. de probatio. Secundo adiu-
uat vnio nouiter facta per do. papam Martinū hodiernū in eo qd̄
illud monaſterium vniuit fratribus ciſterciēſibus ſubtrahēdo digni
tatem abbatialē quod indubitanter facere potuit: vt in. c. ſicut. de cō
ceſſio. prebē. ⁊ in. c. ⁊ tēporis qualitas. xv. q. j. preſertim cū fuerit facta
poſt dictū priuilegiū ⁊ poſt iura preſcripta cōtra monaſteriū ſancte
crucis. preſcriptio enim omnem actionem excludit: vt dicit text. in. c.
aures. de preſcri. non ergo fuit opus mētionem facere de monaſterio
ſancte crucis cum ipſius ius iam ſublatum erat per priuilegiū Alexā
dri. ⁊ per preſcriptionem quadragenariam. ¶ Sed his non obſtanti-
bus contrariam ſententiā puto p̄ualere. vt ſcʒ per priuilegiū Alexā-
dri ſeu vnionis facte ꝑ dn̄m Martinū nullū preiudiciū fuerit irroga
1 tum iuri monaſterij ſancte crucis. Moueor primo, † qꝛ de intētione
principis eſt nunꝙ̄ preiudicare tertio: niſi de eo ſpecialem faciat men-
tionē. vt in. c. ſuper eo. de offi. deleg. ⁊ l. ij. §. ſi quis a principe. ff. ne qd
in loco publico. preſertim cū derogatur inſtitutioni beneficij ⁊ diſpo
ſitioni laici ne laici ꝑ hoc ſubtrahant̄ a fundatione eccleſiarū. ad hoc
gl. notabilis in cle. per literas. de prebē. ⁊ qd̄ no. doc. in. c. cū dilectus.
de iurepa. ſed in caſu noſtro nō fuit facta ſpecialis mentio de iuribus
competētibus monaſterio ſancte crucis: ergo talia priuilegia nō ob-
tinent firmitatē in preiudiciū illius monaſterij. Nec obſtat ꝙ in pri-
uilegio Alexādri ſeu gregorij fuit dictū vt nulli abbati ſubiaceat ⁊c.
qꝛ iſta non eſt ſufficiens mentio: vt p̄iudicet̄ iuri monaſterij: qꝛ mētio
debet eſſe ſpecialis ⁊ nō ita generalis: vt in. c. ij. de dolo ⁊ ꝯtu. ⁊ ꝙ ibi
no. per docto. in. c. cū dilecta. de reſcrip. ⁊ bonus tex. in. c. bone. de cō-
fir. vti. preſertim in caſu noſtro erat fienda ſpecialis mētio in quo illa
iura que erant debita monaſterio ſancte crucis erāt exprimēda in in-
ſtitutione monaſterij per diſpoſitionem laici patroni. nā papa ꝑ ſuū
priuilegiū nō intēdit preiudicare inſtitutioni beneficij niſi hoc aperte
exprimat: vt in. c. cū dilectus. de cōſue. facit. c. cōſtitutus. de reſcript.
preſertim cōtra diſpoſitionē laici patroni. vt no. in. d. cle. per literas.
⁊ c. cum dilectus. de iurepa. facit optime. c. monaſterium. xvj. q. ij. ⁊ c.
elutherius. xviij. qō. ij. potuit enim papa in ſuo priuilegio intelligere
de abbatibus qui incertis regionibus vnitis vocant̄ pater abbas cui
modicū preiudiciū irrogatur. vnde non debemus preſumere rationi-
bus predictis papā intellexiſſe per verba illa generalia de ſpeciali di-
ſpoſitione patroni. Ad idē bonus tex. in. c. ex multiplici. de decimis.
vbi ptʒ quod priuilegium nō preiudicat compoſitioni prius facte de
illa ſpeciali mentione non facta. in. c. cū olim. de preſcript. vbi priuile
gium nō preiudicat laudo lato ex compromiſſo. fortius nō dʒ preiu-
dicare inſtitutioni beneficij ſeu monaſterij de illa ſpeciali mentione
non habita. Secūdo facit. c. veniēs. de preſcrip. vbi tex. notabilis in-
nuit ꝙ ſi princeps conceſſit alicui priuilegium cum aliqua reſeruatio
ne iuris alterius non valet priuilegiū eodē modo conceſſum ſuꝑ illis
iuribus ſine aliqua reſeruatione iuris alterius prius facta de illa non
habita intentione: quia ſi papa ſciuiſſet illā reſeruationē nō ꝯceſſiſſet
forte ſine illa. vt ibi no. deciditur. ergo idem ⁊ fortius dicendū in caſu
noſtro quod ſi papa ſciuiſſet qd̄ illa quatuor iura fuiſſent reſeruata ꝑ
patronum monaſterio ſancte crucis nūꝙ̄ cōceſſiſſet illam plenam ex
ceptionem ſine illorum iuriū reſeruatione quin ſalteʒ de illis feciſſet
mentionem. preſertim cum potuiſſet concedi exemptio cum illorum
iurium reſeruatione. qꝛ illa iura non indicant plenam ſubiectionē vt
clare innuitur in. c. his que. de maio. ⁊ obed. ⁊ c. cum inter. de re indi.
vbi numerantur multa iura inferentia plenam ſubiectioneʒ. ⁊ inter il
la enumerantur obedientia ⁊ reuerentia tanꝙ̄ ſpecies. ¶ Tertio ad
2 ducitur. c. j. de conſti. lib. vj. vbi dicitur † ꝙ papa per ſuam conſtitutio
nem non cenſetur velle tollere ſtatuta ⁊ conſuetudines cū in facto cō
ſiſtant niſi ex eis fecerit mentionem ergo fortius idē dicendum in pri
uilegio quod nō emanat cum tanta moderatione ſicut ius ꝯmune: vt
ibi no. non ergo debet tollit ſtatutū ⁊ ordinamentū ſuū factū in inſti
tutione monaſterij per priuilegiuʒ pape ex quo de illo non fuit facta
ſpecialis mētio. Quarto facit qꝛ Gregorius ſeu Alexāder noluit ſim
pliciter derogare iuri monaſterij ſancte crucis. ſed dixit ꝙ per hoc p̄-
uilegium exemptionis non deberet recedere a charitate ſancte crucis
prout in alio priuilegio dixerat. vnde credēdū eſt ꝙ per illa verba vo
luit reſeruare omnia iura competentia monaſterio ſancte crucis. non
enim ſeruaret illi charitatem ſi vellet ſibi ſubtrahere cenſum ab anti
quo impoſitū vel alia iura ſibi reſeruata. vt in. d. c. eleutherius. facit
c. quāto. de cenſi. Charitas em̄ eſt recta volūtas ab omnibꝰ terrenis
prorſus aduerſa ⁊c. vt in. c. charitas. de pe. di. ij. ⁊ ī iſtis eſt ſiēda larga
interpretatio vt nō preiudicetur iuri alterius ſine cauſa. iuxta no. per
Bar. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. ⁊ iu. ⁊ l. nō dubium. C. de legi. facit
c. cū dilectus. de cōſue. ⁊ l. ij. C. de noxa. ¶ Hoc idem ⁊ clarius in pro
3 poſito noſtro voluit Inno. in. c. dudū. de priuilegijs. vbi dixit † ꝙ oīa
priuilegia preiudicialia ſtricte interpretanda ſunt ⁊ quātuʒ pōt ad iu
ris ordinē reducenda. ff. de vul. ⁊ pupil. l. ex facto. ⁊ de deci. ſuggeſtū.
Et idem dicit in p̄uilegio exemptiōis: quare ibi poſt multa cōcludit
quod non valet priuilegium exēptionis non facta mētione de poſſeſ-
ſione alterius bona fide habita: licet in veritate nō habeat ꝓprietatē
⁊ idem firmauit gl. in. c. ij. de deci. lib. vj. fortius ergo dicendum in ca-
ſu noſtro ꝙ non valet priuilegium non facta mētione de poſſeſſione
ſeu ꝓprietate monaſterij ſancte crucis. Et idem dicendū eſt ꝑ omnia
quo ad vnionem nouiter factam per dn̄m Martinū. nam cū de predi
ctis nō fecerit ſpālē mētionē nō tenuit cū ꝑ illam p̄iudicaretur mona
ſterio ſancte crucis reſpectu cōfirmatiōis abbatis cū ꝑ illam vnionē
ſit adempta ⁊ ſuppreſſa dignitas abbatialis. Nō obſtat ꝙ. ſ. dictum
fuit de p̄ſcriptione: qꝛ ſtatim reſpōdet̄ in ſcd̄o ⁊ tertio dubio. Et hec
quo ad primū dubiū que puto veriſſima ⁊ indubitata: ⁊ ſatis patet
reſpōſio ad contraria ſupra formata. ¶ Ad ſecundū dubiū an ſaltem
quadraginta annorū p̄ſcriptio p̄iudicet dicto monaſterio ſancte cru
cis cū intra illud tempus nullam electionis de abbate factam confir
mationē fecerit: nec ſenſum receperit: nec obedientiā ſeu reuerentiaʒ
habuerit. ⁊ videtur ꝙ ſic. nā regulariter cōtra eccleſiā citra romanaʒ
ſufficit p̄ſcriptio quadraginta annorū cū bona fide: vt in. d. c. de quar
ta. ⁊ c. illud. de p̄ſcri. nec requirit̄ titulus cū ius cōmune nō ſit cōtra
p̄ſcribentē. vt no. in. c. j. eo. tit. lib. vj. ⁊ p̄ſcriptio quadraginta annorū
omnē prorſus actionem excludit: vt dicit tex. in. d. c. ad aures. de p̄ſc.
¶ Sed his nō obſtātibus puto in caſu noſtro ſic dicēdū. qd̄ reſpectu
iuris cōfirmādi abbateʒ in monaſterio ſancti Bartholomei nulla p̄-
ſcriptio ꝯcurrerit ꝯtra monaſterium ſancte crucis. ratio incōuincibi
lis eſt: qꝛ ꝓpter reſeruationē factā de eccleſijs collegiatis p̄ſertim de
cathedralibꝰ ⁊ monaſterijs ꝑ multos romanos pontifices ſucceſſiue
non potuit abbas ſancte crucis ꝓ tempore exiſtēs ius ſibi in hoc cō-
petens exercere. vn̄ cū fuerit impeditus impedimēto iuris nulla cur-
rit cōtra eū p̄ſcriptio. l. j. C. de anna. exce. ⁊ l. in rebꝰ. C. de iure do. vbi
ptʒ ꝙ durante patria poteſtate non currit ꝯtra filiū p̄ſcriptio in re-
bus aduentitijs: qꝛ nō potuit illo tempore agere cū plena illarū rerū
adminiſtratio ꝑueniat ad patrē, vt in. d. l. j. Nec conſtante matrimo-
nio currit p̄ſcriptio in rebus dotalibus cōtra vxorem: qꝛ non poteſt
agere cū plena adminiſtratio pertineat ad maritum: vt. d. l. in rebꝰ. et
l. doce ancillam. C. de rei ven. ad idem. c. j. ⁊ c. de quarta. de preſcr. ⁊ c.
ex tranſmiſſa. eod. ti. ⁊ c. qꝛ diuerſitatē. de cōceſ. preben. ¶ In quibus
iuribus patet ꝙ eccleſie vacanti vel habenti p̄latū inutilem ad agen
dum non currit p̄ſcriptio: ſed in caſu noſtro abbas ſancte crucis ꝓ tē
pore exiſtens fuit impeditus quo ad actū ꝯfirmatiōis: ergo non cur-
rit cōtra eum p̄ſcriptio. remāſit ergo hoc ius in habitu apud eū licet
interdictum ſit exercitium ad beneplacitum pape per reſeruationis
actum. nec papa exercendo hoc ius confirmationis dicitur p̄ſcribe-
re etiam ſi ꝑ mille annos hoc faceret cū hoc faciat ex poteſtatis ple-
nitudine: ⁊ hoc caſu poteſt intelligi dictum Spe. in titu. de preſcrip.
verſi. illud. dū dicit papā nō p̄ſcribere cōtra eccleſias inferiores cum
4 ipſe iam ſine preſcriptiōe ſit vniuerſalis dominus. † Preterea in pre
ſcriptione requiritur bona fides vt ſic credat illud ius ad eū pertine-
re ita

re ita qḋ exerceat credēs vti iure ſuo.vt in.c.ſi virgo.xxxiiij.q.ij.facit
l.ſi.ff.quēadmodū ſerui.amit.no.Inn.in.c.bone.ij.de poſtu.ꝑla.ſꝫ do
minus papa actū ꝯfirmationis exercuit ꝛ exercet nō de poteſtate or-
dinata:ſꝫ abſoluta ꝑ reſeruatiōis actū.ꝛ ſic ꝙ de iure cōi ꝛ poteſtate
ordinata hoc ius pertinet ad inferiorē:licet ipſe poſſit concurrere in
cōfirmationis actu cū ordinario:vt in.c.ſi a ſede.de ꝑbē.li.vj.ergo nō
poteſt hic allegari preſcriptio ex perſona pape cōtra abbatem ſancte
crucis:qui nō deprehendiṫ in negligentia cum habuerit manus liga-
tas per reſeruationes ſummorum pontificum:vt in iuribus ſuperius
5 alleg.†Preſcriptio enim eſt inducta principaliter in odiū negligen-
tium:vt in.l.j.ff.de vſuc.ꝛ.xvj.q.iij.§.poteſt.Et in caſu noſtro nulla
reperiṫ negligētia ex parte abbatis ſancte crucis.Nec obſt.ſi dicaṫ qḋ
fuit negligēs in alijs:qꝛ per hoc preſcriptio non debet extendi ad iu-
ra in quibus nulla fuit cōmiſſa negligētia qꝛ ꝑſcriptio eſt ſtricti iuris
ꝛ tantū preſcribiṫ quantū poſſideṫ:vt ꝓbaṫ in.c.auditis.ꝛ.c.cū olim.
de ꝑſc.ꝛ.c.cū ꝯtingat.de deci.no.Bar.in.l.j.§.ſi qs.ff.de iti.actuqꝫ pri
ua.ꝛ Inn.in.c.dilectus.de capel.mo.ergo neceſſario concludiṫ quod
vnio facta ꝑ dñm noſtrum Martinum ſupprimēdo dignitatē abba-
tie:nulla mentione facta de iure cōfirmandi pertinente ad abbatem
ſancte crucis fuit tāꝙ ſurreptitia ipō iure nulla:qꝛ ſi fuiſſet informa-
tus quod talis vnio redūdabit in preiudicium monaſterij ſancte cru
cis nullo modo vnionē feciſſet vel ſaltē nō ita de facili:ergo talis ſup
preſſio habuit inducere ſurreptionē:vt in.c.poſtulaſti.ꝛ quod ibi no.
Hoſtiē.de reſcrip.quod dico procedere etiam ſi papa vnionem motu
proprio feciſſet:qꝛ motus proprius lꝫ excludat ſurreptionē nō tamē
firmat gratiam contra intentionē ſcribentis qui in dubio nō videtur
velle ꝑiudicare tertio.vt no.Io.an.in.c.ſi quis motu proprio.de pre
ben.lib.vj.ꝛ Cal.in.c.cū dilectus.de iurepatr.ꝛ do.de Rot.deciſi.cij.
facit.l.ij.§.ſi quis a principe.ff.ne quid in loco publico.ꝛ qḋ no.Inn.
in.c.dudum.de priuile.ꝛ gl.in.c.ij.de deci.lib.vj.quinimo poſſit atten
tari qḋ etiaꝫ reſpectu obediētie nulla curreret preſcriptio:qꝛ licet po
tuerit abbas ſancte crucis aliqua honeſta ꝑcipere ꝑſertim mores re-
formādo abbatis ſancti Bartholomei:non tñ per hoc concludiṫ qḋ
ſi non preceperit cucurrerit preſcriptio cōtra eū,cū iſte ſit actus me-
re facultatis ꝛ non neceſſitatis.nō eñ fuit in inſtitutiōe dictū vt ab-
bas ſancte crucis exerceat cōtra abbatē ſancti Bartholomei iuriſdi-
tionē:ſed quod tenereṫ abbas ſancti Bartholomei ad obedientiam
ꝛ reuerētiam abbati ſancte crucis.Si ergo iſte nō obediuit:qꝛ ille nō
precepit nō per hoc eſt cōtra eum preſcriptū,qꝛ ex non vſu non indu
citur cōſuetudo vel reſcripto ex quo non habet tacitū actum contra
diſpōnem iuris:vt no.per Io.an.in.c.Ioānes.de cleri.coniug.ꝛ per
Cyn.in.l.ij.C.que ſit lon.cōſue.ꝓbatur in.l.hec autē iura.ff.de ſeruit.
vrba.predio.ꝛ in.l.altius.C.de ſerui.ꝛ aqua.Si enim habeo facultatē
alterius tollēdi in ſolo meo vſqꝫ ad celum nō ꝑſcribitur contra ius ſi
altius nō extuli:ex quo nihil factum eſt in cōtrarium:qꝛ iſte eſt actus
mere facultatis.ꝛ in actib⁹ mere facultatis nō currit ꝑ non vſum ꝑ-
ſcriptio vt notaṫ in iuribus preallег.ꝛ in.c.ex parte aſtenſis.de ꝯceſ.
prebē.ꝛ forte nō currit caſus in quo haberet neceſſe precipere.ar.eo-
rum que no.Bar.in.l.cū ſcimus.C.de agri.ꝛ cenſi.lib.xj.Reſpectu ve
ro reuerētie eſſet animaduertendū an ſubtraxerit abbas ſancti Bar-
tholomei reuerētiā abbati ſancte crucis quod difficile eſſet probare.
nā illa cōſiſtit in ſaluationis actu vel ꝑaliū modū ꝑ quem fit reueren
tia ſm morem patrie,iuxta no.in.c.his que.de maio.ꝛ obe.Tota dif
ficultas ſtat circa cenſuꝫ nō ſolutū quod an ſit ꝯpleta ꝑſcriptio qua-
draginta annorum multa debent conſiderari ꝛ nō ſolus trāſcurſus
annoꝝ.multa enim impediūt preſcriptionis curſum vt vacatio mo-
naſterij ſancte crucis.nā tempus vacatiōis debet ſubduci de medio.
vt in.c.j.ꝛ in.c.de quarta.ꝛ.c.auditis.de preſcr.que iura habēt locum
in eccleſijs etiam inferioribus.vt not.Inn.in.c.olim primo.de reſtit.
ſpol.Item tempore guerre nō currit preſcriptio quādo tanta eſt in
loco hoſtilitas ꝙ ius nō redditur:vt in.c.ex tranſmiſſa.de preſcript.ꝛ
quod ibi no.Inn.Item tempore mortalitatis,qꝛ illa eſt dei hoſtili-
tas,vt no.Bar.in.l.naturaliter.ff.de vſucap.Item tempore ſchiſma
tis,vt in.c.cum nobis.de preſcri.Intelligo ſi erant diuerſe obediētie
ꝛ ius non reddebatur cui contra alteram,iuxta no.in.d.c.tranſmiſſa.
Omnia enim iſta tempora debent de tempore preſcriptionis ſubdu-
ci,ꝛ ſi non remaneat illis ſubductis tempus quadraginta annorum
habet monaſterium ſancte crucis fundatā intētionē ſuā:vt in.c.audi
tis.de preſcrip.Si vero preſcriptio remaneret completa debet aduer
tere an monaſteriū ſancti Bartholomei fuerit in bona fide in nō ſol
uendo cenſum.nam mala fides ꝓbatur ſi erat fama in loco quod de-
bebat dare cenſum monaſterio ſancte crucis,vel apparebat ꝑ aliquā
ſcripturam exiſtentem in eorū monaſterio:vel quod audiuerint ab
aliqua perſona cui veroſimiliter credere debuerūt.per hoc enim ꝛ ſi-
milia probatur mala fides:vt no.Bart.in.l.celſus.ff.de vſuca.ꝛ ſi po-
teſt de his conſtare impeditur preſcriptio per.c.ſi.de preſcri.ꝛ regula
poſſeſſor malefidei.de reg.iur.lib.vj. Si autē non poteſt probari ita
qḋ remaneat inconcuſſa preſcriptio quadraginta annorum.Tūc eſt
recurrendum ad tertium ꝛ vltimum dubium nūquid poſſit monaſte
riuꝫ ſancte crucis ſe tueri preſcriptione centenaria vigore priuilegio

rum Federici ꝛ Henrici imperatorū poſtea approbatorū per papam
Honoriū quartū.videṫ primo ꝙ nō qꝛ imperatores nō potuerūt pri
uilegiare monaſteriū in preiudiciū fori eccleſiaſtici:vt not.Inno.in
c.nuper.de teſti.cū ergo iure canonico cautū ſit vt vna eccleſia poſſit
ſe tueri ꝑſcriptione quadraginta annorū contra aliā eccleſiā:vt in.c.
de quarta.ꝛ.c.ad aures.de preſcrip.ergo nō dꝫ prodeſſe priuilegium
imperatorum.facit.c.dudū.de deci.ꝛ.c.eccleſia ſancte Marie.de cō-
ſti.ꝛ.xcvj.diſt.bene quidē.nec obſtat approbatio Honorij pape mul-
tiplici ratione.Primo qꝛ cōfirmatio in forma cōi facta parū ꝓdeſt:
vnde non validat actū nullum,vt legi.ꝛ no.in.c.qꝛ diuerſitatem.de
conceſ.preben.ꝛ.c.ſi.de cōfir.vti.Diciṫ autē facta in forma cōmuni ꝛ
non ex certa ſciētia qñ non inſeritur totus tenor rei confirmate,vel
cū nō apponiṫ clauſula ex certa ſciētia,vel aliter nō appareat de certa
ſciētia rei confirmate,iuxta not.in.c.j.ꝛ antep.ꝛ penul.de confir.vti.
Sed in caſu noſtro non apponitur tenor in confirmatione illorū pri-
6 uilegiorū.nec clauſula ex certa ſciētia.ergo ꝛc.†Preterea priuilegiū
imperatorū valet quo ad ſuos ſubditos.vt.l.cunctos populos.C.de
ſum.tri.facit ꝙ leg.ꝛ no.in.l.ſi.ff.de iur.om iud.ꝛ.c.a nobis.de ſen.ex
cō.ergo cōfirmatio vꝫ ſolum quo ad ſubditos.Sed his non obſtan-
tibus cōtrariū arbitror de iure procedere.Moueor principaliter qꝛ
dñs papa in ſuo priuilegio nō fuit vſus verbo cōfirmamus:ꝛ ſic non
poteſt dici quod fuerit confirmatio in forma ꝯmuni:ſꝫ vſus fuit ver-
bo ſancimus:per qḋ verbum non induciṫ confirmatio,ſed potius le-
gis noue editio.arg.in.c.generali.de ele.lib.vj.nam ſanctio eſt nomē
cōſtitutionis canonice:vt no.gio.iiij.diſt.in ſum.ſic dicimus de v̄bo
cēſemus qḋ eſt noui iuris inductoriuꝫ.vt not.gl.in cle.j.de cōceſ.ꝑb.
ꝛ in verbo cēſemus.vnde pōderāda ſunt hec verba imperatorū ꝛ pa-
pe.Imperator enim ſimpliciter decreuit vt nulla preſcriptio minor
centenaria curreret contra monaſterium ſancte crucis:nec reſtrinxit
ſe ad perſonas ſeculares vel eccleſiaſticas. Honorius vero ſuperue-
niens ſic inquit.Preterea omnes libertates ꝛ immunitates a bone
memorie Federico ꝛ Henrico imperatoribus vobis ꝛ ordini veſtro
cōceſſas ꝛ ratas ꝛ gratas habem⁹:ꝛ eas futuris tēporibus illibatas
manere ſancimus ꝛc.que verba clarius luce demōſtrāt ꝙ Honorius
ſimpliciter in forma cōi voluit ꝯfirmare:imo principaliter diſpoſuit
legem priuatā edendo.nam qḋ principi placuit legis habet vigorem.
inſti.de iu.na.gen.ꝛ ciui.§.ſed qḋ principi.ꝛ omnia noſtra facimus
quibus autoritatem noſtram impartimur.vt in.l.j.C.de vete.iu.enu.
ꝛ bonus tex.in ſimili in.c.ſi apoſtolice.de prebē.li.vj.vnde potior eſt
7 nunc lex pape ꝙ imperatoris.Preterea videm⁹ † ꝙ ſi lex ciuilis ca-
nonizatur per papā hꝫ canonis vigorē vt in.c.in primis.ꝛ ibi not.gl.
ij.q.j.no.doc.in.c.ij.de preſcrip.fortius ergo debet dictum priuilegiū
imperatoris habere vim canonis cū papa expreſſe ſenſerit vt illa illi-
bata ꝑmaneāt.ꝛ lꝫ non expreſſerint que ſint ille immunitates tamen
ſatis habeṫ ꝓ expreſſis ex quo papa ad illa ꝓuilegia ſe retulit.in.c.au
ditis.de ꝑſcrip.vbi bon⁹ ter.in ſimili.ꝛ in.l.penul.C.de ſentē.que ſine
cer.quāti.ꝛ in.c.cū Bertoldus.de re iudi.hoc idē probatur per opti-
mū ſimile.nā a principio imperator fuit qui dedit priuilegiū eccleſijs
circa materiā preſcriptionis.vt.l.ſi.cū auṫ.quas actiones.C.de ſa.ſan.
eccle.poſtea ſuperuenit ius canonicū illas leges approbauit in gene
re.vt in.c.cum nobis.de preſcrip.ꝛ per hanc approbationē habuerūt
vigorē etiā quo ad forū eccleſiaſticū ꝛ inter eccleſias.Et ꝓ hoc tolliṫ
vnū motiuū qḋ allegatur contra monaſteriū ſancte crucis vꝫ ꝙ ap-
probatio pape non debet habere locū contra ipſum papā preſcriben
tem.nā primo poteſt de directo negari qḋ hic papa preſcripſerit.naꝫ
ſubtractio cēſus preſcribiṫ per monaſteriū ſancti Bartholomei ꝛ nō
per papā.vnde preſuppoſito ꝙ eccleſia ſancti Bartolomei eſſet ex-
ēpta tñ in ſuis iuribus maxime cū agitur de ꝑſcriptiōe annua nō gau
det priuilegio romane eccle:vt no.gl.in.c.dilectus.de capel.mo.in.c.
ad audiētiā.de ꝑſcri.ꝛ ꝑ doc.in.c.cū nobis.eo.tit.ꝛ.xvj.q.iiij.volum⁹.
Itē preſuppoſito ꝛ nō ꝯceſſo vt hic papa ꝑſcripſiſſet attamē priuile-
gium per eū cōceſſuꝫ dꝫ habere locū indiſtincte ex quo gñaliter con-
ceſſit.nā priuilegia largiſſimā interpretationē recepit cōtra priuile-
giantem:vt not.Bar.in.l.beneficium.ff.de cōſtit.prin.ꝛ Innoc.in.c.
cū dilectus.de dona.ꝛ in.c.olim.de ver.ſigni.per Ioā.and.facit.c.cū
dilectus.de cōſue.pro hoc illud ſapientis.Patere legem quā tu ipſe
tuleris.Et qḋ quiſqꝫ iuris in alterū ſtatuit ipſe debet vti eo.vt in.c.
cū omnes.de cōſti.hoc apperte ſenſit do.Ant.in.c.cū nobis.de ꝑſcri.
vbi voluit qḋ papa poteſt preſcribere ꝯtra eccleſiam inferiorem ſpa
tio quadraginta annorū:ꝛ tamen illud tēpus quadraginta annorū
habet eccleſia ex priuilegio iure ſpeciali per papā approbato ſeu indu
cto:ergo idem dicendū in iſto priuilegio centum annorum hoc tenē-
dum habito reſpectu quod preſcriptio eſt odioſa ꝛ reſtrin-
genda:vt in.c.cū contingat.de deci.cū ſimilibus.Et hec ſufficiāt nec
oportet aliter ad cōtraria reſpondere qꝛ ſatis remanent per predicta
ſoluta ꝛ clara. Nico.Abbas.

¶Conſilium.lviij.

1 ¶Fideicommiſſum relictū ab herede ſi ſine liberis deceſſerit non
debetur ſi deceſſit relicto nepote quem ex filia ſuſceperat.

2 Subſtitutio directa facta ꝑ nomē collectiuū inſtitutis duob⁹ filijs

impuberibus videlicet ſi vterqꝫ deceſſerit in pupillari etate talis ſit heres. vno decedente in pupillari etate alter eſt ſubſtitutus.

3 Voluntas diſponentis ſiue expreſſa vel tacita cõiecturata debet attendi in vltimis voluntatibus cuiuſcunqꝫ qualitatis ſint: ſiue ſit directa ſubſtitutio ſiue fideicommiſſaria ſiue conditio ſiue teſtamentum vel codicillis.

QUidam Nicolaus ſuum cõdidit teſtamẽtũ in quo quinqꝫ filios ſibi heredes inſtituit pro equali portiõe ⁊ eos adinuicem ſubſtituit. ⁊ ſi omnes morerẽtur ſine filijs legitimis ⁊ naturalibus: tunc eo caſu adueniẽte voluit domũ ſuã cum maſſaritijs deuenire ⁊ eſſe ſuorũ nepotũ carnalium ex fratre: ⁊ dictos ſuos nepotes ſub cõditione predicta ſibi heredes inſtituit ⁊ fecit in dicta domo ⁊ maſſaritijs: deniqꝫ teſtatore mortuo deceſſerũt tres ex dictis filijs heredibus inſtitutis a dicto teſtatore nõ ſupſtitibus ſibi filijs legitimis ⁊ naturalibꝰ: quartꝰ vero deceſſit poſt mortẽ illorũ trium relicto vnico filio Joãnes noĩe. Poſtmodũ morit̃ dictus Joãnes ſuperſtite Nicola dũtaxat filio dicti teſtatoris. Vltimo loco morit̃ dictus Nicola ſine filijs legitimis ⁊ naturalibus cõdito teſtamento in quo extraneos heredes ſibi inſtituit. ¶ Nunc queritur an dicti nepotes ex fratre primi teſtatoris admittãtur ad legatum ſeu ad ſubſtitutionem dicte domus ſaltẽ pro partibꝰ illoꝝ filioꝝ qui ſine filijs legitimis ⁊ naturalibus deceſſerunt. ¶ Et primo altiſſimi omniũ cõditoris poſtulato ſuffragio videtur quod in nullo dicti nepotes debeant admitti, quoniã cum fuerint vocati ſub conditione: ſi omnes decederent ſine liberis ⁊ vnus illorum deceſſit relicto filio legitimo ⁊ naturali: ergo defecta cõditione nõ debẽt ad-
1 mitti: vt. l. ij. C. de condi. inſer. vbi patet † ꝙ fideicõmiſſum relictũ ab herede ſi ſine liberis deceſſerit non debetur ſi deceſſit relicto nepote quam ex filia ſuſceperat. Nec obſt. ſi dicat̃ quod in quibuſdam ex filijs extitit conditio, vnde pro parte illorũ debetur fideicõmiſſum ſeu admitti debet ſubſtitutio, vt in. l. lucius. §. caio. ff. ad trebel. qꝛ illud ꝓcederet qñ cuilibet illorum filiorum fuiſſet facta ſubſtitutio ſeparatim vel fideicõmiſſum relictum in caſu noſtro fuit facta omnibus ſub nomine collectiuo. ſ. ſi oẽs decederẽt ſine filijs. cum ergo vnus habuiſſet filium ⁊ eo ſuperſtite deceſſit, deficit cõditio: qꝛ nõ fuit veꝝ dicere ꝙ omnes deceſſerũt ſine filijs: pro hoc. l. ſi fuerit. ⁊ l. is qui ducẽta. ff. de reb. dub. Nam conditio debet adimpleri in forma ſpecifica. vt in. l. cui fundus. ⁊ l. qui heredi. ff. de condi. ⁊ demonſt. c. ad noſtram. el. j. de iureiur. Secũdo principaliter pro iſta parte videtur text. in. l. pen. C. de impub. ⁊ alijs ſubſti. vbi dicitur ꝙ quidã duobus impuberibus filijs ſuis heredibus inſtitutis adiecit ſi vterqꝫ impubes deceſſerit illũ ſibi eſſe heredẽ. demũ alter dũtaxat deceſſerat in pupillari etate querebatur an in partem iſtius debeat ſubſtitutus admitti: ⁊ decidit̃ ibi qđ non: qꝛ cum ſubſtitutio fuit facta ſub nomine collectiuo, ſcilicet ſi vterqꝫ decederet in pupillari etate non extitit cõditio altero dũtaxat in pupillari etate decedẽte. Et pro iſta parte poſſent multa allegari: ſed nõ eſt multum inſtandum cum verba pro iſta parte videant̃ clariſſima: ideo fruſtra recurritur ad interpretationẽ: vt in. l. ille aut ille. ⁊ l. non aliter. ff. de leg. iij. ¶ Sed his nõ obſtãtibus que vere caſu noſtro nomine obſtare arbitror. Puto ꝙ iſti nepotes ex fratre debeãt admitti ad totũ ius qđ competebat illi filio vltimo mortuo ſuꝑ dicta domo ⁊ maſſarij. Non autẽ dico quod debeant admitti ad partes illorum qui deceſſerunt primo loco ſine filijs quoniam iſti nepotes non fuerunt ſubſtituti ſimpliciter filijs morientibus ſine liberis. imo filij fuerunt inter ſe adinuicem ſubſtituti ita quod vnus dꝫ ſuccedere alteri vſqꝫ ad vltimum ⁊ ſic in hereditate illorum trium qui primo deceſſerunt ſine filijs ſucceſſerunt pariter duo filij ſuperſtites ex diſpoſitione teſtatoris. nec admittuntur nepotes tertio loco ſubſtituti. vt. d. l. penul. ⁊. c. ſi pater. de teſta. li. vj. quarto vero qui deceſſit relicto filio maſculo nõ potuerunt alio modo ſuccedere illi nepotes nec in parte contingente ex perſona propria: nec in alijs portionibus eis cõtingentibus ex perſonis fratrum mortuorum: qꝛ nedum ipſi excluduntur cum in perſona illius defecerit conditio ſub qua fuerãt vocati. vt in. l. heredes mei. §. cum ita, quinimo dico quod etiã vltimus frater excluditur ab illius ſucceſſiõe: qꝛ licet fuerint adinuicem ſimpliciter ſubſtituti tamen tacite ſubintelligit̃, ſi quis decederet ſine filijs vt eſt tex. notab. ⁊ ſingularis inter coniunctos in. l. cum auus. ff. de condi. ⁊ demon. vbi dicitur quod quidam inſtituit filium ac nepotem ex altero filio. ⁊ adiecit quod ſi nepotes decederent intra vigeſimũ annũ deberent hereditatẽ reſtituere patruo ſuo, demũ deceſſit nepos intra illam etatem liberis relictis: videbatur ꝙ cum in ſubſtitutione nulla fuiſſet facta mentio de filijs quod teneret̃ reſtituere hereditatem patruo ſuo ſ̃m verba teſtatoris. contrarium tamẽ ibi deciditur, dicitur enim quod in euentu liberorum deficit conditio coniectura pietatis quaſi minus fuerit ſcriptũ ꝙ̃ dictum. ⁊ eſt ille tex. vt dixi: ſingularis in eo quod reſtitutio debet fieri non extraneo: ſed filio teſtatoris ⁊ tamen ſubintelligitur ex quo inſtitutus erat nepos ex filio niſi decederet filio relicto, ⁊ per illũ tex. ampliantur multum no. in. l. cũ acutiſſimi. C. de fideicõ. ⁊ l. generaliter. §. cum autem. C. de inſti. ⁊ ſubſti. nã ſolent intelligi illa iura qñ reſtitutio erat fienda extraneo, vt tũc intelligat̃ tacite facta mẽtio de filio inſtituti ſed idẽ eſt vbi inſtitutus ⁊ ſubſtitutus ſunt cõiuncti, ⁊ quilibet habuit portionẽ ſuã, ita dicendũ in propoſito qđ lꝫ filij fuerint inuicem ſubſtituti nulla facta mẽtione de eorũ filijs, tamẽ debuit ſubintelligi niſi alter decederet cũ filijs. d. l. cum auus. Quare concluderem qđ quartus filius qui pro ſua dimidia ſucceſſerat tribus fratribꝰ premortuis ſine filijs iuxta ſubſtitutionem teſtatoris totum ius ſibi cõpetẽs tranſmiſit in filiũ ſuũ ⁊ quo ad ꝑſonã ſuã oĩno deficit conditio ⁊ reſpectu filioꝝ ⁊ reſpectu nepotũ. vt pꝫ ex ꝓdictis. Sed totũ dubiũ remanet reſpectu patris cõpetentis vltimo filio tam ex perſona propria ꝙ̃ ex ꝑſona illorũ triũ fratrũ premortuorũ ſine filijs quibus ſucceſſit ꝓ dimidia iuxta diſpoſitionẽ teſtatoris an illa pars debeat venire ad iſtos nepotes. Et ꝑfecto ſi ille filius fratris viueret ſeu vixiſſet tꝑe mortis iſtius Nicole vltimi res eſſet magis dubia ꝑ no. in. l. quidã teſtamento proculũ. ff. de vul. ⁊ pu. ⁊ l. heredes mei. §. cũ ita. ad treb. ⁊ l. pen. C. de impu. ſed nõ oportet diſputare cũ iam eſſet ꝑmortuus ⁊ ſolus ſupereſſet iſte Nico. qui deceſſit ſine filijs ꝓprijs ⁊ ſine filijs fratrũ ꝑmortuoꝝ. Quo caſu puto vt ſupra dixi qđ ibi nepotes debeãt venire ad totum ius qđ dicto Nicole cõpetebat ſuꝑ illa domo ⁊ maſſaritijs ex ꝑſona ſua ⁊ alioꝝ qbus ſucceſſit, moueor principaliter ꝑ tex. dicte. l. heredes mei. §. cũ ita. vbi videt̃ hoc exꝓſſum. ibi eñ pater inſtituit duos filios ſuos ⁊ adiecit ꝙ ſi vterqꝫ ſine liberis diẽ ſuũ obierit omnẽ hereditatẽ volo ad neptem meam Claudiam peruenire. demũ deceſſit vnus ex filijs cũ liberis reliquus vero deceſſit poſtmodũ ſine liberis. decidit̃ ibi ꝙ neptis Claudia ſubſtituta admittitur ad partẽ illius q deceſſit ſine liberis, ⁊ ſi in partẽ illius in quo extitit conditio lꝫ ſubſtitutio fuiſſet facta per nomen collectiuũ vt ſi vterqꝫ decederet ſine liberis ⁊c. reddit ibi tex. rationẽ qđ hoc admittit̃ nõ ꝓpter verba, qꝛ illa prorſus reſiſtũt qꝛ verũ fuit qđ vterqꝫ nõ deceſſerit ſine liberis, ſꝫ propter volũtatẽ defuncti que ſpectari dꝫ admitti debuit, ita punctualiter cõtingit in caſu nr̃o licet eñ fuiſſet dictũ ſi oẽs deceſſerint ſine liberis ⁊c. tñ ex quo in perſona vltimi extitit cõditio. ⁊ qđ plus eſt nemo remanſerat ex prioribus fratribus. debẽt iſti nepotes admitti nõ ex ſignificato verboꝝ ſꝫ propter preſumptã volũtatẽ teſtatoris. Secũdo hoc videt̃ aperte ꝓbari ex ratiõe. l. penul. C. de impub. ⁊ alijs ſubſti. aliter inducẽdo quã
2 ſupra induxerim. † vbi enim inſtitutis duobus filijs impuberibꝰ fuit facta ſubſtitutio directa per nomen collectiuũ vꝫ ſi vterqꝫ deceſſerit in pupillari etate talis ſit heres: demum ⁊ vno tantũ decedẽte in pupillari etate deciditur ibi ꝙ ſubſtitutus nõ debet admitti in illiꝰ portione propter voluntatẽ ꝓſumptã teſtatoris qꝛ preſumẽdũ eſt patrẽ cogitaſſe ꝑmo decedẽti fratrẽ ſuũ debere ſuccedere, ⁊ ſic ꝙ ꝓpter amorẽ equalẽ eos ſubſtituerit adinucẽ ergo ex ratione tex. que debet attẽdi ad ampliandum vel reſtringendum. d. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij. aperte cõcluditur ꝙ ſi nõ fuiſſet illa preſumpta volũtas teſtatoris que cauſatur ex amore filioꝝ. ar. in. d. l. cuꝫ acutiſſimi. veniſſet ſubſtitutꝰ in portionẽ illiꝰ in quo extitit cõditio, licet in perſona vtriuſqꝫ nõ extiterit ꝙ̃tũcũqꝫ fuiſſet dictũ ſi vterqꝫ ⁊c. ⁊ eſt in hoc ille tex. ſic inductus ſatis notabilis ad caſuꝫ noſtrũ. ⁊ per illũ tex. tollit̃ obiectio q̃ poſſet fieri contra. d. l. heredes mei. videlicet ꝙ illa loquitur in fideicõmiſſaria reſtitutiõe. nã idẽ eſt in directa vbi predicto modo fuit facta ſubſtitutio ꝑ nomẽ collectiuũ: vt ꝓbatur in. d. l. pe. ⁊ expreſſe voluit Bart. in vtroqꝫ loco. ⁊ facit qđ ipſe no. in. l. quidam teſtamẽto proculũ. ff. de vul. ⁊ pup. Preterea in caſu noſtro nõ eſt locus directe ſubſtitutiõi cũ iſte vltimꝰ frater deceſſiſſet poſt pupillarẽ etatem: ⁊ ſubſtitutio fuit facta per verba cõia ⁊ directa iuxta no. in. l. centurio. ff. de vul. ⁊ pup. ⁊. c. ſi pater. de teſt. lib. vj. Nec etiem obſtat ſi dicatur quod in caſu noſtro nõ fuit facta ſubſtitutio per nomen collectiuũ ſicut in. d. c. cũ autẽ. ⁊ in. d. l. pe. qꝛ cõtrarium eſt verũ cũ magis ſit collectiuũ verbum omnes ꝙ̃ verbũ vterqꝫ. ⁊ in materia noſtra Bar. illa equiparauit in. d. l. pe. ⁊ in. d. §. cum ita. Nec etiã obſtat ſi dicatur quod in. §. cũ ita. primo teſtator ſingulariter ⁊ diſtributiue dixit. Si quis filiorũ meorũ ſine liberis diẽ ſuũ prior obierit partem ſuã ſuperſtiti fratri reſtituat ⁊c. quia hoc nihil ad rhumbũ. Nã illa ſubſtitutio diſtributiua ⁊ reciproca nõ referatur ad ibi ſubſtitutos ſecũdo loco ſub noĩe collectiuo, ſꝫ ad ipſos fratres primo inſtitutos. Et ita pũctualiter cõtingit in facto noſtro. teſtator enim hic primo inſtituit filios demũ eos ſubſtituit ſingulariter inuicẽ ⁊ ſecundo ſeu in loco ipſorũ ſubſtituit iſtos nepotes ſub noĩe collectiuo ita qđ nõ video qđ caſus habeat in hoc aliquã dubitatiõnẽ: ⁊ clariſſime fir-
3 mat Barto. in dictis locis. ¶ Tertio principaliter probatur ſic. † in vltimis voluntatibꝰ cuiuſcũqꝫ qualitatis ſint ſiue ſit directa ſubſtitutio ſiue fideicõmiſſaria ſiue cõditio ſiue teſtamẽtũ vel codicillꝰ debet primo loco attẽdi volũtas diſponẽtis expreſſa vel tacita ſeu cõiectura. vt. l. in conditionibus. ff. de cond. ⁊ demon. ⁊ l. non aliter. de leg. iij. ⁊ l. cũ acutiſſimi. C. de fideicõ. ⁊ l. generaliter. C. de inſti. ⁊ ſubſti. ⁊ d. l. pe. C. de impu. ⁊ alijs ſubſti. ⁊ d. l. heredes mei. cũ infinitis ſimilibus. adeo quod id quod cõſtat ex cõiecturis dicitur euidẽs. vt. l. licet imperator. ff. de leg. primo. Et ex ratione naturali poſſumꝰ cõiecturare volũtatẽ defuncti, vt in iuribus preallegatis. ⁊ facit. l. ſcire oportet.

oportet.§.ſufficit.ff.de excu.tuto.⁊ qđ notat Cyn.in.l.nō dubiū.C. de legi.⁊ Bal.in.l.maximū vitium.C.de lib.pret.Sed pro deo videamus in caſu noſtro q̄ fuit prima teſtatoris volūtas.voluit enim ⁊ indubitanter prediligere filios proprios ⁊ nepotes ex filijs:ſed eis deficiētib⁹ noluit dare filijs ſuis liberā facultatē diſponēdi de illa domo ſed voluit preferre nepotes ex fratre:⁊ forte ellā fecit propter ſui memoriā:ne domus propria perueniret ad homines alterius cognationis.ſed cū in caſu noſtro tempore vltimi moriētis nullus extaret de filijs vel nepotib⁹ ex eis.quid ergo habet obſtare ne iſti nepotes admittātur ſaltem pro iure cōpetenti iſti vltimo in quo fuit purificata cōditio,pfecto nihil niſi inanis ⁊ nud⁹ verborū ſonus de quo nō curauit iuriſcōſultus.in.d.l.heredes mei.nec in.d.l.lucius.§.caio.nec in d.l.penul.⁊ merito ne preualeant verba intentioni cum nō intētio verbis ſed verba habent deſeruire intentioni.vt dicit tex.in.c.ſecūdo requiris.de appell.Preterea ⁊ quarto vbi eſt eadem ratio in parte quo ad partem que eſt in toto quo ad totū valet arg.de toto ad parteȝ.l. que de tota.ff.de peti.he.⁊ in.l.an pars.ff.pro derelic.⁊.c.paſtoralis.⁊ §.item cū totū.ff.de offi.del.Sed ſi omnes fi.ſ teſtatoris deceſſiſſent ſine liberis iſti nepotes ex fratre vocantur inſolidum ad illā ſubſtitutionē,ergo in parte iſtius qui in parte deceſſit ſine alijs fratribus primo loco ſubſtitutis ⁊ ſine liberis ex fratribus debent vocari iſti nepotes cum in parte iſti⁹ nulla appareat ratio quare iſti nepotes nō debeant admitti.nō enim in perſona ſua concurrit fauor liberorum fratrū premortuorū cuȝ nullus eſſet ſuperſtes tempore mortis iſti⁹ Nicole:limitatur ergo prima voluntas teſtatoris in eo qđ voluit nepotes ex fratre preferre nudo iudicio filiorū ſuorū.Et per predicta ſane patet reſponſum ad contraria. Nico.Abbas.

¶Caſus conſilij ſequentis.

Quidam dominus Jacobus de Racanato in ſuo vltimo teſtamento inter alia ſic diſpoſuit.Item veniente predicta conditione ſubſtituit altare magnū eccleſie ſctē Marie de platea de Racanato in quadā petia terre vineate ⁊c.quā poſſeſſionē voluit pro dicto altari teneri ⁊ cultiuari ad ppetuū cultū diuinum.⁊ eligi debeat vnus preſbyter ad perpetuū diuinum predictum cultum qui teneatur ⁊ debeat in dicto altari celebrare diuinū officiū prout iuris ſanctio poſtulat ⁊ reqrit pro anima dicti teſtatoris ⁊ ſuorum parentum qui preſbyter ad celebrādū modo predicto debeat eligi per dictū Ser Claudiū ſi tunc viuet.poſt mortē vero Ser Claudij per eius filios ⁊ ſic ſubſequenter perpetuo de filijs in filios ſucceſſiue.Et ſi omnes predicti non vixerint voluit eligi dictus preſbyter p priores fraternitatis ſancte Lucie qui pro tēpore fuerunt. Aduertedum tamē quod pdicta eccleſia ſancte Marie cuius altare fuit ſubſtitutum eſt monaſteriū ordinis beati Silueſtri ſeu mōtis Sani qđ monaſterium regitur per priores ⁊ monachos conuētualiter ⁊ monaſtice deputatos per generalē dicti ordinis qui proprie eſt ordo ſancti Benedicti.⁊ eſt monaſterium poſſeſſionibus ⁊ bonis competēter dotatum.Nunc querit de tribus.Primo an dictus Ser Claudius poſſit aſſequi vigore ſupradicti relicti ius patronat⁹.¶Secūdo an poſſit vel debeat eligi:pſentari ⁊ inſtitui ſecularis ſacerdos an monach⁹ dicti monaſterij.¶Tertio quid de dicta poſſeſſiōe debeat conſequi preſentandus ⁊ inſtituendus.

¶Conſilium.lix.

1 ☞ Jus preſentandi habens poteſt quem voluerit preſentare.
2 Jus patronatus in eccleſia acquiritur duntaxat triplici capite.
3 Patronus quis efficitur eccleſiā nouam conſtruendo.

Saluatoris Jeſu Chriſti poſtulato ſuffragio attingā ex ordine.Primum ex cuius deciſione alia dubia pendēt.Et videtur primo quod dictus Ser Claudius ⁊ ſucceſſiue alij de quibus ſupra fit mētio acqſiuerint ius patronatus dicti altaris,qꝛ ex dotatione hoc ius patronat⁹ acqritur.xvj.q.vij.filijs.no.gl.in.c.pie mentis.eadem cauſa.⁊ no. Joan. an.in.c.j.de iurepa.⁊ gl.lxiij.diſtin.in ſumma,ſed dictus do.Jaco.dictū altare maius dotauit.ergo acqſiuit ius patronatus,Nec obſtat quod illud non conſtruxerit:quia dictum.c.filijs loqtur alternatiue ſcilicet conſtruxit vel dotauit ⁊ ſic ſufficit alterā ex illis liberationeȝ exercere:vt in regula ī alternatiuis,de reg.iur.lib.vj.⁊ in.c.inter cetera.de reſcrip.⁊ hec iuris patronatus acquiſitio procedit non ſolū reſpectu eccleſie ꝯſtructe ſeu dotate:ſed etiā reſpectu capelle:vt in cap. nobis.de iurepa.nec refert an in eccleſia ſeculari vel monaſterio illud ius acquiratur:cum ius non diſtingat:ſed generaliter cōtulit priuilegium dotanti vel fundanti ſeu cōſtruenti:vt ex predictis vel eorum altero acquirat hoc ius,vt in.d.c.filijs.de iure patro.per totum:⁊ per hec videtur tollenda illa cōſideratio qđ predicta eccleſia ſancte Marie ſit monachorū monaſteriū.non enim non habet huiuſmodi iuris natiuitatem impedire cum ⁊ ipſum corpus monaſterij poſſit eſſe ſub poteſtate patroni.xvj.q.vij.monaſteriū.⁊ in.d.c.nobis.in principio.⁊ in.c.cum dilectus.de conſue.cum ſimilibus.¶Ex his infertur ad ſe
1 cundū dubiū ✝ quod ſacerdos ſecularis poterit eligi:qꝛ habens ius preſentandi poteſt preſentare quem vult.In hoc enim voluerūt iura ipſi patrono morē gerere dūmō al's ſit idoneus.vt in.c.j.xvj.q.⁊ eadē cauſa.q.vij.decernim⁹.⁊ in.c. paſtoralis. de iu.patro.⁊.c.cū dilectus. eo.tit.quinimo vr̄ qđ ſecularē ⁊ nō monachum eligere debeat qꝛ ad beneficium nō curatū monachus promoueri nō poteſt.vt. in.c.ſuper eo.quod ibi no.de regula.not.plene in.c.qđ dei timore.de ſtatu regu. ¶Sed predictis non obſtantibus que vere caſui noſtro non ob.cōtrariā ſententiā prorſus in caſu preſcripto arbitror veriorem.ſ.quod neqꝫ dictus Ser Claudi⁹:nec filij dicti dn̄i Jaco.vel alij quicūqꝫ ius patronatus ex inſtitutiōe predicta in dicta eccleſia ſancte marie ſeu eius altari maiori adepti ſunt ſeu conſequi valent ad hanc ſententiā ⁊ concluſionem tenendā ex multiplici capite motus ſum.¶Et pri
2 mo ✝ qꝛ ius patronatus in eccleſia acquiritur ex triplici capite duntaxat conſtructione:ſcȝ eccleſie.xvj.q.vij. monaſteriū.eccleſie dotatiōe eadem cauſa ⁊ queſtione filijs vel nepotibus.Et territorij ad eccleſiā fundatam collatione.xviij.q.ij.abbatem.⁊ in.c.ad audiētiam.ij.de eccle.edi.⁊.c.iij.de iurepa.⁊ not.Jo.an.in.c.j.eo.titu.⁊ glo.in.c.pie mētis.xv.q.vij.Hinc eſt qđ ex diuerſo facto poſſunt eiuſdē eccleſie effici tres patroni,vt puta qꝛ vnus dotauit alter dedit fundum vbi eccleſia fuit conſtructa.reliquus ſe vel ſuis expenſis conſtruxit ſeu fabricauit,vt no.Joā.an.in.c.nobis.de iurepatro.facit qđ no.glo.lxiij.diſt. in ſumma.Reliquus autem modus ius patronatus acquirēdi a iure traditus eſt.vnde ſi quis aliquid reliquit vel donauit eccleſie preter cauſas predictas nō efficitur patronus ſed dicitur benefactor.vt no. Jo.and.in.d.c.nobis.facit.c.requiſiſti.de teſta.⁊ quod not.gl.in.c.iij. de iurepa.Sed cum in caſu noſtro dictus dn̄s Jacobus teſtator nec ipſam eccleſiam ſancte Marie:nec eius altare fabricauerit,fundauerit vel dotauerit:ergo nō potuit ius patronatus p ſe vel ſuis acquirere.cōſequētia ⁊ maior patent,minor probatur.clarum eſt enim qđ ipſe non conſtruxit nec fundauit:cū ab olim fuerat fundata nec etiā dotauit eū etiam iamdudū tempore fundationis fuerit dotata nec requirit quod altare maius eccleſie debeat eſſe dotatū,cū ſit pars eccleſie.ſed ſatis eſt ipſam eccleſiam fore dotatam:vt ſatis innuit in.c.nemo.de conſe.diſt.j.⁊ in ca.cum ſicut.de cōſec.eccle.vel alta.quinimo ſi vere ponderent verba teſtatoris nō reliquit dictam petiā terre pro dote:ſed ipſum alter ſimpliciter inſtituit ad perpetuum diuinū cultū:⁊ ſic potius dicitur benefactor q̄ patronus:qđ expreſſius in caſu noſtro voluit Jo.an.in.d.c.j.vbi dicit quod etiā ſi ante fundationem eccleſie quis aliquid dare etiam magnū:non per hoc acquirit patronatū ex quo nō dedit cauſa dotis.In caſu autem noſtro nō ſolū non dedit pro dote:ſed etiam dedit poſt fundationē dotationem:⁊ cōſtructionē eccleſie:ergo minime acquiſiuit ius patronat⁹.Et hec pfecto conſideratio nullum patitur ſcrupulum in contrarium.¶Secundo principaliter moueor qꝛ dicta eccleſia ſancte Marie erat iam cōſtructa ⁊ cōſecrata vna cuȝ altari ſuo maiori.vnde etiam preſuppoſito q̄ dict⁹ dn̄s Jacobus reliquiſſet dictam petiam terre pro dote.non ta
3 men per hoc acquireret ius patronatus in loco iaȝ conſecrato.✝ Efficitur autē quis patronus eccleſiam de nō conſtruendo:qꝛ ſicut pater dedit filiuȝ de nō eſſe ad eſſe:vt no.in dicto.c.j.⁊.d.c.nobis.⁊.d.ca.pie mentis,ita ante rei cōſecrationem efficitur patronus.ſed in loco iam cōſecrato per prius nō poteſt quis effici patronus aliquid dotatiōis loco eidem donando vel ipſuȝ reficiēdo:qꝛ cū ius patronatus ſit quedam ſeruitus in eccleſia religioſa ⁊ loca ſacra ſeruitutē nō recipiunt vt i.l.ſeruitutes.§.fi.ff.de ſeruit.⁊ alibi dicit text.q̄ humani iuris eſſe deſinit ſeruitutem nō recipit vt in.l.caueri.ff.cōmunia predi.Et hāc opinionē in terminis noſtris firmat gl.in.d.c.pie mētis.xvj.q.vij.⁊ ſequunt̄ cōiter doc.⁊ maxime Jnn.ſuper rubr.de iurepa.⁊ Jo.an.in.c. j.eo.tit.Excipit tamē Jnno.vnū caſum ſcilicet,quādo eccleſia iam cōſecrata eſſet ſine dote ⁊ aliquis vellet eam dotare.nā tūc acquirit ius patronatus quia ſpiritualia nō poſſunt eſſe ſine tēporalibus.j.q.ij.ſi quis obiecerit.Quod tamen limitauit Jo.an.in.d.c.j.quādo hoc faceret de cōſenſu dioceſani.quo reſpectu refectionis voluit gl.in.c.ij. eo.titu.tunc enim fauore eccleſie fingitur q̄ actus iſte preceſſerit conſecrationem.arg.c.tanta.qui fil.ſint le.Limitat etiā hoc procedere q̄ñ a conſecrari faciente vel etiam ab ipſo cōſecratore nō poteſt dn̄s haberi,arg.eorū que no.in.d.c.cum ſicut.de conſecra.ecc.vel alta.quaſi in ſubſidium ⁊ non aliter hoc admittatur:ſed cum in caſu noſtro neutrū horū interueniret:qꝛ eccleſia erat dotata.Itē preſuppoſito q̄ nō fuiſſet dotata:tn̄ non fuit dos data cū autoritate dioceſani vt ius patronatus de nouo acquireret̄:ergo ceſſat prorſus iuriſpatronatus acquiſitio,puto enim abſurduȝ q̄ laicus pro ſue libere voluntatis arbitrio relinquendo vnum predium eccleſie iā conſecrate vel ipſius altari maiori ex hoc omnino efficiatur patronus eccleſie vel altaris maioris.vn̄ cuȝ ius patronatus acquirat̄ laicis ex ſola gratia ⁊ tolerātia eccleſie.cū iure communi non ſint huius iuris capaces cū ſit annexuȝ ſpirituali iuxta ea que legunt̄ ⁊ not.in.c.quoniā.de iurepat.⁊ p Jnn. in.c.quod ſicut.de elec.nō eſt huius acquiſitione laxanda facultas:ſȝ reſtringenda.vt in regula odia reſtringi.de reg.iur.lib.vj.⁊ in.l.quod vero contra rationem.ff.de legibus Et hec ſecūda conſideratio etiā nullam patitur contrarietatē.¶Tertio principaliter cōſidero quod

etiā ex alio capite nō potuit iſte acqrere ius patronatus in dicta ec cleſia ſancte Marie. qm̄ nec ex cōſtructiōe: nec ex dotatiōe qs acqui rit ius patronatus niſi hoc faciat de cōſenſu dioceſani. id eſt epi vel habentis ius epiſcopale in loco: vt in caſu noſtro eſt generalis iſtorū fratrū ſancte Marie hoc expreſſe probat̃ in dicto.c.nobis.de iurepa. Satis enim eſſet abſurdum qđ quis pro ſuo libito poſſit eccleſiaȝ de nouo cōſtruere: vel altare de nouo erigere cum ita ſpiritualia nō poſ ſint laici propria autoritate tractare: vt in.c.ij.de iud. ⁊.xvj.q.vij.oēs baſilice. vnde Jo.and.notauit in.d.c.nobis.per illū text. ꝙ non ſuffi cit petere cōſilium dioceſani. imo oportet habere conſenſum ſi tamē nō vellet ſine iuſta cauſa cōſentire poſſet per ſuperiorem cōpelli.arg. c.j.de iure patro. In caſu autem noſtro nō habuit iſte dñs Jac. auto ritatē ſeu cōſenſum dioceſani, ergo ex ſuo ꝓprio facto non potuit ius patronatus pſertim in altari maiori acquirere. ſi enim hoc dixiſſet ge nerali ordinis: forte nullo modo cōſenſiſſet: nec etiam conſentire po tuiſſet cum hoc ſit contra iura predicta. ⁊ hec etiam conſideratio cō cludit. ¶ Quarto capite poteſt ius patronatus excludi: q2 ſi predicta concurrerent in caſu noſtro que in veritate non concurrunt tamē ha bito reſpectu q2 in eccleſia religioſorū nō poteſt beneficiari clericus ſecularis, vt probatur in cauillādo literā in.c.fi.§.prohibemus.de ſta tu reg. vbi dicitur ꝙ etiam abbate ⁊ monachis cōſentientib⁹ nō po teſt cleric⁹ ſecularis beneficiari vt habeat titulū in monaſterio: ergo multofortius nō procedit acquiſitio in caſu noſtro vbi nedum mona chi non cōſenſerunt, ſed etiam penitus cōtradicūt. Et quanqȝ Ho ſti. ibi deſtruendo in veritate literam dicat illud ꝓcedere qñ clericus ſecularis vult eſſe de corpore religioſorū de dādo vocē in capitulo ⁊ ſimilia faciēdo ſicut vnus de collegio. vnde ſecus dicit ſi vellet cleri cus eſſe cōtētus beneficio ſuo ⁊ eccleſiā officiare abſqȝ eo ꝙ ſit de col legio monachorū. Hoc tamē dictū non eſt verū ⁊ proſus repugnat illi litere. nam ibi prohibet̃ ſimpliciter quē recipi ad prebendā in eccle ſia regulari ⁊ reſpectu receptorū diſponit̃ vt nō immiſceāt ſe cetibus monachorū. Si em̄ hoc liceret prout dixit Hoſti. nō reſtrinxiſſet ibi ſe tex. ad receptos eos tolerādo. ſȝ hoc diſpoſuiſſet reſpectu recepto rum ⁊ recipiēdorū. vñ ſenſus litere fuit hic ſi bene pōderetur vt dein ceps nullus reciperet̃ ad pbēdā in eccl'a regulari ſed receptos voluit ibi papa tolerare ne priuarent̃ iure iam queſito cū hac limitatione vt nō immiſceāt ſe cetibus ⁊ congregationi monachorū ſimile.in.c.j.de reli.do.lib.vj. Et hanc opi. ꝯ Hoſt. ſequit̃ do. Ant.in.d.c.fi. ⁊ ſemper legendo tenui ꝯ Hoſt. ſaltē quoad caſum noſtrum vbi monachi reſi ſtunt ⁊ pro hoc vltra alios adduco.c.dudū.xviij.q.ij. vbi dr̃ ꝙ clerici ſeculares nō debēt aliquo modo accedere ad celebrādū in eccleſia re gulari niſi inuitent̃ a monachis ⁊ etiā epiſcopus nō poteſt publice in monaſterio etiā ſibi ſubiecto celebrare monachis inuitis ne per ꝯcur ſum populi monachi qui debent vitā ſolitariā ducere ſcādalizent̃: vt ꝓbat̃ in.c.luminoſo. ⁊.c.ij. ⁊.iij.xviij.q.ij. ad idē facit.xvj.q.j.placuit. ⁊.c.ſi cupis. nec credo ꝙ Hoſt. ꝯdixiſſet huic caſui. ipſe em̄ loquit̃ qñ abbas ⁊ monachi volūt aliquē recipere ad beneficiandū in eorū eccle ſia: ⁊ nos loquimur qñ eis inuitis volunt iſti acquirere ius patronat⁹ in eorū eccl'a pſertim in altari maiori qđ nullo modo fieri poſſe arbi tror: ne acceſſu ſeculari patiantur aliqđ ſcādalū. ⁊ ne eccleſia eorū pa tiatur hanc ſeruitutē. ¶ Concludo ergo ꝙ ex predicta inſtitutiōe nō fuit ius patronatus acquiſitū alicui. ⁊ ex hoc infert̃ ad deciſionē alio rū dubiorū. Dico em̄ ꝙ nemo eſt eligēd⁹ ſeu pſentādus. q2 ſi ceſſet ius patronat⁹ ceſſat omnis effectus qui cauſat̃ ex eo, vt in.c.cū ceſſante. de appel. acquiritur enim illa petia terre eccl'e ſancte Marie ad per petuū diuinū cultū id eſt ad vſus neceſſarios eccl'e ⁊ pſonarū ipſius. ar.in.c.paſtoralis.de his q̄ fi.a prela. nō pure fuerit facta inſtitutio ⁊ alia appoſita ⁊ adiecta per teſtatorē habent̃ ꝓ non adiectis cū de iure fieri nō poſſunt, vt ꝓbat̃ in ſimili.in.c.ſignificatū.de pbē. quinimo te ſtator reliquiſſet illā petiā terre ſub cōditione de habēdo patronatū, tñ cū illa conditio ſit cōtra ius: vt ptȝ ex predictis dȝ haberi pro non adiecta ⁊ relictū remanet purū, vt in.l.ꝯditionis. ⁊.l.filius. ⁊.l.quidā in ſuo.ff.de ꝯdi.inſti. cū ſimi. Fratres antē dicti loci debēt rogare deū pro anima teſtatoris ſicut faciūt pro alijs eorū benefactorib⁹. Et hec ſufficiant. non enim expedit reſpondere ad cōtraria, q2 ſatis abunde patet reſponſio ex predictis. Laus deo. Nicolaus abbas.

¶ Conſilium.lx.

1 Sententia vbicunqȝ cōtinet animarū periculū nō obſtat rei iu dicate exceptio ſiue fuerit iudicatum in foro ciuili, ſiue eccleſiaſtico.
2 Snīa quelibet a qua nō eſt appellatū tranſit regulariter in rem iud.
3 Snīa facit ius inter partes quātūcunqȝ ſit lata ꝯ ius litigatoris.
4 Denuntiatio euangelica non procedit niſi clare probetur qđ denun tians agit contra conſcientiam.
5 Iudex qñ narrat aliqua in ſnīa vel in iudicio ꝑte pñte ⁊ nō ꝯdicente: talia verba narratiua probāt in preiudiciū partis non ꝯtradicentis.
6 Succumbens in petitione fundi nō admittitur volēs petere fructus occaſione fundi.

In caſu ⁊ qōne que vertitur inter Joannem ex vna parte ⁊ Ant. filiū ⁊ heredē Petri ex alia. ¶ Saluatoris Jeſu Chriſti pſidio inuocato. Videt̃ primo dcm̄ Joanē fore audiēdū ſuper petitiōe ſua exceptiōe rei iudicate per do.
1 Antoniū oppoſita nō obſtāte. Et primo ꝓbat̃ ſic. ¶ Ubicūqȝ ſnia continet animarū periculū nō obſtat rei iudicate exceptio ſiue fuerit iudicatū in foro ciuili ſiue eccleſiaſtico. Primū ꝓbat notabiliter in c.ij.de excep.li.vj. Secūdū in.c.lator. iuncta gl. ⁊ in.c.cōſanguinei. ⁊ in.c.tenor.de re iud. Sed ſentētia de qua in caſu noſtro excipitur cō tinet periculū animarū: ergo ex ea nō ꝯpetit rei iudicate exceptio, mi nor probatur. nā cū preſupponat̃ dictū ꝯtractū mutui fuiſſe fenerati tium: ⁊ illius vigore vſuram multarū quantitatū pecunie dicto Pe tro ſolutū, ⁊ iudicatū fuerit oppoſitū nutrit̃ ꝑ illā ſnīam vſurarius in peccato ſuo, cū peccatū nō dimittat̃ ſi nō reſtituat̃ vſura, ex quo reſti tui pōt, in.c.cū.m.de vſur. ⁊ in regula peccatū.de reg.iu.lib.vj. Item dictus Ant. fili⁹ ⁊ heres dicti Petri peccat in nō ſatiſfaciēdo aīe de functi ꝓut tenet̃: vt in.c.a nobis.de ſen.excō. ⁊ in.c.ex lr̃is.de rap. ⁊ in c.fi.de ſepul. Nec obſtat ſi dicat̃ ꝙ a tali ſnia nō fuit appellatū, q2 per hoc nō purgat̃ vitiū ſnīe reſpectu aīe obtinētis iniuſtā ſnīam, vt̃ no. Inn.in.c.q2 plerīqȝ.de immu.eccle. ad idē facit qđ leg. ⁊ no.in.l.iulia nus.ff.de ꝯdicti.inde. vbi habet̃ ꝙ ꝑ ſnīaȝ iniuſtā nō tollit̃ obligatio naturalis: nec etiā ꝑ cā inducit̃ obligatio naturalis. vt no. Bart.in.l. ab eo.C.quomodo ⁊ qñ iudex. ¶ Secundo principaliter ⁊ pro dicto Joāne inducit̃, q2 rei iudicate exceptio obſtat cū ad idē agit̃. ſecus ſi ad aliud agit̃ nunqȝ primo, vt in.l.querit̃.cū duabus ſequē.ff.de exce. rei iu. ⁊.c.abbate ſane.de re iud.li.vj. Sed in caſu noſtro ad aliud nūc agitur, ergo nō hȝ officere exceptio rei iudicate etiā preſuppoſito ꝙ illa ſnīa tranſiſſet in rē iudicatā, minor ꝓbat̃. primo em̄ ſolū fuit actū an mutuū fuit vſurariū an gratuitū ⁊ vnde preſuppoſito ꝙ a princi pio fuiſſet gratuitū: tñ nihilomin⁹ poſtea potuit ſolui vſura ne illud repeteret̃, arg.in.c.ꝯſuluit.de vſur. iſta em̄ ſunt cōpaſſibilia. nec ꝓbat hoc eē ꝙ ab hoc ꝯtingit abeſſe, vt in.c.ij.de trāſla.prela. l.neqȝ nata les.C.de pba. Nūc aūt reperit̃ ꝙ fuit ſolutū indebite ꝑ vſurariā pra uitatē ne illud repeteret̃. ⁊ ſic proſus ad aliud agit̃ nūc ꝙ̄ primo: non enim in primo iudicio fuit repertū vſura: ſed ſolū fuit oppoſitū ꝙ cō tractus ille fuerat ſimulatus ⁊ illicitus: ⁊ in frandē vſurarū ꝯfectus. ¶ Tertio videt̃ dictū Joānē admittēdū ex alio capite etiā ſi predi cta non proficeret: ex quo em̄ dictus Petrus mādauit in extremo vi te reſtitui quicqđ occaſione traficorū ſeu ꝯtrctū illorū ad eū perueniſ ſet videt̃ tacite remiſſiſſe iuramētū ⁊ omne obſtaculū ꝑ qđ dict⁹ Joā nes pri⁹ nequiſſet erigere: vt ꝓbari videt̃ in.c.ad noſtrā.ij.de iureiu. ẜm vnū intellectū. ¶ Et ꝙ̄ꝙ predicta in fauorē dicti Joānis vrgere videant̃ in ꝯrā mihi ſnīam declinādū fore arbitror: ad quā tenendaȝ
2 ex triplici capite motus ſum. ¶ Primo ⁊ principaliter: q2 regulari ter quelibet ſnia a qua nō eſt appellatū trāſit in rē iudicatā. ita ꝙ de ea pōt vtroqȝ iure excipi ꝯ dno agentē, vt in.c.cū inter.de re iudi. ⁊.c. abbate ſane.eo.tit.lib.vj. ⁊ in.l.itē cū querit̃.cū duabus ſeq.ff.de exce. rei iudi. Et hec exceptio fuit inducta ad iuris rigorē ſeruandum vt li tium eſſet finis. vt no.glo.in.c.paſtoralis.§.q2 vero.de offi.deleg.in.l. qui exceptione.ff.de condi.indebi. Hec regula non reperitur leſa in quibuſdā caſibus iure expreſſis. vt in cā matrimoniali ⁊ quibuſdam alijs, iuxta id qđ legi. ⁊ no.in.c.lator. inter quos caſus nō reperitur caſus noſter, ſcȝ cū agit̃ de repetitione vſurarū. Et ꝙ̄ꝙ generaliter dicatur ꝙ vbicūqȝ vertitur periculū anime ſentētia nō trāſit in rem indicatā. vt no.glo. ⁊ Inn.in.c.inter monaſteriū.de re iudi. ẜm gl. in.c.lator.eo.titu. ⁊ clarius Hoſti.ibi. ⁊ in.c.cōſanguinei. tñ illud in telligit̃ de peccato per partes nō remiſſibili: vt ſentit gl.in.d.c.lator. ⁊ in.c.iurauit.de proba. ⁊ clarius Ant.de but.in.d.c.lator. vt puta cū ſnia fert̃ iniuſte ꝯtra vinculū matrimoniale vel pro matrimonio ob ſtāte ꝯſanguinitate vel affinitate in gradibus diuina vel humana le gibus ꝓhibitis. ſecus aūt vbi fert̃ iniuſte ꝑ matrimonio nullo impe dimēto obſtāte. tūc em̄ trāſit in rē iudicatā, q2 vitiū ſnīe eſt ꝑ partes remiſſibile. ex quo enim ſolū preiudicat parti trāſit in rē iudi. q2 vitiū ſentētie eſt per partes remiſſibile, vt ꝓbat in.c.qđ ad ꝯſultationē.de re iu. ⁊.l.ab eo.C.quomodo ⁊ qñ iudex. vbi dicit̃ ꝙ nō appellās a ſen tentia videt̃ accōmodare ꝯſenſum: ⁊ alibi dixit tex. qđ nō appellando videt̃ cōfirmare ſnīam in.l.fi.C.de ſent. q̄ ſine certa quāti. In his aūt in quibus vitiū ſnīe nō eſt ꝑ partes remiſſibile ceſſat iſte interꝑtatus cōſenſus cū expreſſe nō potuiſſent partes ſnīaȝ iniuſtā approbare. vt in.c.ſi diligēti.de foro cōpe. Sȝ in caſu noſtro etiā pſuppoſito ꝙ ſen tētia fuiſſet iniuſta ꝑ quā fuit pronūtiatū cōtractū mutui fuiſſe gra tuitū ⁊ licitū ⁊ nō fictū neqȝ ſimulatū. tñ vitiū ſentētie erat ꝑ partes remiſſibile, q2 debitor pōt remittere vſuras creditori. vt no.gl. ⁊ Dy. in regula peccatū.de re.iu.li.vj. ⁊ Fed.ꝯſi.xviij. ⁊ Jo.an.in addi. Spe cu.in tit.de vſu.in.iij.col. ergo talis ſentētia trāſiuit in rem iudicatā ⁊ preſertim indubitanter in caſu noſtro in quo dictus Joan. debitor expreſſe acquieuit ſentētie ⁊ obtulit ſe paratum executioni ſententie prout in ea continebetur: ⁊ recipiens poſtea ſponte dilationē ad ſol uendum preſtitit iuramentum de ſoluēdo, ⁊ ſic renuntiauit omni iuri dicendi de iniuſtitia ſententie, vt in.l.ad ſolutionē.C.de re iudi. Hinc
3 dicunt̃ iura quod ſententia facit ius inter partes quātūcunqȝ ſit la ta contra ius litigatoris, vt in.d.c.cum inter. ⁊.l.ingenuum.ff.de ſta. homi.

bomi.⁊ accipit pro veritate.vt in.l.res iudicata.ff.de re iud.ideo non
poteſt amplius de iniuſtitia ſententie in dubiū refricari nec obſtat ſi
dicatur ꝙ obtinens ſcienter ſententiā iniuſtam peccat:vt no.Inno.
in.d.c.q̄r pleriq̄ʒ.⁊ Bar.in extrauaganti ad reprimendum in verbo
denuntiationem.quod patet ex eo q̄r per iniuſtam ſententiam nō tol
litur nec inducitur obligatio naturalis.vt not.Bar.in.d.l.ab eo.⁊ in
l.iulianus.ff.de condi.indebi.nam ratione peccati obtinens ſenten-
tiam iniuſtam debet victus quanq̄ non appellans audiri.¶ Ad hoc
enim reſpondetur dupliciter.Primo qd̄ de iniuſtitia ſententie non
conſtat ⁊ in dubio obſtat tranſitus in rē iudicatam:q̄r preſumitur iu
ſte lata:⁊ eſt preſumptio iuris ⁊ de iure cōtra quā nō admittit ꝓba-
tio in cōtrariū niſi per cōfeſſionem vincētis:vt no.Inno.in.d.c.quia
pleriq̄ʒ.facit qd̄ legi.⁊ no.in.l.is qui fidē.de ſpōſa.Preterea hec eadē
ratio militat in omni ſnīa iniuſta.ſemper eñ peccat obtinēs ſcienter
iniuſtam ſnīam:vt no.Inn.in.d.c.pleriq̄ʒ.⁊ Bar.in locis preallega-
tis.tamen propter hoc peccatū non audit pars aduerſa ex quo non
appellauit ⁊ potuit in ſuū preiudiciū acquieſcere ſentētie:quinimo ēt
in preiudiciū eccleſie obſtat iſte tranſitus in rē iudicatā.vt in.d.c.cū
inter.⁊.c.cū ſuper.eo.tit.ratione p̄ſumptionis iuſtitie:vt ſit litium fi-
nis.Preterea ⁊ fortius in caſu noſtro interuenit expreſſus cōſenſus
iſtius Ioānis,vt ponit in puncto.conſenſit enim expreſſe ſententie ⁊
ſic etiam quo ad obtinentem fuit ſublatū omne vitium ſi qd̄ erat in
ſententia ⁊ fuit inducta obligatio naturalis que oritur ex conſenſu.
vt no.Bar.in.d.l.ab eo.facit.l.ſtichū.§.naturalis.ff.de ſol.⁊.l.cū am-
plius.§.is natura dʒ.ff.de reg.iur.Et per hoc eſt ſublatū primū cō-
trārium ſupra factū.Debet enim intelligi quādo vitiū ſententie nō
eſt ex parte remiſſibile.Itē quando nō interuenit expreſſus cōſenſus
partis.Quinimo plus puto qd̄ etiam per viam denūtiationis euan-
gelice nō dʒ iſte Ioānes audiri.tum q̄r peccatū fuit remiſſum per ex-
preſſum conſenſum iſtius Ioānis,tum q̄r non debet amplius diſpu-
tari de iuſtitia ſententie:⁊ hoc expreſſe firmauit Bar.in dicta extra-
uagāti ad reprimendū,in verbo denūtiationem.Allego aliam ratio-
4 nem in caſu noſtro ⁊ meliorē inconuincibilem.† Denūtiatio euāgeli
ca nō procedit niſi clare ꝓbet ꝙ denūtians agit cōtra conſcientiā vt
legi.⁊ no.maxime per Innoc.in.c.nouit.de iudi.ſed cum hic agatur
contra Antoniū heredē dicti Petri q nullo modo preſumitur habe
re notitiā de qualitate dicti cōtractus mutui:ſed omnino habuit bo-
nam conſcientiā cū habeat ſnīam pro ſe quam debet iuſtam preſume
mere:vt in iuribus preallegatis,ergo nō pōt habere locū etiā denū-
tiatio euangelica fortius nō debet dictus Ioānes audiri directe pe-
tendo preſertim cum veniat cōtra ſuum iuramentū.Et hec ſufficiāt
quo ad obtinēdū ex primo capite.Scōm caput obtinēdi in cā ex quo
etiam motus ſum ex cōfeſſiōe dicti Ioānis.cū enim fuerit ꝯfeſſus in
iudicio dictū mutuū fuiſſe gratuitū ac recognouerit debitum tanq̄
verū ⁊ iuſtū prout apparet ex tenore ſnīe non debet nunc admitti ad
probandū cōtrariū cū cōfeſſio ſponte facta non poſſit reuocari etiā
probādo cōtrarium niſi vſq̄ʒ ad ſnīam diffinitiuā:vt in.c.fi.de cōfeſ.⁊
l.error facti.C.de iur.⁊ fac.igno.ad idē.c.per tuas.de ꝓba.⁊.l.genera-
liter.C.de nō nu.pecu.nec obſtat ſi dicat ꝙ de cōfeſſiōe nō ꝯſtat niſi
per verba narratiua ſnīe q̄ nō probant.vt in.c.ſi papa.de priui.lib.vj.
5 Dico eñ † ꝙ ex quo iudex aliqua narrat in ſnīa vt in iudicio parte p̄-
ſente ⁊ nō cōtradicente talia verba narratiua ꝓbāt in preiudiciū par
tis nō ꝯtradicētis:vt ꝓbat in.l.j.C.de rela.⁊ ibi expreſſe firmat Bar.
⁊ dicit bene notādū:vt in caſu noſtro dictus Io.nō ſolū fuit p̄ſens ⁊
tacens:ſed expreſſe ſnīe cōſenſit.¶ Ex tertio capite poteſt dictus an
tonius obtinere:q̄r debet qs admitti ad ꝓbādū qd̄ ꝓbatū nō releuat
vt in.c.cū cōtingat.ff.de offi.dele.⁊ in.l.ad ꝓbationē.C.de ꝓba.ſed ⁊
p̄ſuppoſito ꝙ dictus Ioānes ꝓbaret ſe aliquas pecunias vltra ſolu-
tionē exoluiſſe dicto Petro nō ꝑ hoc obtineret,ergo non dʒ ad hoc
ꝓbādum admitti.minor ꝓbat:q̄cq̄d ſoluit ſeu dat a debitore ceſſan-
te pacto gratis ⁊ amore licite pōt a creditore recipi.deficit enim alte
rum qd̄ eſt formale in vſura,vt plene no.Io.and.in regula peccatū.
de re.iu.li.vj.in mercu.facit.c.tua.de ſimo,⁊ bonꝰ tex.in.c.ſicut epīſ.
j.q.iij.Sed in caſu noſtro mutuū fuit gratuitū vt ipſemet Io.ꝯfeſſus
fuit:ergo nō pōt repeti gratis ſolutū:quinimo ⁊ ſi nō fuiſſet a princi
pio gratuitum ex quo nō fuit pronūtiatū ꝙ fuit gratuitū,⁊ ipſe ex-
preſſe cōſenſit ſentētie videt remiſiſſe omne ⁊ totū illud qd̄ potuiſſet
repetere.qui eniʒ cōſenſit antecedēti cōſenſit cōſequēti,vt in.c.iij.de
conſti.⁊ in.l.oratio.ff.de ſpon.Nec obſtat ſi dicat ꝙ licet a principio
fuerit gratuitū:tñ ex poſtfacto fuit vſura ſoluta.hoc enim nullo mo
do ſtare poteſt:q̄r actor videt deducere totū ius ſuū ꝙ habet tēpore
iudicij incohoati,vt.l.ſolemꝰ.ff.de iu,⁊.c.cum eccleſia ſutrina.de cau.
poſ.⁊ ꝓprie.⁊.c.abbate ſane.de re iud.li.vj.vnde cuʒ in iudicio nō cō-
tēderet an a principio fuiſſet cōtractus illicitꝰ ⁊ feneratitius,imo di-
ſputabatur de ipſius iuribꝰ exiſtentibus tempore ſentētie quod pa-
tet aperte:q̄r cōtra petitionem non excipit Ioannes ꝙ contractus
ille erat feneratitiꝰ,⁊ ſic aperte retulit ſe ad tempus ſententie ⁊ etiaʒ
ſi nō dixiſſet ſatis tacite intelligitur cū in iudicio cōtēderetur de iu-
re exiſtēti tempore ſententie ergo ex quo dictꝰ Ioannes ſuccubuit ⁊
cōfeſſus fuit contractum illum licitum videt per conſequentiam vo
luiſſe remittere omne ius ſibi competēs preſuppoſito ꝙ fuiſſet illici-
tum.Hec enim queſtio vſuraria ſeu repetitio vſurarum dependet ab
illa queſtione an contractus fuerit feneratitius.ſi enim nō erat fene-
ratitius non poteſt aliquid repeti cū preſumatur donatum.Ex quo
infert ad ſolutionē alterius ꝯtrarij.dico enim qd̄ nūc agitur ad aliud
6 quā primo.Nā hoc replicat in ſubiecta materia prime q̄ōnis.† q eñ
ſuccubuit in petitione fundi nō admittit volēs petere fructus occa-
ſione fundi.⁊.l.fundi.⁊.l.fundū.ff.de excep.⁊.l.ſi quis eū.ff.de excep.
rei iudi.ita punctualiter cōtingit hic.Non obſtat ꝙ vltimo opponit
de cautione ſeu mandato dicti Petri vt omne illicituʒ extortū reſti-
tuatur.dico enim ꝙ non extenditur ad iſtum caſum cū hic neget cō-
tractum fuiſſe illicitū nec debet admitti ad probandum contrarium
obſtāte p̄ſumptione iuris:⁊ de iure que orta eſt ex ſentētia vt.s̄.dixi.
Item ex remiſſiōe iam preſumpta vt predixi ius fuit acquiſitū dicto
Petro.Itē eſt ſibi ius acquiſitū nunc ex ſentētia nō ſolū ex pacto ⁊
ideo illa catio non dʒ extendi ad hunc quaſi cōtractū.arg.eorum que
not.Bar.in.l.more.ff.de acqui.her.⁊ in.l.apud iulianū.ff.ex qui.cau.
in poſ.ea.Et hec ſufficiant. Nico.Abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Factum ſuper quo conſiliū peti-

tur in his ſubmittitur terminis.Peruſini ciues eo tempore quo vi-
uebant populariter:ita qd̄ de facto ſuperiorem ſeu dūm nō recogno
ſcebant cōceſſerūt ſolēniter omnibus ciuibus Senēſibus plenū ciui-
tatis ius:tam in gabellarum ſolutione q̄ in alijs quibuſcunq̄ʒ tā in
agendo q̄ in defendēdo:ita qd̄ deberēt haberi ⁊ reputari tanq̄ ciues
originarij ciuitatis peruſine.Et hoc ſi ⁊ inquantū ipſi ciues Senēſes
parem immunitatē ⁊ ciuitatē ipſis peruſinis concederēt:vigore autē
huius cōceſſionis cōditionalis ⁊ reſpectiue par immunitas emana-
uit a ciuibus Senēſibus erga ciues Peruſinos ⁊ procedēte tempore
ciuitas Peruſina perdidit pluries libertatem.nā fuit ſubiugata a re
ge Ladiſlao:⁊ ſucceſſiue a Brachio de Mōtone.⁊ demū deuenit ad
eccleſie romane dominiū:ſub cuius vmbra nunc de preſenti quieſcit.
Contingit etiam ꝙ a pluribus:pluribus ⁊ annis ⁊ tempore Ladiſla i
regis ⁊ Brachij ⁊ dñij romane eccleſie dicta priuilegia vltro citroq̄ʒ
edita non habuerunt obſeruātiā:ſed Ciues Senēſes tā in ſolutiōe ga
bellarū quā in alijs fuerūt Peruſij habiti ⁊ retractati tanq̄ forēſes
⁊ idē ꝯtingit ipſis Peruſinis in ciuitate Senarū.Nunc autē quidam
ciuis peruſinus nitit vt p̄dicta ciuilis in ciuitate Senarum ſibi obſer
uetur ita qd̄ in omnibus habeatur ⁊ tractet tanq̄ originarius ciuis
Senenſis ſicut in ciuitatis conceſſione cōtinetur, reluctātibus ciui-
bus Senenſibus ob cauſas predictas.Queritur quid iuris.

¶ Conſilium.lxj.

1 Priuilegia debent eſſe perpetua.
2 Ciuitas licet ſit ſub domino nihilominus poteſt ex contractu facere
ciuem:qui alias non eſt ciuis.
3 Locator ſi promiſerit ſub certa pena nō expellere intra tēpora loca-
tionis cōductorē,intelligit ſi penſionē conuentā conductor ſoluerit.
4 Pater ſi promiſit filium non exheredare:intelligitur niſi cauſam ex-
heredationis filius dederit.
5 Ciuitas nō libera non poteſt imponere collectam ſuis ciuibus etiā
pro vtilitate publica ſine principis conſenſu.
6 Ciuitas non poteſt facere vt quis habeatur pro nō ciue niſi in perti-
nentibus ad ipſam ciuitatem.
7 Veniens directe contra priuilegium ſibi conceſſum:perdit priuile-
gium per vnicam contrauentionem.
8 Priuilegiū ſi datur ad aliquid faciendum:⁊ illud non ſit intra decen
nium perditur priuilegium.

IEſu Chriſti ſaluatoris po-

ſtulato ex corde ſuffragio vr̄ prīo ꝙ dictꝰ Peruſinꝰ poſ-
1 ſit iuridice dicta ciuilitate in Senēſi ciuitate vti:† tum q̄r
ꝓuilegia debēt eſſe perpetua.xxv.q.ij.c.j.⁊.ij.⁊ ī regula decet.de reg.
iur.lib.vj.tum q̄r fuerūt ꝯceſſa nō ſubditis.⁊ per ꝯſequens ſunt irre-
uocabilia,iuxta no,per Inno.in.c.nouit.de iudi.tum q̄r tranſiuerūt
in quaſi contractum.cum Peruſine conceſſerunt ciuitatem ⁊ immu
nitateʒ Senēſibꝰ ꝓpter ꝯceſſionē ab eis fiendā.ergo talis ꝯceſſio eſt
irreuocabilis.iuxta id quod leg.⁊ no.Maxime per Bar.in.l.penul.⁊
l.ambitioſam.ff.de decre.ab ord.fa.Nec obſtare habet ſubiugatio ſe-
2 quens ciuitatis Peruſine.† quia licet ciuitas ſit ſub domino nibilo-
minus poteſt ex contractu facere ciuem qui al's non eſt ciuis.vt ꝓba
tur,in.l.j.in princi.ff.ad munici.⁊ hoc ibi aperte firmat Bar.ad idem
tex.ſm̄ literam que habet electio.in fi.C.de incol.lib.x.facit tex.iūcta
gl,in.l.edificia.ff.de verb.ſignifi.nec etiam habet obuiare non obſer-
uantia in quibuſdaʒ ciuibus.tum quia illi non allegarunt hoc priui
legium.tum q̄r licet aliqui ſponte ſoluerint ⁊ nō fuerint vſi illo pri-
uilegio nō per hoc renūtiatur in reliquis actibus priuilegio ⁊ liber-
tati vt videtur notabilis tex.in.l.voluntarie.C.de excu.tut.tum quia
cum priuilegium illud fuerit conceſſum toti populo ciuitatis nō po
tuerunt aliqui particulares non cōſtituentes ſaltem maiorē partem

populi illi priuilegio per eorū contrauentionē tacite renūtiare.arg. eorum que no.Inno.in.c.accedentibus.de priuil.poteſt enim quis re nuntiare iuri ⁊ fauori quatenus tangit perſonam ſuā:non autē qua tenus perſonā alterius.ad hoc ꝙ legi.⁊ no.in.c.dilecti.⁊.c.ſi diligēti. de foro compe.⁊ in.l.ſi quis in cōſcribēdo.C.de pactis.⁊.c.ad apoſto licā.de regu.iur.cū ſimilibus.Sed his minime in caſu noſtro militā tibus arbitror dictū Peruſinū nō poſſe inuitis ciuibus Senenſibus illa immunitate ⁊ ciuilitate vti cū illa ſit ex infra allegādis cauſis ex tincta ⁊ ſublata.Moueor in hanc ſententiam qꝛ dicte immunitatis ⁊ ciuilitatis conceſſiones fuerunt reſpectiue ⁊ reciproce ꝯceſſe nulla enī cōceſſio fuit in ſe pura:ſꝫ quelibet facta reſpectu alterius obtente ſeu obtinēde.vnde Peruſini nō cōceſſiſſent illā immunitatē Senēſi bus niſi propter cōceſſionē cōſimilē a Senenſibꝰ obtinēdā.⁊ ita ecō tra Senēſes nō ꝯceſſiſſent niſi ꝓpter ꝯceſſionē eis a Peruſinis factā vt ſatis hoc ex vtriuſqꝫ priuilegij tenore ꝓpendiť.ergo ceſſante ꝯceſ ſione facta ꝑ Peruſinos:ilico ceſſauit ⁊ extincta fuit conceſſio eis fa cta per Senēſes:qꝛ ceſſante cā priuilegij ceſſat priuilegiū in.l.genera liter.C.de epi.⁊ cle.⁊.xvj.q.j.generaliter.cū gl.ſua.facit.l.ex facto.⁊ ꝙ ibi no.ff.de vul.⁊ pupil.⁊.c.ſuggeſtum.de decimis.⁊ facit in ar.totus titulus ffor͂ū.C.de cōdi.ob cauſam.⁊ optime facit.l.quero.§.inter lo

3 catorē.ff.loca.vbi habetur ꝙ† ſi locator promiſit ſub certa pena non expellere intra tēpora locationis ꝯductorē intelligiť illa tacita condi tio reſpectu cuius locauit,ſi penſionem conuentā cōductor ſoluerit alias aūt illo ceſſante a ſolutione poteſt ſine pene metu expelli.Et ꝑ

4 illū tex.dicit ibi Bar.† ꝙ ſi pater ꝓmiſit filiū nō exheredare intelligi tur niſi cauſam exheredationis filius dederit:vt in.l.quidā cū filiū.ff. de ver.obli.Itē ſi promiſi te nō offendere intelligiť niſi cauſam offen ſionis cōmiſeris.vt.l.qui ſeruum.ff.de verb.obli.Id enim quod taci te ineſt habeť pro expreſſo.l.cū qs.ff.ſi cer.peta.Et generaliter dixit Bar.illū.§.notādū ad oēs ꝯctus in quibꝰ vltro citroqꝫ aliquid pro mittiť vt quis nō teneať adimplere cā effectu ſi ꝑ aduerſam partem oīa ſeruata nō ſunt.facit.l.iulianꝰ.§.offerri.ff.de act.emp.⁊.l.ediles. §.ſi.cū.l.ſeq.ff.de edi.edi.⁊ regula fruſtra fidē quis poſtulat.de regu. iur.lib.vj.⁊ qō ibi no.per Jo.and.⁊ per Cy.in.l.cum proponas.C.de pac.⁊ facit tex.in.l.cum precibus.C.de preſcrip.ver.⁊ qō leg.⁊ not.in c.peruenit.de iureiur.⁊.c.ꝯſtitutus.de penis.⁊.xxxiij.q.ij.c.quod deo patri.quod autem amiſſa libertate euanuerit ſaltem pro maiori parte immunitas cōceſſa ꝑ ciues Peruſinos facile probatur imponere ve ctigalia,pedagia exigere,gabellas ⁊ ꝓſtationes ordinarias ⁊ extraor dinarias inſtituere ⁊ iniungere pertinēt ad principem non autē ad ci uitatem nō liberā vt probatur in.l.vectigalia.ff.de public.⁊ in.l.vni ca.que ſint regalia.col.x.⁊ in.c.ſuper quibuſdā.de verb.ſign.exꝓſſius probatur in.l.ij.C.noua vectiga.quinimo plus dixit Barto.in.l.vni

5 ca.C.de ſuperindi.lib.x.videlicet† ꝙ ciuitas non libera nō poteſt im ponere collectam ſuis ciuibus etiāꝫ pro vtilitate publica ſine princi pis conſenſu,licet poſſit imponere pro neceſſitate imminēti ipſi ciui tati ꝓpter debita ſoluenda ⁊ ſic debet intelligi quod legi.⁊ nota.in.l. iiij.§.actori.ff.de re iudi.⁊.l.j.ff.quod cuiuſqꝫ vniuer.no.ſicut autē nō poteſt ciuitas non libera iſta onera imponere ita ⁊ fortius ne exem ptionem alicui concedere qꝛ non poteſt in preiudiciū iuriū principis ſtatutum ſeu ordinamētum vel priuilegium edere:vt not. Bartolus in.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iu.⁊ clare ꝓbatur in.l.omnes.C.de an no.⁊ tribu.vbi ptꝫ qꝛ nemo citra principeꝫ poteſt immunitatē ꝓſtare ſuper iuribus debitis principi.⁊ ibi per Bar.facit ad idem quod leg. ⁊ no.in.l.ſi.§.ſi qs ꝓfeſſus.ff.de publi.⁊ optime.c.veniētes.de iureiu. ⁊ ſpecialiter in caſu noſtro voluit Bar.in.l.ſi maritus.ff.de adult.vbi

6 dicit ꝙ ciuitas nō poteſt facere vt quis habeatur ꝓ nō ciue niſi in per tinentibus ad ipſam ciuitatem ſecus aūt quo ad pertinentia ad prin cipeꝫ.Cū ergo ciuitas Peruſina conceſſerit immunitatē ⁊ ciuilitatē ciuibus Senenſibus reſpectu gabellarum non ſoluendarum ⁊ peda giorum.que omnia pertinent ad principem:ergo perdita libertate il lud priuilegium fuit annihilatum preſertim contra romanā eccleſiā que eſt vere domina illius ciuitatis:vñ expulſo domino eccleſie non potuerūt ciues aliquod concedere vel ſtatuere de pertinētibus ad ro manam eccleſiam:vt in.d.c.venientes.de iureiuran.⁊ quod legi.⁊ no. in.c.quāto.lxiij.diſtin.⁊ aperte voluit Bar.in.d.l.oēs populi.ff.de iu ſti.⁊ iu.⁊ per cōſequens debet ceſſare priuilegium cōceſſum.vt.ſ.di xi.Ad idem facit quod in ſimili legi.⁊ no.in.l.ſi vero.§.item cuꝫ qui daꝫ.ff.loca.vbi patet quod etiam ſi caſu fortuito cōductor nō poteſt preſtare operas locationis nihilominus tenetur reſtituere mercedeꝫ perceptam ipſi locatori.preſertim cum hoc cōtingat ad odium Pe ruſinorū.arg.in.l.ſi merces.§.culpe.ff.eo.ti.⁊ hoc ſufficerēt ad exclu ſionem dicti priuilegij.¶Sed ad maiorē cautelā inferant alias cau

7 ſas perditionis huius ꝑuilegij.† vbicūqꝫ quis directe venit ꝯtra pri uilegium ſibi conceſſum perditur priuilegium per vnicam contrauē tionem,vt in.c.cum acceſſiſſent.in fi.de conſti.⁊ ibi ꝑ doc.in.c.pro il lorum.de preben.⁊ in.l.fin.C.de iur.do.impe.niſi fauore eccleſie aliud operetur ⁊ ſic loquitur.c.accedētibus.de priuileg.facit ad ideꝫ.xxxij. q.ij.quando renunciatur ſed in caſu noſtro peruſini venerunt contra priuilegium ciuilitatis eis conceſſum pluries ⁊ pluries ſoluendo ga bellas in ciuitate Senarum tanꝙ extranei.⁊ idē fecerūt ciues Senē ſes in ciuitate peruſina,ergo fuit tacite renūtiatū mutuo priuilegio. nec obſtat ſi dicať quod ſingulares ciues non potuerūt hoc facere in preiudicium omniū ciuium:qꝛ illud verum niſi toties fuiſſet facta cō trauentio quod veroſimiliter perueniſſet ad notitiā ciuium.nā tunc videntur ciues approbare.arg.eius quod no.Innocē.in.c.bone.el.ij. de poſt.prela.Et preſertim in caſu noſtro in quo per decēniū ⁊ vltra non fuerunt dicta priuilegia obſeruata,⁊ ſic ſaltem fuit inducta ꝯſue tudo in ꝯtrariū:vt in terminis noſtris.no.Cy.in.d.l.volūtarie.C.de

8 excu.tuto.¶Preterea ⁊ vltimo† ſi datur priuilegium ad aliquid fa ciendū ⁊ illud non fit intra decennium perdiť priuilegiū.vt notanter probatur in.l.vna.ff.de nūdi.⁊ hoc firmat ibi Bart.dicēs ꝑ illū tex. quod ſi ciuitas habens priuilegiū ſuper ſtudio generali nō vtatur il lo intra decennium perdit illud, ergo fortius in caſu noſtro perditur ſaltem per lapſum decennij in quo non ſolū fuerūt vſi ſed expreſſe cō trauenerunt ſoluēdo tanꝙ forēſes:fortius enim perdiť priuilegium contraueniendo ꝙ nō vtendo:vt no.in.d.c.cum acceſſiſſent.⁊ preſer tim in caſu noſtro in quo ciues Senēſes fuerūt pluries ⁊ pluries co acti ſoluere in ciuitate Peruſina tāꝙ forēſes.vñ dicebāt ipſi Peru ſini obſeruare ſuū priuilegiū erga Senēſes ſi volebāt vt eis obſerua retur conceſſum a Senenſibus,qꝛ fruſtra quis poſtulat fidē ſibi ab eo ſeruari cui fidem a ſe preſtitaꝫ ſeruare recuſat,vt in regula fruſtra.de reg.iur.libro.vj.cum ſimilibus ſuperius allegatis.Nec obſtat ſi dica tur quod priuilegium non fuit allegatum in ciuitate Peruſina:quia imo tacite fuit allegatum dum allegabant ad ſolutionem enitādam ſe eſſe Senenſes vt patet in actis. Item quia ſatis eſt quod per non vſum inducta cōſuetudo in cōtrarium.in.l.de quibus.⁊.l.diuturna. ff.de legi.⁊.iiij.diſti.§.leges.Preterea fruſtra allegaſſent priuilegiū quod iam eſſet nullū ⁊ annihilatū in aduentu principis: vt ſupra di xi.facit.l.decernimus.cum in materia.C.de ſacroſan.eccl.Et hec ſuf ficiant.

Nico.Abbas.

¶Conſilium.lxij.

1 ☞ Poſſeſſio probatur per iuramentum fidelitatis.

2 Compromiſſum ſi factum fuit de aliqua re, non poteſt arbiter illam rem vni adiudicare,⁊ alteram partem condemnare vt det aliquā rem in compromiſſo non deductam.

3 Facultas allegandi nullitatē cōtra ſnīam lꝫ aliquo iure remoueatur poteſt tamen allegari nullitas ex iuriſditionis defectu proueniens.

4 Exceptio negans iuriſditionem remouet qualitatem ſentētie ſuper qua ſe fundat ius ſeu ſtatutum.

5 Arbiter licet non poſſit ſentētiare circa omnino aliena ab expreſſis, poteſt tamen decernere ſententiare de coherentibus expreſſis ſine quibus nequeunt expreſſa commode terminari.

6 Cōſeruatus datus per papā in fauorē alicuius eccleſie: licet nequeat de iure cognoſcere niſi de iniurijs notorijs,tamē ſi negetur per partē aduerſaꝫ iniuriam eſſe notoriam poterit ſuper hoc ſummarie cogno ſcere ⁊ ſuper hoc pronuntiare.

7 Mandatum non extenditur vltra comprehenſa in mandato.

8 Unum propulſare incontinenti dicitur qui facit quamcitius cōmo de poteſt ad alia negotia non diuertendo.

9 Teſtes ⁊ ſcripture antique maxime ex archiuo publico ꝓducte pro bant pertinentias.

10 Scholaris quamuis ſtet per mille annos in ſtudio nō ſortitur ibi do micilium ſi habet animum redeundi ad partes ſuas.

11 Ciuitas aliqua ſi facit aliquod ſtatutū cauſa alienationis fiēde alicui tyranno:talis alienatio ⁊ omnia que facta ſunt poſſunt reuocari.

12 Fines locorum probantur per libros antiquos ſeu ſcripturas.

13 Caſtrum ex ſe iure communi inſpecto non habet iuriſditionem.

14 Poſſeſſor tenetur reſtituere rem quā poſſidet:niſi plene probet do minium.

15 Ciuitas ſi augetur ⁊ cingitur nouis muris ſeu foſſatis ſeu plantatis, totum augmentum comprehenditur appellatione ciuitatis.

16 Secundū officiū excludit primum quando ſe non compatiuntur.

17 Priuilegiū clericatꝰ nō ꝑdiť niſi per actū oīno contrariū clericatui.

18 Clericus in minoribus ſi contrahit matrimonium per verba de pre ſenti perdit ipſo facto beneficium eccleſiaſticum.

IN controuerſia inter ducē Burgūdie ex vna:⁊ ducē Auſtrie ex alia parte ex quibuſ dam capitulis pacis inter eos facte.¶Jeſu Chriſti ſalua toris ꝑſidio ex corde poſtulato:attingā ex ordine dubia iuxta mihi cō ſultationē porrectā.Et ī ordine illud ꝑmo occurrit.An illa quatuor deciꝫ loca in ꝯſultatione expreſſa ꝗ dux Burgūdie aſſerit fore forti litia ⁊ ad ſe expectare vigore capitulorū pacis inter ſint ſibi adiudicā da.An vero pertineāt ad ducē Auſtrie ⁊ ſint ſibi dimittēda ad quem indubie ꝑtinebāt ante guerrā incohoatā.Videť ꝑma facie ꝙ ſint duci Burgundie adiudicāda non obſtāte arbitramēto per epm̄ Tridēti nū lato qꝛ in vno ex dictis pacis capitulo exꝓſſe actū extitit ꝙ omnia caſtra ⁊ loca acquiſita ⁊ acquirēda per ducē Burgūdie vſqꝫ ad con cluſionem illius pacis ſint ⁊ remaneant cum eorum iuriſditionibus ⁊ pertinen

pertinētijs ipſi duci Burgundie,hoc tñ declarato ꝙ ville ⁊ quecūqꝫ
loca Tridentini territorij ſi que forēt que nō eſſent de diſtrictib⁹ iu-
riſdictionib⁹ aut pertinētijs ſupraſcriptis acq̄ſitis ⁊ nō haberēt niſi
cāpanilia tm̄ aut cāpānilia cū eccleſijs ſolū vel etiā eccleſiā ſine cāpa-
nilib⁹ fortificatā vl' eſſent ſine eccleſijs ⁊ cāpanilib⁹ ⁊ ſine fortilitijs ⁊
vertereť in dubiū quorū eſſent qm̄ partiū q̄libet aſſereret eas eē ſuas
de ipſis ſtetur ad arbitriū ⁊ iudiciū dñi epi Tridētini ⁊c.Cū aūt iſta
quatuordecim loca nūc poſtulata per ducē Burgūdie ſint de acqui-
ſitis durāte guerra,ergo ſunt ſibi adiudicāda.nihil em̄ tā ꝯgruū eſt ſi
dei humane q̄ꝫ ea q̄ pertinētibus placuerūt ſeruare vt dixit tex.in.l.j.
ff.de pactis.in prin.⁊ alibi dicit tex.ſtudioſe agēdū eſt vt ea q̄ ꝓmittū
tur opere ꝯpleanť,vt in.c.iij.de pac.quinimo eccleſia vt pax ſeruetur
interponit ſe imperioſe etiā inter laicos vt pacta inita ſuā obtineāt
firmitatē,vt in.c.j.⁊ qḋ ibi no.eo.ti.Qḋ aūt iſta loca fuerint de acq̄ſi-
tis ꝓbat dux Burgūdie ꝑ iuramēta fidelitatis ab habitatorib⁹ illoꝝ
1 locorū tp̄e acq̄ſitionis ſibi p̄ſtita.†nā per iuramētū fidelitatis probať
poſſeſſio,vt in.c.longinquitate.xij.q.ij.⁊ in.c.ſi diligenti.de p̄ſcrip.⁊
ibi expreſſius hoc tenet Jo.an.nec huic ſnīe ſeu intētioni ducis Bur
gūdie repugnat iuridice arbitramētū latū per ep̄m Tridētinū,qm̄ il
la loca tanq̄ꝫ fortilitia nō veniebāt in cōpromiſſo,fuit em̄ ꝯpromiſſuꝫ
de villis ſeu locis ſine fortilitijs ⁊c.vt.ſ.dictū eſt.qualia nō ſunt hec,
ergo arbitramētū in hac parte ipſo iure fuit nullū cū arbiter nullam
habeat ptātē circa in cōpromiſſo nō cōprehēſa,vt in.c.cū dilectus.de
arbi.⁊ in.l.nō diſtinguemus.§.de officio.⁊ in.l.cū dies.§.plenū.ff.de
2 arbi.hinc notāter voluit Bart.in.l.aq̄l.ff.de trāſac.†ꝙ ſi fuit cōpro-
miſſum de vna re nō pōt arbiter illā rē vni adiudicare ⁊ alterā parteꝫ
cōdēnare vt det aliquam aliā rē in cōpromiſſo non deductā,lꝫ poſſit
arbitrari vt det certam quantitatē pecunie pro illa re,vt inſt.de offi.
iud.§.officium.⁊ de hoc plenius per eū in.d.l.Si ergo in cōpēſatio-
nē rei cōpromiſſe nō pōt arbiter extendere manū in rē extrinſecā,for-
tius,nō licuit hoc caſu ep̄o Tridētino arbitratori extēdere ptātē ſuā
ad hec loca q̄ nullā cōiōnē habebāt cū reb⁹ in cōpromiſſo deductis.
¶Sed in diuerſam partē p̄dictis minime obſtātibus motus ſuꝫ plu-
ribus rōnibus,⁊ per maxime vna reſpectu cuius nullū video ſubter-
fugiū que eſt hec.Cū em̄ arbitramētū fuerit latū per ep̄m Tridētinū
ſuper oībus locis territorij Tridentini in fauorē ducis Auſtrie qui-
buſdam ſpecifice noīatis exceptis ⁊ adiudicatis duci Burgūdie ⁊ ta
le arbitramētū dicatur per vtranqꝫ partē emologatū ⁊ approbatuꝫ,
ergo nūc pōt allegari ptātis vel iuſtitie defectus,cū nedū arbitramē
tuꝫ ſed ſnīam quācūqꝫ ex ptātis defectu nulla poſſit ꝑ partes ex poſt
facto approbari vt habeat nō vim ſnīe ſed cuiuſdā pacti ⁊ ꝯctus,ita
ꝙ talis ſnīa decetero impugnari nō pōt,tex.eſt apertus in.l.ij.C.cōia
vtriuſqꝫ iu.⁊ clarius hoc voluit Bar.poſt gl.in.l.j.C.qui pro ſua iu-
riſd.no.gl.⁊ moderni.poſt eam in.c.ſignificaſti.de fo.cōp.fortius er-
go potuit approbari arbitramētū quācūqꝫ nullū.ar.in.l.cū antea.⁊
qḋ ibi no.p doc.C.de arb.nec mirū cū non ſumat vires ſuas ex ptāte
arbitrātis ſeu ſnīantis,ſed vigore cōtractus ſeu pacti tacite initi ex
ꝓbatiōe ſeu emologatione ſecuta,vt no.in dictis iuribus.Et hec ſol
uitur ꝯtrū qḋ formari poſſet de notatis per gl.in cle.j.de ſequeſt.poſ
3 ſeſ.⁊ fruc.vbi ꝯcludit in effectu†ꝙ licet aliquo iure remoueať facul-
tas allegādi nullitatē cōtra ſnīam pōt tñ allegari nullitas iuriſditio-
nis defectu ꝓueniēs,ita vr̄ in ꝓpoſito dicendū ꝙ licet dictū fuerit in
capitulo pacis.vt cōtra diffinitionē epi Tridentini arbitratoris ni-
hil poſſit opponi,poterint tamen dici de poteſtatis defectu.Dico
em̄ illā gl.ponere caſum ſatis diuerſum a noſtro.nos enim loquimur
qn̄ partes approbauerunt arbitramentū ex poſtfacto,vigore cuius
approbatiōis videnť nouiter cōtrahere ⁊ paciſci ſup exp̄ſſis in arbi-
tramēto,vt in iuribus ſuperius allegatis,gl.vero allegata in cōtra-
rium procedit vbi nō interuenit conſenſus partiū,ſed ius vel ſtatutū
remouet facultatē dicendi contra ſententiam de nullitate,quo caſu
licet allegare nullitatem prouenientem ex iuriſdictionis defectu ⁊ ra-
tio eſt,qꝛ ſtatutū ſeu ius in remouēda exceptione fundat ſe ſup ſentē-
4 tia.†Exceptio aūt negans iuriſdictionē remouet qualitatē ſententie
tores eſſe in dolo ſequẽdo ſtatutũ per ſuperiorẽ cõfirmatũ cũ proba-
bilis error qui reſultat ex ſtatuto excuſet a calumnia ⁊ dolo.l.ij.ff.de
iur.⁊ facti igno.in.c.j.de elec.lib.vj.in fi.facit qd no.glo.in.c.vnico.de
poſt.prela.li.vj.⁊.c.cũ venerabilis.de cõſuet. ¶ Uenio ad quintũ du-
biũ an dicta reductio arbitramẽti peti potuerit nõ habita prius ab-
ſolutione iuramẽti in cõpromiſſo preſtiti ⁊ nõ multũ inſtando,dico
ꝙ ſi allegetur fraus ⁊ deceptio enormis quã nõ cõmiſiſſet bonus vir
poteſt peti reductio abſqꝫ eo ꝙ petat̃ abſolutio a iuramẽto.hoc pro-
bat tex.in.c.quintauallis.⁊.c.veniẽs.de iureiurã.facit.l.ſi libertus.ff.
de ope.lib.nec etiã cõmittitur pena in cõpromiſſo appoſita.qꝛ iura-
mentũ ⁊ pena de nõ cõtraueniendo debẽt intelligi ſi arbitrio boni vi
ri fuerit pronuntiatũ vt probat̃ in iuribus prealle.not.Inn.⁊ Hoſti.
in.d.c.quintauallis.⁊ Spe.in tit.de arbi.§.j.ver.ſed pone. Nec obſtat
ſi dicatur ꝙ in compromiſſo fuit dictũ vt alte ⁊ baſſe poſſent arbitri
diſponere ⁊ laudare tollẽdo de iure vnius ⁊ dare alteri.qꝛ dico ꝙ illa
verba reſtringantur ꝑ verba ſequẽtia dũ fuit dictũ prout eis videbit̃
⁊ placebit,que quidẽ verba ſonãt arbitriũ boni viri ⁊ nõ liberã volũ-
tatẽ. vt ĩ.l.Thais.§.ſororẽ.ff.de fideicõ.li.l.xj.§.ꝗꝗ.ff.de le.iij.Bar.
in.l.alio.ff.de ali.⁊ cib.leg.⁊ in extrauagã.ad reprimẽdũ.vbi plenius
ꝙ̃ alibi poſuit.facit gl.in.c.ij.de corpo.vi.cũ ſimi.dico tñ ꝙ ſi nõ pro-
bauerit dictus Marianus iniuſtitiã ⁊ iniquitatem arbitramenti in-
cidit in periurium ⁊ penã appoſitam in cõpromiſſo.qꝛ tunc apparet
eũ iniuſte ⁊ cõtra iuramẽtũ proclamaſſe,qd eſt intelligẽdũ ſi iudex re
clamationis declarauerit arbitramẽtũ eſſe equũ. Itẽ ſi nulla probabi
lis cã excuſat dictũ Marianũ,de quo plene per Bart.in.l.ſocietatẽ.
§.arbitrorũ.ff.pro ſocio.plenius in.l.q rome.§.duo fratres.ff.de ver.
obli.⁊.l.Julianus.ff.de cõdi.inde.regulariter fuit dictũ Dy.in quo-
dã cõſilio ſuo qd refert Jo.an.in addi.Spe.in ti.de arbi.§.excipitur.
ver.quod ſi cõpromiſſum. Ad probãdũ autẽ iniquitatẽ arbitramẽti
nõ ſufficit ꝓbare ꝙ arbitrator leſit in aliquo ius partis qꝛ habet a iu
re poteſtatẽ aliqualiter ledẽdi partẽ pro bono pacis ⁊ tollẽdo,ſcilicet
vni ⁊ dãdo alteri.vt no.glo.in.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.⁊ no.
Inn.in.c.quintauallis.de iureiur.⁊ Bar.in.d.§.arbitrorũ.etiã ſi nun
quam fuiſſent appoſita illa verba alte ⁊ baſſe ⁊c.ꝗ hic fuerũt appoſi-
ta.multo ergo fortius nõ ſufficit hoc ꝓbare in caſu noſtro vbi vltra
poteſtatẽ a iure traditã fuerũt appoſita illa verba que debẽt aliquid
vltra ius operari.ar.in.c.ſi papa.de priui.lib.vj.⁊ debet ergo probari.
ꝙ ita enormiter leſit qd nemo bonus vir feciſſet.ar.in.d.§.arbitrorũ.
cũ.§.ſequẽ.Bar.tñ in.d.§.arbitrorum.dixit ꝙ debet probari leſio in
ſexta parte totius.pleniꝰ hoc ſequit̃ in.§.arbitrorũ.qd mihi nõ pla-
cet.vt plene dixi in lectura dicti.c.quintauallis.vbi finaliter concluſi
qd qñ dicit̃ enormis leſio nõ poteſt dari certa doctrina.ſed ex varijs
circunſtãtijs bonus vir id eſt iudex arbitrabit̃,nã facilius debet arbi
trator induci ad dãdũ de iure vnius alteri qñ aliter pax ſequi nõ po-
teſt,aliter quaſi hoc rõne ceſſante. Itẽ aliter qñ ius partiũ eſt obſcu-
rum ⁊ inuiolatũ quã qñ clarũ ⁊ indubitatũ. Itẽ aliter qñ alter eſt di-
ues alter pauper.⁊ ſic de alijs circunſtãtijs quibus cõſideratis habe
bit iudex arbitrari an arbitramentũ fuerit equũ vel iniquũ. ¶ Ulti-
mum dubiũ eſt circa vires appellationis interpoſite a ſentẽtia arbi-
tramenti ad dictũ gubernatorẽ in quo poteſt de pluribus dubitari.
Primo an poterit a tali arbitramento appellari. Secundo an ad di
ctum gubernatorem. Tertio an potuerunt cumulari illa tria reme-
dia in eo ꝙ Marianus predictus appellauit ⁊ petijt reduci ad bonã
equitatem et petijt ſe reſtitui. ¶ Circa primum dico quod an de iu-
re communi poſſit appellari a ſentẽtia arbitratorum nõ dico arbi-
trorũ eſt dubiũ,nã Bar.in.l.fi.ff.de ap.reci.tenuit qd ſic ꝑ rõnes quas
ibi ꝓſequit̃,ſed ꝯtrariũ ipſe ſenſit.in.l.j.C.de arb.⁊ idẽ ibi Bal.⁊ hoc vlti
mum cõis eſt opin.põt em̃ peti reductio non aũt põt interponi vere
appellatio. Ad hoc tex.in.d.§.arbitrorũ.iũcta.l.ſequẽ.melius videt̃
ꝓbari in.l.nõ diſtinguemus.§.cuꝫ quidã.ff.de arbit.vbi ꝓbat̃ qd iſta
petitio reductionis eſt quedam ſpecies appellationis,nõ eſt ergo ve-
ra appellatio.ſenſit gl.in.c.cauſam.de elec.⁊.ij.q.vj.a iudicibus.⁊ pro
batur per rationem quam ponit tex.in.l.j.C.de arbi.que militat tã in
arbitris ꝙ̃ in arbitratoribus,vnde dico qd nõ potuit appellari niſi ꝑ
ſtatutũ municipale defendat̃ appellatio,poſtpoſita aũt diſpoſitione
ſtatutaria eſt dubiũ an potuerit appellari ad gubernatorẽ cũ per ſta-
tutũ debuerit appellari ad capitaneũ loci. Ego puto qd de iure ciuili
nõ potuerit ad gubernatorẽ appellari qꝛ nõ dꝫ appellari omiſſo me-
dio ad principẽ vel eũ qui tenet locũ principis.l.impatores.ff.de ap.
Sꝫ de iure canonico videt̃ ꝯtrariũ.vt in.c.ſi duobus.de app.vbi ptꝫ
qd etiã in terris eccleſie põt appellari ad principẽ omiſſo medio,er-
go ad ſuum locũ tenẽtẽ.ar.xcviij.diſt.c.fi.ſtatutũ ergo dꝫ intelligi niſi
appellaret̃ ad principẽ vel ad locũ tenẽtẽ hinc dixit alibi gl.qd ad le-
gatum pape põt appellari omiſſo medio,vt not.gl.in.c.j.de offi.leg.⁊
Bar.bixiẽ.ij.q.vj.c.iij.lꝫ Jo.ibi tenuerit ꝯtriũ.Sui.tamẽ ĩ Spe.de le-
ga.§.ſupereſt.ver.illud aũt.dixit de conſuetudine obſeruari vt ad euꝫ
appellet̃ omiſſo medio.plene dicit gloſ.in.c.j.de cõſuet.lib.vj. Et hoc
vltimum mihi placet,qꝛ cõcurrit cũ qualibet iuriſditione in ꝓuincia
ſibi decreta,vt leg.⁊ no.in.c.j.de offi.leg. Circa vltimum de cumula-
tiõe nõ eſt multũ inſtãdũ.qꝛ preſuppoſito qd potuerit ad eum appel-
lari poſſet ita libellꝰ appellatiuꝰ interpretari vt nullã cõtineat cõtra
rietatẽ.dꝫ em̃ largiſſime interpretari vt concludat intẽtionẽ libellan-
tis,vt in.l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi.leg.⁊ no.in.c.cõſtitu
tus.de reli.do.põt em̃ excuſari appellatio ꝑtextu ſtatuti ſi quod eſt.
Reductionis vero petitio põt eſſe acceſſoria ad appellationem vt re
ducat ad equitatem vim appellationis,reſtitutio nõ potuit peti pre-
textu ſententie criminalis ⁊c.de hoc tñ non multum curandũ cum ſa
tis ex predictis conſultũ ſit dictis Jacobo ⁊ ſocijs. Et hec ſufficiant.
Nico.abbas Sicu.Panor.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Pũctus queſtiõis in his termi-

nis ꝓponitur. Quidã Benedictꝰ catherini ſuũ cõdidit teſtm̃.⁊ inter
cetera reliquit Stephanã eius matrẽ ⁊ Antoniã eius vxorem dñas
maſſarias ⁊ vſufructuarias oĩm ſuorũ bonorũ dũ honeſte ⁊ caſte vi-
xerint,⁊

xerint:⁊ vitã vidualẽ obſeruauerint in domib⁹ ſuis vna cũ infraſcri-
ptis ſuis heredibus.. In omnibus aũt ſuis bonis mobilib⁹ ⁊ ĩmobi
libus ⁊c.poſthumũ ſeu poſthumos vnũ vel plures naſciturũ vel na-
ſcituros de corpe ſupradicte Antonie ſue vxoris ſi ad lucẽ ꝑuenerit
vel ꝑuenerint ſibi heredes vniuerſales vel vniuerſalem inſtituit cum
hac cõditiõe adiecta:qđ ſi qs dictorũ poſthumorũ moreret̃ in pupil-
lari etate,vel poſtea qñcꝫ ſine filijs legitimis ſic,ꝙ vnus moriatur al
teri ⁊ alter alteri:⁊ ſi oẽs morerent̃ ſine filijs ligitimis ſubſtituit eis
bellauitã ei⁹ filiã:tũc ſuperſtitẽ ⁊ poſthumã ſeu poſthumas naſcitu-
ras ⁊c.⁊ ſi dicti poſthumi ad lucẽ non peruenerint dictã bellauitã ⁊
dictã poſthumã vel poſthumas heredes vniuerſales inſtituit ac fecit
in equali portione ⁊ qđ vna moriat̃ alteri ⁊c. Et ſi dicti poſthumus
ſeu poſthumi veniret vel venirẽt ad lucẽ,vt.ſ.dictũ eſt reliqt dicte
bellauite ⁊ dicte poſthume ſeu poſthumab⁹ octingẽtas libras dena-
riorũ ⁊ arneſia cõſueta ꝑ qualibet.⁊ in p̃dictis eas heredes inſtituit
⁊c.adiecit hec ṽba. Itẽ reliqt adueniẽte ꝯditiõe p̃dicta, eccl'ie ſancti
Auguſtini ꝓ aĩa ſua ⁊c.cẽtũ ⁊ quedã alia relicta fecit ſemꝑ adijciẽdo
illa ṽba adueniẽte ꝯditiõe p̃dicta. Et vltimo dixit. Itẽ reliqt ⁊ man
dauit dictus teſtõr eueniẽte cõditione p̃dicta ꝙ reſiduũ bonorũ ſuo-
rũ deductis primo omnib⁹ ſupraſcriptis relictis dent̃ ⁊ diſtribuant̃
amore dei pro oĩa ſua ⁊ ſuorũ mortuorũ ⁊c.quo quidẽ teſtõ facto mo
ritur teſtator ſuperueniẽte dicta bellauita eius filia:deinde naſcitur
poſthuma:vcꝫ Diauina filia dicti teſtatoris tandẽ diẽ ſuũ clauſerũt
liberis minime relictis. ¶ Cõtingit de predictis circa tria dubitari.
Primo nũquid dicta legata debeant̃. ¶ Scđo an vſuffructus dicto
rũ bonorũ dicti teſtatoris remaneat penes dictas mulieres Stepha
nam ⁊ Antoniã. ¶ Tertio ſi dicta dña Antonia vxori dicti teſtato-
ris tranſierit ad ſcđa vota,an dicta Stephana debeat habere inte-
grum vſumfructum omnium bonorum dicti teſtatoris.

¶ Conſilium.lxxviij.

1 ☞ Voluntas teſtatoris obtinet primum locum in conditionibus.
2 Euidens voluntas teſtatoris dicitur que colligitur ex coniecturis.

Circa primũ ſaluatoris au-
xilio inuocato omiſſis breuitatis cã argumẽtis que ſatis
leuiter poſſent ꝓ pte legatariorũ formari:arbitror firmi-
ter dicta legata nõ deberi ex defectu ꝯditionis inferre:facit eñ ꝯdi-
tionis defectus deficere legatum quãtũcũcꝫ fauorabile:vt.ff.de ꝯdi.
⁊ demõ.quaſi per totũ.C.de cõdi.inſer.ꝑ totũ.⁊ extra de ꝯdi.appo.in
c.verũ.⁊.c.ꝑ tuas.cum ſimi.an aũt defecerit ꝯditio legatis appoſita
que dependet ab intellectu illoꝝ ṽborum ſepe repetitorũ:vcꝫ adue-
niente ꝯditione p̃dicta.cum eñ plures cõditiões teſtator appoſuiſſet
in legatis vero nõ expreſſit ſub qua ꝯditione p̃ſtari illa volebat:ſꝫ di
xit in genere adueniente dicta cõditione. ¶ Inueſtigandum incum-
bit de qua cõditione intellexerit teſtator ad quod indagãdũ debem⁹
1 primo ꝯiecturare mẽtẽ ⁊ volũtatẽ teſtatoris:†qꝛ in ꝯditionibus pri-
mum locũ obtinet teſtatoris volũtas:vt.in.l.in ꝯditionib⁹.ff.de ꝯdi.
2 ⁊ demõ.que quidẽ põt colligi ex ꝯiecturis:†dicit̃ eñ euidens volun-
tas teſtatoris q̃ colligit̃ ex ꝯiecturis:vt in.l.lꝫ imperator.ff.de lega.j.
facit.l.nõ ad ea.ff.de ꝯdi.⁊ demõ. Itẽ fienda eſt quãtũ fieri põt inter
pretatio vt euitetur abſurditas ⁊ intellectus ꝯ ius:vt in.c.cũ dilect⁹.
de ꝯſue.⁊.l.ij.⁊ ꝙ ibi not.C.de ꝯdi.inſer. In hoc aũt teſtamẽto teſta-
tor premiſerat tres principales ꝯditiones. Prima ⁊ principalis fuit
illa qđ ſi quis dictorũ poſthumorũ.ſ.maſculoꝝ moreretur in pupilla
ri etate vel poſtea qñcũcꝫ ſine filijs legitimis ⁊c.quod vnus moriat̃
alteri.⁊ ſi oẽs morerent̃ ſubſtituit Bellauitã filiã ſuperſtitẽ ⁊ poſthu-
mam vel poſthumas naſcituras ⁊c. ¶ Secũda ꝯditio fuit qđ ſi dicti
poſthumus ⁊ poſthumi primo inſtituti ad lucẽ nõ venirent inſtituit
vniuerſales heredes dictã Bellauitã ⁊ poſthumas ſeu poſthumam
naſciturã ita qđ vna moriat̃ alteri. Tertia ꝯditio fuit ꝙ ſi dicti poſt-
humus vel poſthumi ꝑueniret ſeu ꝑuenirent ad lucẽ reliquit Bella-
uite ⁊ poſthume dotes ſupraſcriptas in qbus hr̃des inſtituit ⁊c. Si
eñ volumus illa verba poſtea in legatis adiecta adueniẽte dicta con-
ditione ⁊c.referre ad hãc vltimã cõditionẽ.ſ.ſi poſthum⁹ vel poſthu-
mi peruenirent ad lucẽ ⁊c.ꝙ videtur fieri debere.qꝛ cõditio in dubio
refertur ad proxima:vt nota.gl.in.l.j.ff.de lega.p̃ſtan.facit.l.qđ tra-
ditum.ff.de ꝯdi.⁊ demõ.certũ eſt legatũ nõ deberi:qꝛ deficit illa cõdi
tio cũ nullus poſthumus ꝑuenerit ita ad lucẽ:ſed poſthuma dunta-
xat q̃ꝙ hoc capite excludant̃ legatarij. Mihi tñ nõ placet vt ad iſtã
cõditionẽ debeãt illa verba referri:qꝛ ſequeret̃ abſurditas ⁊ eſſet intel
lectus ꝯ tacitam volũtatem teſtatoris:ſequeret̃ eñ hoc intellectu re
tẽto qđ pater voluerit magis grauare filios maſculos q̃ꝙ feminas,qꝛ
in euentũ maſculoꝝ relinquebat legata ſecus in euentum feminarũ:
qđ ſonat in abſurdũ ꝓpter ꝯſeruationẽ familie ⁊ agnationis,l.j.ff.de
ven.inſpi.⁊ qđ no.Cy.in.l.ſi.C.de adul. Itẽ eſſet prorſus cõtra inten
tionem teſtatoris:qꝛ magis dilexit maſculos eos primo loco inſtituẽ
do q̃ꝙ feminas quas inſtituit in defectum maſculorũ:preterea ſeque-
retur abſurdũ qđ voluiſſet aliquid relinquere in effectu filijs maſcu
lis cũ mãdaſſet in euentu dicte cõditionis reſiduũ bonorum vltra le-
gata diſtribui in pauperes:qđ non eſt veroſimile.xvij.q.iiij.c.ſin.⁊ in
aut̃.ſi qua mulier.⁊ ibi not.C.de ſac.ſan.eccle. Preterea orireť ex hoc
intellectu quedã cõditio ꝯtra.l.non.ad ea.ff.de conditio.⁊ demõ.reij-
ciendus ergo eſt hic intellectus. Si autem volumus illa verba condi
tione adueniẽte ⁊c.referre ad alia cõditiõem que eſt in medio.i.quod
ſi poſthumi ſeu poſthumus non naſceretur inſtituebat filias feminas
⁊c.etiã ſequit̃ abſurditas:qꝛ eo caſu iſtituit pure filias feminas nihil
eis p̃legãdo:vñ ſi legata haberent hoc caſu locũ ſequeret̃ qđ nihil re-
maneret filiabus cui mãdet oĩa in euentũ ꝯditionis diſtribui pro ani-
ma qđ profecto nõ eſt veriſĩle.argu.in.d.c.ſin.xvij.q.iij.vbi dicit tex.
Qui exheredatis filijs eccleſiã inſtituit heredẽ aliũ querat q ſuſcipiat
quam Auguſtinũ imo deo ꝓpitio neminem inueniet ⁊c. Preterea
hoc videtur cõtra mentẽ teſtatoris qui poſt filios maſculos p̃dilexit
filias feminas:vt ibi patet in ſubſtitutione ⁊ ſcđa inſtitutiõe ergo nõ
eſt veroſimile ꝙ voluerit eas ĩ effectu excludere ꝓpter legatarios.cũ
etiaꝫ non ſit veroſimile qđ quis voluerit alios preferre proprie ſoboli
quinimo improprient̃ verba vt ꝓpria ſoboles preferatur:vt in.l.cuꝫ
acutiſſimi.C.de fidei.⁊ in.l.generaliter.C.de inſti.⁊ ſubſti. Preterea
ſi hũc intellectũ habuiſſet teſtator reliquiſſet filiab⁹ ſaltẽ dotes ſuas
ſicut fecit ĩ caſu quo voluit bona ꝑuenire ad filios maſculos. Reſtat
ergo ꝯcludere neceſſario vt illa verba adueniente dicta ꝯditione ⁊c.
referant̃ ad primã ꝯditionem.ſ.ad caſum quo poſthum⁹ ſeu poſthu-
mi naſcerentur ⁊ morerent̃ ſine liberis quo caſu ſubſtituit filias. Et
qđ ſit iſte intellectus capiendus ꝓbo multipliter. Primo ex ꝓprio ſi
gnificato ṽboꝝ:cũ eñ teſtator in nulla parte teſtamẽti dixerit quod
relinquebat ſub ꝯditiõe niſi in illa prima pte vt patet ex tenore teſta-
menti:ergo illa ṽba adueniẽte dicta ꝯditione ⁊c.debẽt referri ad illã
primam partem:verba eñ expreſſe hoc innuunt:nec ꝯtria mentio ap-
paret:ergo a verbis non eſt recedendum:vt in.l.nõ aliter.ff.de leg.iij.
preſertim hoc dicẽdũ in diſpoſitione idiotaꝝ q nõ capiunt qđ ſit con
ditio niſi exprimatur ſpecialiter ⁊ verba debent intelligi aliqñ groſſo
modo ſm̃ qualitatẽ loquẽtis:vt legitur ⁊ no.in.l.ſi ita ſtipulatus.§.
his quocꝫ.ff.de ver.ob.facit.l.labeo.de ſupel.lega.⁊.c.ex lr̃is.de ſpõ.
cum ſimilibus. Preterea ⁊ ſcđo ex hoc intellectu nulla ſequit̃ abſur-
ditas cũ in hoc caſu filiabus reperit̃ prouiſum de dotibus ſuis:vñ nõ
eſt abſonũ ꝙ teſtator voluerit filijs maſculis mortuis bona diſtribui
in legata ad pias cauſas.arg.in dicta aut̃.ſi qua mulier.ſed ꝓpter ho
norẽ voluit filias ſubſtitutas:et ſm̃ hunc intellectũ teſtator prouidit
filijs maſculis vt perueniẽtes ad lucem haberent omnia bona proui-
dit filiabus de dotibus ⁊ anime ſue poſt mortẽ filioꝝ maſculoꝝ. Ter
tio hic intellectus capiẽdus ⁊ ceteris p̃ferẽdus eſt vt euitetur oĩs ab-
ſurditas ⁊ iuris ꝯuentio:iuxta no.per Bar.in.l.oẽs populi.ff.de iu-
ſti.⁊ iur.⁊ in.l.ꝙ labeo.ff.ad carbo.⁊ ꝓpter abſonum intellectũ euitã
dũ debet fieri relatio ad remota:vt no.in cle.ne in agro.§.ceterũ.de
ſtatu reg.facit.l.nõ ad ea.ff.de ꝯdi.⁊ demonſtr.⁊ qđ no.Bart.in.l.ta-
lis ſcriptura.ff.de lega.j.⁊ in.l.pretor.ff.vi bo.rap.cum ſimi.cum ergo
hic defuerit illa conditio:quia filij maſculi non fuerunt nati ſeu nat⁹
ergo deficiunt illa legata. Et ſi diceres quare non debeantur legata
hoc caſu cum filie reperiantur inſtitute ſicut debentur in alio cũ ſint
ſubſtitute premortuis maſculis cũ in omnẽ euentum bona veniãt ad
ipſas filias ⁊ paria ſunt qđ filij non naſcunt̃ vel qđ moriant̃ in pupil
lari etate. Dico diuerſitatis rõnem eſſe:qꝛ filijs maſculis natis teſta-
tor prouiderat filiabus de dotibus:ideo nõ mirum ſi voluit bona di-
ſtribui in legata ad pias cauſas:ſed eis nõ natis nõ erat prouiſum fi-
liabus de aliquo:iõ voluit bona diſtribui in pauperes ⁊ legatis. Pre-
terea magis qs diligit feminas:quãdo nũcꝫ habuit maſculos q̃ꝙ poſt
natiuitatem maſculorum:vnde filijs maſculis nõ natis inſtituit ſim-
pliciter feminas:eis ṽo natis ſec⁹. Cõcludo ergo qđ in caſu ſupraſcri
pto dicta legata non debent̃ ex ꝯditionis defectu. ¶ Ad ſcđm dubiũ
nunquid dictis duabus Stephane ⁊ Antonie debeatur vſuffructus
bonorum dicti teſtatoris. Uidetur primo qđ ſic:quia lꝫ per illa ṽba
relinquo talẽ dñam maſſariam vt vſufructuariã vt omnium bonorũ
meorũ ex cõmuni ꝯſuetudine ⁊ interpretatione debeantur ſolum ali
menta liberis heredibus inſtitutis:vt not. docto.in.l.vnica.C.ſi ſe-
cundo nup.tamen quando p̃dicto modo ſit legatum ſub cõditione:
puta ſi caſte ⁊ honeſte vixerint ⁊c.⁊ hr̃ditas ꝑuenit ad extraneos de
betur integer ⁊ plenus vſuffructus legatarijs.vt plene Bar.in.l.ti-
tia cũ teſtõ.§.ſi.ff.de leg.ij.cũ ergo in caſu noſtro mortuis filijs here-
ditas peruenit ad non liberos teſtatoris.ergo debet̃ illis integer bo-
norum vſuffructus. ¶ In ꝯtrium qđ nihil debeatur facit quia predi-
cta ꝓcedunt quando fuit legatum pure predictis verbis factũ:ſed in
caſu noſtro fuit adiectũ ſi cũ filijs ſuis in domibus teſtõris manſerit:
vnde cum deficiat hec vltima ꝯditio propter mortem dictarum pu-
pillarum:ergo nihil eis debetur nec obſtat ſi dicat̃ qđ per iſtos lega-
tarios nõ deficit:qꝛ quo ad nullitatẽ relicti paria ſunt qđ cõditio de-
ficiat pro parte legatarij vel caſu fortuito vt ꝓbatur.C.de ꝯditio.in-
ſer.l.ſi a ꝯditione,iuncta.l.ſequẽ.vt ⁊ ibi ꝑ Bal. Ad idem quod legi-
tur in.l.meuia.ff.de annu.leg.⁊ in.l.caio.ff.de ali.⁊ cib.lega.⁊ ꝓfecto
hec pars eſſet verior ſi fuiſſet purũ legatũ vſuffructus:attamen qꝛ in
caſu noſtro fuit legatũ cõmuni cõſuetudine ⁊ interpretatione alimẽ
torum tantum cũ relictum fuit dum caſte ⁊ honeſte vixerint cuꝫ filijs

o

teſtatoꝛis:iuxta not.in.d.l.vnica.C.ſi ſecũdo nup.⁊.d.l.titia cũ teſta-
mento.§.fi.ſpeciale eſt fauoꝛe alimẽtoꝛũ vt nõ extinguat̃ etiã per ca-
ſum foꝛtuitũ ſeu per moꝛtẽ illoꝛũ cũ qbus debebãt habitare:ſatis eñ
eſt qð non deficiat per legatarios:vt eſt tex.expꝛeſſus in.l.illis libe-
ris.ff.de ali.⁊ cib.leg.⁊ vtrobiq; hoc firmat Bar.¶Ex quibus cõclu
do qð etiã poſt moꝛtem filiarũ debẽtur dictis dominabus alimenta
que debẽt exhiberi ſꝫ facultates defuncti ⁊ charitatẽ ꝙ habuit teſta
toꝛ in legatarios,iuxta id qð plenius legit̃ ⁊ no.in.l.penul.ff.de ali.⁊
ciba.leg.¶Et per hec decidit̃ tertiũ dubiũ quid ſi dña Antonia vxoꝛ
teſtatoꝛis tranſit ad ſcða vota nũquid accreſcat dñe Stephane mr̃i
teſtatoꝛis,⁊ certe dico qð non ſed ſolũ debent̃ alimenta ſicut pꝛius qꝛ
in alimẽtis nõ hꝫ locũ ius accreſcẽdi etiã ſi vſuſfructus alicuius ꝑdij
eſſet relictus pꝛo alimẽtis,ſꝫ pars deficiẽtis accreſcit heredi ſeu ꝓpꝛie
tario,vt eſt tex.valde no.in.l.dñs.ff.de vſufru.facit qð no.in.l.illis li-
beris.ff.de ali.⁊ ciba.lega. Nico.Abbas.

¶Caſus conſilij ſequentis.

Stante ſtatuto quo cauet̃ quod

vir lucret̃ tertiã partẽ dotis vxoꝛe pꝛemoꝛiente ſine filijs ſi vxoꝛẽ du-
xerit ad domũ ⁊ cũ ea habitauerit vel ad habitãdũ ierit cũ ea ⁊c.Que
rit̃ an is qui duxit mulierẽ per verba de pſenti eãq; traduxit ad domũ
ſue ſolite habitationis ⁊ cũ ea familiariter habitauerit gaudeat bñfi-
cio ſtatuti:pꝛedicta cõiuge ſeu ſponſa decedente in domo ipſius viri
antequam matrimonium eſſet carnali copula conſummatũ.

¶Conſilium.lxxix.

1 ☞ Uerba:maritus ⁊ vxoꝛ quandoque capiuntur ſtricte,quandoq;
large:quandoq; largiſſime.
2 Sponſa dicitur quaſi pꝛomiſſa.
3 Significatum debet ceſſare ceſſante ratione ſtrictiſſimi ſignificati.

Chriſti eiuſq; matris nomi-

nibus inuocatis.Uidet̃ pꝛimo qð non,qꝛ ſtatutum facit
mentionẽ de vxoꝛe ⁊ viro:ſed appellatione vxoꝛis ⁊ viri
qñq; intelligunt̃ illi dũtaxat q matrimoniũ ꝯſummauerũt per carna
lem copulã vt ꝓbat̃ in.c.ex publico.in fi.de cõuer.cõiu.tũc eñ matri-
moniũ eſt perfectũ quo ad ſui eſſentiã ⁊ ſignificatũ:vt in.c.debitum.
⁊.c.nuper.de big.facit qð no.gl.in.c.quapꝛopter.xxvij.q.ij.Qñq; ve-
ro intelligunt̃ illi qui cõtraxerũt per verba de pſenti duntaxat citra
carnis copulã,vt ꝓbat in.l.cui fuerit.de cõdi.⁊ demõ.⁊.l.iij.ff.de do.
inter vi.⁊ vxo.iuncta gloſſ.in verbo concubine.⁊ inſti.de nup.§.nu-
ptias.⁊ ibi bona glo.pꝛobat̃ etiam per multa iura canonica quibus
cauetur qð ſolus conſenſus de pꝛeſenti facit matrimoniũ quo ad ſui
eſſentiam ⁊ poſſint illi dici maritus ⁊ vxoꝛ.vt in.c.fi.de ſponſ.duo.et
xxvij.q.ij.ſufficiat.⁊.c.cũ initiatur.cum multis terminis ibi ſequenti
bus pꝛobat etiã diffinitio matrimonij:que habetur ⁊ declaratur per
glo.ea.cã,⁊.q.in pn.⁊ inſti.de nup.in pꝛin.vbi bonus tex.cum gl.facit
etiam.c.vnicũ de voto.lib.vj.Quandoq; vero verificant̃ illa ỽba ma
ritus ⁊ vxoꝛ in ſponſis de futuro duntaxat ex quadam benigna inter
1 pꝛetatione:vt eſt tex.nota.in.l.nõ ſine.C.de bonis q̃ liber.¶✝Ex qui
bus poteſt inferri qð hec verba maritus ⁊ vxoꝛ quãdoq; capiuntur.
ſtricte ⁊ ſignificãtur illi qui matrimoniũ cõſummauerunt.Quãdoq;
large denotantur illi qui matrimoniuꝫ per verba de pꝛeſenti dunta-
xat cõtraxerũt.Quandoq; largiſſime cõpꝛehendunt̃ ſpõſus ⁊ ſponſa
per verba de futuro.Cũ ergo in caſu noſtro ſumus in materia penali
cum ſtatutũ diminuat patrimonium mulieris.l.iij.ff.de dam.infect.
no.Jo.an.in.c.fi.de ele.li.vj.Jtẽ eſt odioſuꝫ quaten⁹ deuiat a diſpo-
ſitione iuris ſm quam nihil lucratur maritus moꝛtua vxoꝛe vt in.c.
j.⁊.c.nuper.de don.inter vir.⁊ vxo.⁊ de dote poſt di.reſt.C.de rei vxo.
ac.l.vna.deberent verba ſtrictiſſime interptari vt minus ꝙ fieri poſ-
ſit recedatur a iure cõi ⁊ alter ledatur:vt in.c.j.⁊.ij.de fi.pſby.lib.vj.⁊
l.ſi pñs.⁊.l.interpꝛetatione.ff.de penis.⁊.l.iij.§.hec aũt ỽba.⁊ quod
ibi no.ff.de neg.geſt.⁊.c.cum dilectus.de cõſue.regula odia.⁊ regula
in penis.de reg.iu.lib.vj.cum multis ſimilibus.Jntelligatur ergo in
materia noſta in ſtrictioꝛi ſignificato.⁊ ſic intelligat̃ de illis qui ma-
trimonium conſummauerunt.¶Sed his non obſtantibus contra-
rium arbitroꝛ in caſu noſtro de iure pꝛeualere,vt ſcꝫ dictus vir qui cõ
traxit per ỽba de pſenti ⁊ eã traducit in domũ ſuã,⁊ cuꝫ ea familiari
ter habitauerit gaudeat bñficio ſtatuti pallegato.Moueoꝛ pꝛimo
qꝛ ad hãc interpꝛetationẽ faciẽdã verba ſtatuti nõ reſiſtũt.imo omni
no ſuadent.Requirũt eñ dicti ſtatuti verba tria.Pꝛimo qð ſit vxoꝛ.
ſcðo ꝙ ſit ducta ad domũ viri.tertio ꝙ cũ ea habitauerit vel ad habi
tandũ cum ea iuerit:que quidẽ verificata pꝛoꝛſus fuerunt in caſu no-
ſtro.Pꝛimo eñ vxoꝛ eſt ex quo cũ illa cõtraxit matrimoniũ per ỽba
de pꝛeſenti:licet illam non cognouerit:vt in iuribus ſuperius allega-
tis.⁊ iſte poteſt dici vir iſtius mulieris,vt etiaꝫ pꝛobatur in euange-
lio.Genuit Joſeph virũ Marie:alibi angelus.Noli timere Joſeph
accipere Mariã cõiugẽ tuam ⁊c.que verba tranſſumptiue habentur
in.c.Joſeph ⁊.c.pꝛiuſquã.xxiij.q.ij.vbi aperte decidit̃ qð ex quo in-
teruenit cõſenſus de pꝛeſenti maxime ſecuta cõmuni habitatiõe pñt
dici maritus ⁊ vxoꝛ,ſeu vir ⁊ cõiunx ſicut in cõiugio qð veruꝫ fuerit
inter beatã Mariaꝫ ⁊ Joſeph,licet nũꝙ interuenit carnalis copula
vt ibi.⁊ in.c.oẽ itaq;.⁊ ea.cã,⁊.q.hoc apertiſſime fuit de mẽte huius
ſtatuti in quo appellatur vxoꝛ anteꝙ ſit ducta,⁊ ſic ante ſecutã car-
nalem copulã.ar.in.c.inſtitutũ.ea.cã,⁊.q.non eñ poteſt dici ſpõſa ex
2 quo interuenit cõſenſus de pꝛeſenti.✝Quia ſponſa dr̃ quaſi pꝛomiſ-
ſa.dicuntur enim ſponſalia a ſpõdeo ſpondes qð idẽ eſt qð ꝓmitto
ꝓmittis,vt legitur ⁊ no.in.c.noſtrates.xxxv.q.v.⁊ ſuper rubꝛica de
ſpõſa.ſed ex quo ꝯctum eſt matrimoniũ nõ põt dici pꝛomiſſa ſed cõ-
iugata ⁊ vxoꝛ.d.l.non ſine.C.de bonis que liberis.⁊.d.c.ſufficit.cum
alijs iuribus ſuperius allega.Scðo iſta mulier fuit ducta ad domũ.
Tertio habitauit cum viro ſuo:lꝫ non fuerit cognita carnaliter:naꝫ
ad ſignificatũ huius verbi cohabitauerit nõ requirit̃ carnalis copu-
la lꝫ cõſoꝛtium cõis habitaculi,vt ꝓbatur expꝛeſſe in materia noſtra
in.d.c.pꝛiuſꝙ.xxvij.q.ij.Ex quo ergo ỽba interpꝛetationẽ impoꝛtãt
nec cõſtat de cõtraria intentione ſtatuentiũ non eſt a verbis recedẽ-
duꝫ.l.nõ aliter.ff.de le.iij.⁊ ſufficit ita ſcriptum eſſe.l.ꝓſperit.ff.qui ⁊
a qui.⁊.c.ſcriptũ eſt.vj.q.iij.quinimo ſi volum⁹ cõiecturare rationeꝫ
⁊ mẽtẽ ſtatuentiũ non deuiabat a ſupꝛaſcripta interpꝛetatione:ſed
potius illã coꝛroboꝛauit:lꝫ eñ in dicto ſtatuto nõ ſit expꝛeſſa aliqua
ratio:tñ licituꝫ eſt cõiecturare rationẽ naturalem que potius moue-
ret ſtatuẽtes.⁊ ſm illam cõiecturã poſſumus ⁊ debemus ſtatutũ ex-
tendere vel reſtringere,vt no.Bal.in.l.maximuꝫ vitiũ.C.de lib.pꝛte.
⁊ in.l.ſcire opoꝛtet.ff.de excu.tuto.⁊ Cy.in.l.nõ dubiũ.C.de legi.fa-
cit qð no.Dy.in regula ſi.de re.iu.li.vj.ꝑ hoc tex.in.d.l.ſcire.§.ſuffi-
cit.vt allegat̃ naturalis iuſtitia ad cõiecturandã mentem diſponen-
tis.⁊ illa debet pꝛeſumi ratio legis qua veriſimiliter fuit mot⁹ diſpo
nens,vt no.gl.in.l.tale pactum.ff.de pac.ſed ratio ſtatuti deferentis
lucrũ ſoluto matrimonio viro ⁊ nõ vxoꝛi non põt dici qð ſit pꝛopter
copulã carnalem:qꝛ hec ratio reperitur pariter in vtroq; non autem
quo ad debitũ carnale ad paria iudicãtur,vt in.c.ꝙto.⁊.c.gaudem⁹.
de diuoꝛ.imo potius deberet̃ lucrum vxoꝛi que perdidit virginitatẽ:
que eſt altera dos:⁊ multa ſeruitia viro impẽdit pſertim circa ſobo-
lem vt in.l.aſſiduis.C.q po.in pig.ha.nec virginitas põt amplius re
ſtitui.xxxij.q.v.paulus.nec poteſt cõiecturari quod fuerit ꝓpter affe
ctionẽ coniugalẽ ſeu reliquias mr̃imonij ſoluti:qꝛ hec rõ etiã militat
in vxoꝛe:hinc eſt qð lex nõ vult valere pactũ de lucro captãdo qn ſit
vtriq; cõiugi cõe:vt in.c.fi.de do.poſt.di.reſti.facit qð habetur ĩ aut̃.
de equali.do.§.hoc igit̃.⁊ in aut̃.ſed iã neceſſe.C.de do.ante nupt.nõ
ergo põt aſſignari alia bona rõ:niſi qꝛ maritus ſuſtinẽdo onera mr̃i-
monij incurrit multa dãna.⁊ lꝫ ad hec ſuppoꝛtãda habeat dotem:vt
in.c.ſalubꝛiter.de vſu.⁊.l.ſi cõſtãte.ff.ſol.mat.tñ vt plurimũ non ſuf
ficit dos ad hec onera:qnimo tñ fiũt ſumpt⁹ in veſtibus ⁊ oꝛnamen-
tis qð dos in illis cõſumit̃.Hãc rõnẽ poſuit Bal.in.l.nõ ſine.palle.⁊
Bar.in tractatu de duob⁹ fratrib⁹.vbi ꝑ hãc rõnẽ dixit notabile ver
bũ qð ſi pr̃ ſubſtituit onera mr̃imonij ipſi⁹ qð illð lucrũ qð acquirit̃
marito vigoꝛe ſtatuti cedit pr̃i.qꝛ vr̃ ꝓuenire pꝛopter bona pr̃na ex
qbus ſuſtinet onera ipſius mr̃imonij.⁊ ſic vides quod nõ hr̃ reſpect⁹
ad copulã:al's pater nihil lucraret̃ q̃ qdem nõ reperit̃ in caſu noſtro:
nã vt pꝛeſupponit̃ in caſu:vir duxit mulierẽ ad domũ ⁊ faciebat oẽs
expẽſas ſicut ſolet facere maritus vxoꝛi ſecũ cohabitãti:ꝑparauerat
vt audio multas veſtes ⁊ multa ꝑparatoꝛia facerat vt cũ ea poſtea
cũ ſolita ſolẽnitate ꝯuiuioꝛ mr̃imoniũ cõſummaret:dꝫ ergo gaude-
re bñficio ſtatuti cũ ỽba ⁊ mens ſtatuti naturalis ſuadeant:ad idem
tex.⁊ ibi expſſe tenuit Bar.in.l.deo nobis.C.de epiſ.⁊ cle.ſtatutũ eñ
nõ reqrit traditionẽ cũ ſolẽnitate:ſꝫ ſolũ cõtẽtat̃ ꝙ fuerit ducta ⁊ cũ
ea habitauerit:qꝛ ꝑ cohabitationẽ ſuſtinent̃ onera matrimonij:imo
plus dt ſtatutũ.ſ.ſufficere ꝙ iuerit vir ad cohabitãdũ cuꝫ ea:q̃ verba
ſunt multũ põderãda:innuũt eñ ꝙ lꝫ nõ multũ cohabitauerit:tñ ex
quo iuit aĩo cũ ea habitãdi gaudet bñficio ſtatuti ⁊ ſic nõ reqrit̃ ꝙ fe
cerit multas expẽſas inducẽdo vl' cõmoꝛãdo:ſicut eñ marit⁹ iuit ad
habitãdũ cũ ea nõ eſt opus ſolẽni traductiõe:⁊ nihilomin⁹ ſtatutum
aſſerit lucrũ marito.ergo ꝑcedẽs pars q̃ loquit̃ qñ mulier ducitur ad
domũ mariti vt cũ eo habitet dꝫ intelligi etiã ſine ſolẽni traductiõe:
cõtentat̃ eñ ſtatutũ de effectu ⁊ nõ curat de mõ:hec vltima cõſidera
tio eſt ꝑfecto optima in fauoꝛẽ viri:nã rõ ſtatuti dꝫ eſſe vnifoꝛmis in
c.maioꝛes.de baptiſmo.cũ ſimi.Nõ obſtat motiuũ ſupꝛa in ꝯtriuꝫ foꝛ
matũ ꝓcedit eñ qñ querit̃ de matrimonio ꝓpter ſuũ perfectũ ſignifi
catum,vt iuribus ibi allega.ſecus qñ ſit mentio de mr̃imonio ſeu de
marito ⁊ vxoꝛe ad aliũ finẽ,vt cõtingit in caſu noſtro.tũc eñ ỽba ac-
cipiunt̃ ꝓpꝛie:qꝛ nõ ſubeſt rõ capiendi illud ſtrictiſſimũ ſignificatũ.
3 ✝Nã ceſſante rõne illi⁹ ſtrictiſſimi ſignificati dꝫ ceſſare illud ſignifica
tum.c.cũ ceſſante.de appel.cuꝫ ſimi.at in caſu noſtro nõ ſit mẽtio de
marito ⁊ vxoꝛe ꝓpter ſignificatũ perfectũ matrimonium ſed ꝓpter
onera matrimonij,vt pꝛedixi.Et hec ſufficiant. Nico.Abbas.

¶Caſus conſilij ſequentis.

Caſus in effectu cõtingens ſup

quo qs ius poſtulet q̃rit̃ talis eſt.quidã Angeletus hebꝛeus cõuenit
cũ magnifico cõi Floꝛẽtie ꝑ certa pecuniarũ quãtitate annuatim di-
cto cõi

eti cōi Florētie ſoluēda:vt poſſit libere ſe ſuoſqꝫ filios ⁊ heredes fa-
mulos factores ac ſocios habere p̄ſtū ⁊ illū exercere in terra collis ꝑ
tꝑe qnqꝫ annoꝝ. Itē ꝙ lʒ dicto Angeleto ſuos ſocios noīare ītra cer
tū tꝑs ī capitulis cōtētū:demū anteq̄ ſocios noīaret dictꝰ Angele
tus vita functꝰ eſt q̄rit̄ an liceat heredibꝰ dicti Angeleti ſocios no-
minare cū ſint ītra tꝑs quo liceret dicto Angeleto ſi viueret noīare.

¶ Conſilium.lxxx.

1 ☞ Venditio nec locatio non cōſtat ſi pretium ſeu merces fuit re-
poſita in arbitrio tertij.
2 Teſtator ſi dixit īſtituo talē hrdē ſub cōditiōibꝰ infra ſcriptis ſi poſt
ea nullā cōditionē expreſſit vʒ hrdis inſtitutio ac ſi pure fuiſſet facta.
3 Arbitrium ſi apponitur rei ſubſtantiate deficiente arbitrio non ex-
pirat id quod principaliter agitur.
4 Iudicium heredis non eſt iudicium defuncti.
5 Regula quod omnis pactio ſiue conſiſtat in dando ſiue in faciendo
ſiue ſit mixta tranſit in heredem ne iudicium defuncti per varias ſi-
multates corruat quomodo intelligatur.

Omnipotētis dei poſtulato
ſuffragio ꝓ deciſiōe p̄ntis materie duo ſunt principaliter
examināda. Primū nūquid ꝑ mortē dicti Angeleti ante
nominationē ſocioꝝ factā dictus contractus penitus corruerit,vt
hincinde nulla remanſerit obligatio. Scđo preſuppoſito ꝙ p̄ncipa-
lis ꝯctus cū dicto Angeleto initus manſerit ⁊ trāſiuerit in heredes
ipſius Angeleti an liceat ipſis heredibꝰ ſocios iuxta pacta ⁊ capitu-
la cōuēta nominare:⁊ hoc intra tꝑs quo licuiſſet dicto Angeleto il-
los noīare. ¶ Venio iuxta ordinē ad primū ⁊ videt̄ ꝙ per dicti An-
geleti mortē dictus ꝯctus penitus ſit annulatus per.l.fi.C.de cōtra-
hen.emp.⁊.l.ſi merces.in prin.ff.locati.in quibꝰ iuribus† qđ nec ven
1 ditio nec locatio cōſtat ſi p̄tiū ſeu merces fuit repoſita in arbitrio ter
tij illo nolente aut nō valente ſeu arbitriū in iudiciū declarare:quaſi
locatio vel vēditio ſit facta ſine mercede ſeu pretio ſine qbus talis cō
tractus cōſiſtere nō poteſt.inſti.de emp.⁊ vēdi.§.p̄tiū. Sʒ in caſu no
ſtro mortuus eſt dictꝰ Angeletus q debebat ſocios noīare ſine qui-
bus cōtractus non videtur cōſiſtere ergo dictus contractus prorſus
corruit. ¶ Sed his nō obſtantibus cōtrariū arbitror firmiter de iure
preualere. Moueor p̄ncipaliter:qꝛ in caſu noſtro ꝯctꝰ fuit firmꝰ in
perſona dicti Angeleti q erat principalis in cōuētiōe illa vt clare col
ligit̄ ex tenore dictoꝝ capituloꝝ.ipſe em̄ ꝓ ſe ⁊ ſuis heredibꝰ ſe obli
gauit firmiter ad ſolutionē annuatim faciēdā dicto cōi Florētie:⁊ vo
luit qđ illa capitula ita cū factore ſuo ſeruarent̄ ꝓ ſe ⁊ ſuis hrdibus.
Itē clariꝰ colligit̄ ex alio capitulo quo cauet̄ qđ nō liceret dicto An
geleto ſocios nominare niſi vſqꝫ ad certum tꝑs:⁊ ſic eo nō nomināte
remanebat ꝯctus validus ꝓ eo duntaxat ⁊ ſuis heredibꝰ. Cum ergo
contractus habuerit ſua ſubſtantialia in perſonā dicti Angeleti:lʒ
aliqua accidētalia circunferētia eſſent per dictū Angeletū intra cer-
tum tꝑs exprimēda:non dʒ irritari ꝯctus ſi illa accidentalia non in-
teruenīant.i.ſi ſocios nō nominauerit:hoc videtur optime in ſi͠li ꝓ-
2 bari in.l.penul.C.de inſti.⁊ ſubſti.vbi patet† qđ ſi teſtator dixit inſti
tuo talē heredē ſub cōditionibus infraſcriptis poſtea tñ nullā condi
tionē exp̄ſſit ꝓinde vʒ heredis inſtitutio ac ſi pure fuiſſet facta:hoc
etiaʒ ꝑ illū tex.fuit generaliter de mēte Bal.in.l.fi.C.cōia de leg.vbi
3 voluit† qđ ſi arbitriū apponit̄ rei ſubſtātiate.i.ꝑfecte:puta in acceſſo
rijs deficiēte arbitrio non expirat id qđ p̄ncipaliter agitur: ad quod
etiā facit.l.officio.ff.de cōtrahē.emp.ſecus ſi apponitur rei ſubſtātia
te.i.cōtractui faciēdo quo caſu ꝓcedit cōtrarium.ʒ.formatum: nam
ſine pretio non poteſt dici emptio nec locatio:vt in iuribus p̄allega-
tis merito per mortē illius qui habebat arbitraria ſubſtātialia ꝯctus
expirat ꝯctus:quia hoc caſu a perſona arbitrante non receditur.l.ſi
quis arbitratu.ff.de ver.obli.ſed in caſu noſtro ſecus eſt: qꝛ ſocij non
erāt de ſubſtantia illius contractus cū dictus Angeletus ſe p̄ncipa-
liter obligaſſet ⁊ ſocioꝝ nominatio fuit poſita in optione ſua:vñ vi-
uens potuiſſet aliquē nominare ꝯtractu in ſuo robore ꝑmanente.vt
clare colligit̄ ex dictis capitulis:cōcludo ergo quo ad primū qđ ꝯtra
ctus ille remanſit validus ⁊ tranſiuit in heredes Angeleti cū pro ſe ⁊
ſuis hrdibus cōueniſſet. ¶ Idē etiā fuiſſet ſi expreſſe nō feciſſet de he
redibus mētionē:qꝛ regulariter oīs ꝯctus tranſit in heredeʒ actiue ⁊
paſſiue:licet de eis nō fuerit cautū:vt in.l.veteris.C.de ꝯhē.et ꝯmit.
ſtipu.⁊.l.ſi pactū.ff.de ꝑb.cum ſimili. ¶ Circa ſcđm magis dubitabi
le an poteſtas nominādi ſocios tranſiuit in heredes dicti Angeleti
ex quo ꝯctus principalis in eū trāſit. Videtur primo quod non quia
cū illa nominatio dependeret a iudicio ⁊ volūtate dicti Angeleti nō
poteſt tranſire in heredē:qꝛ heres non pōt interpretari voluntatem
⁊ iudiciū defuncti vt no.gl.in.l.idē pōponius ſcribit ſi frumētū.ff.de
4 rei ven.⁊.l.inter ſtipulantē.§.j.ff.de ver.obli. Probat̄ ratione† nā iu-
dicium heredis nō eſt defuncti cū ſit magna inter eos differentia.l.ſi
nō ſortē.§.libertus.ff.de cōd.ind.⁊.l.inter artifices.ff.de ſo. Hinc eſt
quod cōiter dicūt doctores qđ vbicunqꝫ aliqd inheret mere ꝑſone ꝯ
hentis illud nō trāſit in hrdē:vt no. Bar.in.l.ea.ff.de verbo.obli.⁊ in
l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſda.cog.probatur in.l.vna.§.ne antē.de cadu.
tollen. Sed contrariā ſnīam arbitror in caſu noſtro de iure veriorem
Moueor p̄ncipaliter per.l.veteris.C.de ꝯhē.⁊ commit.ſtip.vbi dat̄
5 regula† quod oīs pactio ſiue ꝯſiſtat in dādo ſiue ī faciēdo:ſiue ſit mix-
ta tranſit in hrdē ne iudiciū defuncti ꝑ varias ſimultates corruat:et
eſt de mēte illiꝰ tex.quod oē id quod cōmode pōt adimpleri ꝑ hrdes
ſicut per defunctū tranſit in hrdē:ſicut ex quo contractus ⁊ facultas
exercēdi preſtū tranſit in hrdē,vt ſupra dictū eſt preſuppoſita validi-
tate ꝯctus:ergo ⁊ poteſtas ꝯhendi ſocietatē ⁊ per cōſequens ſocios
nominandi:nō em̄ apparet quare hoc debeat magis cōuenire dicto
Angeleto defuncto q̄ ſuo heredi:ꝓ hoc facit theorica Bar.in.l.ſi qs
arbitratu.ff.de ver.obli.in illa q̄ōne an cōpromiſſum factū tāq̄ in ar
bitrum tranſeat in heredē,cū al's factū tanq̄ in arbitrū nō tranſiret,
vt in.c.ſi.de arb.⁊ in.l.diē ꝓferre.§.j.ff.eo. Et cōcludit quod aut aſſu
mit̄ arbiter ſuꝑ ꝯctu celebrando ⁊ nō trāſit ſicut dicit̄ in arbitrio aut
aſſumit̄ ſuꝑ iam celebrato puta ſuꝑ acceſſorijs:⁊ tūc ſicut cōtractus
ipſe tranſit in heredē.ita ⁊ ipſum cōpromiſſum rōne acceſſorij.ar.in
l.fundi vēditor.ff.de ꝯhē.emp.⁊ in.c.ſi ſuꝑ gratia.de offi.dele.lib.vj.
Itē dicēdū in ſimili quod cū noīatio ſocioꝝ veniat acceſſorie ad con
tractū p̄ncipalē qui tranſit in heredē debet ip̄a nominatio tranſire,
quod vr̄ expreſſe de mēte Bal.poſt Butri.in.d.l.fi.C.cōia de leg.vbi
volūt ꝙ ex quo cōtractꝰ nō corruit deficiēte arbitrio:qꝛ arbitriū ver
ſat̄ circa accidētalia pōt ſuppleri qđ ipſi ꝯtractui deeſt. Preterea ad
hāc ſnīam adduco theoricā Bar.in.l.ſi quis a filio.§.fi.ff.de leg.j.vbi
aperte limitat illā regulam vulgatā quod heres non pōt interpreta
ri volūtatē ⁊ iudicium defuncti vt habeat locū quando ex illa inter-
pretatione reꝰ venit condēnandus ſeu poſſet damnū pati vt tolleret̄
alteri defenſio:qbus caſibꝰ dicunt̄ ꝓcedere cōtraria:ſecus autem vbi
ex illa declaratione nemo venit cōdēnandus vel dānificandꝰ:lʒ for-
te poſſet ꝑ interpretationē reſtringi lucrū vt optime ꝓbat̄ ī.d.l.ſi qs
a filio.vbi aperte colligit̄ quod ſi defunctus legauit alicui ſtichū ſer-
uum ⁊ nō apparet de quo Sticho ſenſerit cū plures haberet ſeruos
eiuſdem nominis:declaratio pertinet ad heredē:q declarādo pōt re-
ſtringere lucrum legatarij:quia forte teſtator ſentit de meliori ⁊ hrs
poterit eligere mediocrē ſeu viliorem. Si ergo heres declaret volūta
tem defuncti vbi pōt alter aliquale intereſſe p̄tēdere:puta circa ma-
ius lucrū ergo fortius debet in caſu noſtro hrs dicti Angeleti poſſe
declarare ſocios ſuos:cū nullū intereſſe poſſit inter volūtatē defun-
cti ⁊ heredis cōitas Florentie pretendere. Ad idē facit optime.l.fi.C.
cōmunia de lega.prealle.vbi ſi teſtator legauit alicui vnū ſeruum:et
dedit optionē tertio ſi ille nō vult aut nō poteſt qꝛ mortuꝰ eſt elige-
re:deuoluitur poteſtas eligendi ad ipſum legatariū de cuius commo
do p̄ncipaliter agit̄:ita dicamus in ꝓpoſito qđ ſi defunctus Angele
tus non valet ſocios nominare debet ptās cōtrahendi ſocietatem et
ſocios nominādi tranſire in heredē ad quā tranſit dictus ꝯctus prin
cipalis ⁊ ipſius commoditas:nec debet quis admitti ad cōtradicen-
dum,qđ ſibi nō ꝓdeſt ⁊ alteri nocere intendit.l.j.§.deniqꝫ.ff.de aqua
plu.arc.⁊ heres ⁊ defunctus cenſentur eadem ꝑſona.in aut̄.de iureiu
ran.quod preſta.ab his.maxime cū filius eſt heres.l.fi.C.de impub.et
alijs ſubſti.⁊.xxij.q.vj.his autoritati.nec ob.ſi dicat̄ qđ ſalteʒ dʒ adi
ri bonus vir.i.iudex vt ſocios declaret:non autem debet heres decla
rare:vt.d.l.officio.ff.de cōtrahē.empt.⁊.l.domum.eo.tit.quia dico il
lud procedere quando quis arbitraret̄ ad cōmodū proprium ⁊ in al-
terius preiudicium:qđ in caſu noſtro ceſſat:tum quia nō agit̄ de pre-
iudicio cōitatis Florentie:tum quia in caſu noſtro nō tertius:ſʒ ipſe
Angeletus habebat nominare vñ ſicut defunctus poterat nomina-
re:⁊ ita ipſe heres debet poſſe. Abſurdum enim eſſet qđ iudex debe-
ret nominare ſocios cum ſocij eliguntur ex ſpontanea volūtate adeo
quod nemo poteſt ſuis heredibꝰ imponere vt certos ſocios habeāt.
l.nemo poteſt.⁊.l.adeo.⁊.l.cum duobus.§.idē reſpondit.ff.pro ſocio.
Et hec ſufficiant. Nicolaus abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Ex themate mihi narrato tria
in effectu dubia veniunt diſcutiēda ad clarā facti deciſionē. ¶ Pri-
mum nūqd dictus ſer Stephanus debuerit ſeu potuerit ſepeliri ī lo
co ſacro cū diceret̄ fenerator ꝑ publicā famam ac etiā de fauore ꝓba-
ri pōt per teſtes quibus fuit feneratum. ¶ Scđo preſuppoſito non
debuerit in loco ſacro ſepeliri:an debeat nunc exhumari,⁊ de loco ſa
cro procul abijci,ſi probari poteſt eum fuiſſe vſurarium in vita mo-
do predicto. ¶ Tertium dubium ad cuius inſtantiam ſeu accuſatio
nem vel proceſſum poterit iſta exhumatio fieri.

¶ Conſilium.lxxxj.

1 ☞ Fama cum alijs adminiculis ſufficit ad probandum quem vſura
rium manifeſtum.
2 Poſſeſſio diuturna ad hoc vt ꝓbetur nō obſtat ſi vnus teſtis dicat
de vno tempore alius de alio.
3 Mulier palā dr̄ queſtum facere:licet in publico ſe non proſtituerit ſʒ
in domo ſua vel alterius cuilibet indifferenter poſtulanti.
4 Eps̄ poteſt exercere penas laterañ.concilij contra vſurarios.
5 Legatus etiam cardinalis non poteſt diſpenſare contra concilium

IEſu chriſti ſaluatoris pre/
ſidio prius deuote inuocato. Videt̃ qꝺ dictꝰ ſer Stepha
nus licite poterit in ſacro ſepeliri: qꝛ iura excludũt ab ec-
cleſiaſtica ſepultura manifeſtos vſurarios dũtaxat: vt in.c.qꝛ in oĩbꝰ.
de vſur.⁊ cle.eos.de ſepul.ſer Stephanus non probat̃ qꝺ fuerit ma-
nifeſtas vſurarius ſiue capiamus manifeſtus ꝓ notorio: ſiue in ſua
ꝓpria ſpecie: ꝓut differt a notorio: nã iſte nõ põt ꝓbari vſurariꝰ niſi
ꝑ famã que nõ inducit notoriũ nec manifeſtũ: vt plene not.in.c.vꝛa.
de coba.cle.⁊ mu.⁊ in.c.cũ in dioceſi.de vſur.vbi expreſſe patet qꝺ ſo
la fama nõ ſufficit vt quis dicat̃ manifeſtus vſurarius: ad idẽ qꝺ no.
Bar.in.l.de minore.§.tormẽta.ff.de qꝺ.nec teſtes qbꝰ dꝛ fuiſſe fene-
ratum probant illũ vſurariũ manifeſtũ: tñ qꝛ in proprio facto depo-
nunt ergo non dꝫ eis dari fides: qꝛ lꝫ ꝯ ſe qs poſſit teſtificari: pro ſe tñ
minime.xiiij.q.ij.i prin.⁊ in.c.nullus.ff.de teſt.⁊.iiij.q.iij.nullus.tum
qꝛ ſunt ſingulares in dictis eorũ cũ qlibet deponat ſibi fuiſſe fenera-
tum ſingulares aũt teſtes nõ probãt.vt in.c.cũ dilecti.de elec.⁊ in.c.
tã literis.de teſti.cũ ſimi.⁊ pſertim nõ ꝓbant qualitatẽ manifeſti cũ
ipſis ſingulariter adbibitis fenus fuerit exercitatũ: manifeſtũ enim
reſultat ex actibus palã ⁊ publice geſtis: vt i.c.j.de poſtu.prela.⁊ no.
in.d.c.veſtra. ¶ Sed bis nõ obſtantibus ꝯuã ſñiam dico de iure me-
ro p̃ualet. Et primo de hoc arbitror eſſe caſum expreſſuꝫ in.d.c.cũ in
1 dioceſi.de vſur.vbi clare liquet† qꝺ fama cũ aliis adminiculis ſufficit
ad probandũ quẽ vſurariũ manifeſtum vt excludatur ab eccleſiaſtica
ſepultura.⁊ idẽ ibi gl.Jo.an.ſatis ſentit gl.ſna in.c.de vſur.lib.vj.in
verbo manifeſtos in fine.ſequit̃ Ang.de peruſio in quadã ſua diſpu-
tatione: que incipit aſtenſis miles. ⁊ Fede.de ſenis cõſi.lxij. vbi dicit
ſolã famã ſufficere cũ quibuſdã adminiculis cũ agit̃ vt vſurarius ar-
ceat̃ a ſepultura eccleſiaſtica: ⁊ vt remoueat̃ a cõione altaris: ⁊ vt nõ
recipiant̃ ab eo oblationes: ⁊ ſic quo ad penas contentas in concilio
generali: de quo in.c.qꝛ in omnibus.de vſu.ad illud eñ conciliũ ſe re-
fert in.d.c.cũ in dioceſi. Sed in caſu noſtro cõcurrit primo fama pu-
blica: vt preſupponit̃ in facto. Jtẽ dictũ multorũ teſtium quibꝰ fuit
feneratũ qꝺ negari nõ põt quin faciãt in caſu noſtro adminicula cuꝫ
nõ agat̃ in ipſorũ cõmodo: ſed ſolũ de pena ſpirituali vñ ſic deponũt
legatarij pro validitate teſtamẽti cũ principaliter nõ agit̃ de eorũ cõ
modo: lꝫ ſecundario redũdet ad eorũ cõmodũ.vt inſti.de teſt.§.lega-
tarij.facit.l.dictantibus.C.eo.⁊ qꝺ no.in.c.j.de teſt.⁊ doc.in.c.inſup.
eo.ti.ita fortius potuerunt iſti deponere ad ꝓbandũ illud vſurarium
preſertim cũ ſolum nunc agit̃ ad penam ſpiritualem: nec agitur prin
cipaliter vel ſecundario de eorũ cõmodo qnimo voluit dñs Ang.de
peruſio in dicta diſputatione qꝺ vbi ſolũ agit̃ ad probandũ quẽ ma-
nifeſtũ vſurariũ: teſtes quibus fuit feneratũ plene ꝓbant ex quo non
agit̃ de eorũ cõmodo principaliter ⁊ ſic nõ deponũt in facto proprio:
nec obſtat qꝺ ſint ſingulares: qꝛ nõ pñt dici ſingulares cũ agit̃ de ꝓ-
bando aliquo vniuerſali habẽte in ſe plura particularia ſi teſtes ſin-
gulariter deponant de actibus particularibus: ſicut in ſimili dt glo.
2 ſingularis in.l.ob carmẽ.ff.de teſt.que dicit† qꝺ cũ probanda eſt poſ
ſeſſio diuturna non obſtat ſi vnus teſtis dicat de vno tẽpore ⁊ alius
de alio: qꝛ ex dictis eorũ reſultat totũ de quo q̃rit̃.⁊ facit qꝺ in ſimili
no.Jnno.in.c.qualiter ⁊ qñ.ij.de accu.⁊ quicquid ſit de dicto Ange.
an plene ꝓbent ibi teſtes: qꝛ nunc diſputare nõ intendo: illud tñ ve-
riſſimũ ⁊ abſolutũ eſt ſaltẽ adminiculant̃ plurimũ: ergo cũ fama pu-
blica plene probent ꝑ illũ ſer Stephanũ fuiſſe manifeſtũ vſurarium
ſaltem quo ad penas ſpeciales predictas: cũ agatur de modico preiu-
dicio ⁊ expedit animabus ipſorũ vſurariorum ⁊ aliorũ vt facilius ar-
ceantur. Preterea qꝺ dictus ſer Stephanus fuerit manifeſtus vſu-
rarius ꝓbatur expreſſe ꝑ autoritatẽ Bar.i.l.ij.ff.de fur.⁊ Ang.in di-
cta diſputatione aſtẽſis miles.dicit eñ Bar.quẽ ſequit̃ Ange.qꝺ eo-
ipſo efficitur vſurarius manifeſtus qꝺ indifferẽter qs in camera ſua
mutuet ſub vſuris omnibus poſtulantibus: lꝫ nullum erexerit alta-
3 re ad fenerandũ: vt ꝑ hoc.l.palã.ff.de ritu nup.vbi patet† qꝺ mulier
palã dicit̃ queſtũ facere: lꝫ in publico ſe nõ ꝓſtituerit ſꝫ in domo ſua
vel alterius cuilibet indifferenter poſtulanti ⁊ qꝺ plus eſt ſufficit ſe-
cũdũ eos hec probatio ad reddendũ teſtm̃ nullũ abſqꝫ alia cõfeſſione
⁊ publicatione per epm̃ fienda: qꝺ aũt mutuauerit oĩbus indifferen-
ter venientibus ⁊ poſtulantibꝰ poterit probari per illos quibus fuit
feneratũ ſm̃ Angel. ¶ Preterea ⁊ tertio qꝺ dictus ſer Stephanus
fuerit publicus vſurarius: facit autoritas Bal.in.l.j.C.de ſa.ſan.ecc.
dicẽs eũ intelligendũ eſſe manifeſtũ vſurariũ de quo eſt cõis opinio
qꝺ ſit manifeſtus vſurarius dũmodo per duos aut tres ꝓbet̃ ꝙ fue-
rit vſurarius.⁊ recte loquit̃: nã ex his reſultat ꝓprie manifeſtũ in ſpe
cie ſua qꝺ iura ꝯ vſurarios requirunt: nõ eñ iura requirũt factũ no-
toriũ ſed manifeſtũ: nec ſubeſt cauſa improprianꝺi ſeu reſtringendi
illud verbũ cũ fuerit in fauorem vſurariorũ: qꝺ nõ eſt dicendũ.verba
enim ſunt in proprio ſignificato intelligenda ex quo nõ cõſtet de con
traria intẽtione: vt in.c.ſi.de ver.ſig.⁊ in.l.nõ aliter.ff.de leg.iij. Ex q
bus omnibus aperte cõcludit qꝺ per dictas probationes dictus ſer
Stephanus debuit dici manifeſtꝰ vſurariꝰ: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs non debuit
ſepeliri in ſepultura eccleſiaſtica vt in iuribꝰ preallegatis. ¶ Ex his
infertur ad ſcꝺm dubiũ nunqd debeat nũc inde exhumari factis pre
dictis probationibus. Vr̃ primo qꝺ nõ: qꝛ poſt mortem non poteſt
qs regulariter accuſari niſi ſaltẽ crimẽ defuncti fuerit euidẽs ita ꝙ
nulla alia exigat̃ ꝓbatio.vt no.gl.⁊ clarius poſt eã Archid.lxxxviij.
diſt.c.ſi.facit qꝺ no.xiiij.q.iij.vſura. Crimina eñ morte extinguũtur
⁊ relicti ſunt defuncti dei iudicio.di.xxiij.q.quorũdam.xxxij.diſt. eru
beſcãt.cũ ſimi. ¶ Preterea corpꝰ iſtius ſer Stephani fuit ſequeſtra-
tum ob hanc cauſaꝫ feneratitiã per epm̃ loci.⁊ demum fuit facta per
eundẽ relaxatio: ergo nõ dꝫ amplius de hoc diſcuti: tum qꝛ de facto
vnius hominis ſepius querendum nõ eſt: vt in.l.licet.ff.nau.cau.ſta.
⁊ no.in.c.de eis.de accuſ.vcꝫ, qꝺ epͥs relaxando interdictum videtur
fuiſſe interlocutus qꝺ iſte nõ fuerat vſurarius.⁊ ſic trãſit per lapſum
decẽdij in rem iudicatã: vt in cle.ſicut.de ap.facit.c.cũ dilecti.de elec.
cum ſimilibus. ¶ Sed quãꝙ dicta videant̃ obſtare tñ in contrarium
ſe habet veritas. Et primo vr̃ tex.in.d.c.cũ in dioceſi.de vſur.vbi ha
4 betur† qꝺ epͥs pot exercere penas laterañ. concilij contra vſurarios
de quibus conſtet per famã ⁊ alia argumẽta. Et inter ceteras penas
lateraneñ.concilij eſt vt nõ admittãtur ad eccleſiaſticã ſepulturã: vt
in.d.c.qꝛ in omnibus.ſed contra dictum ſer Stephanum erat publi-
ca fama. Jtẽ alia plurima argumẽta vt patet per dicta illorũ quibus
fuerat feneratũ ſeu alia: ergo nõ debuit ſepeliri in eccleſiaſtica ſepul-
tura. Preterea euidens eſt de quo cõſtat ꝑ cõiecturas: vt in.l.lꝫ im-
perator.ff.de leg.j.facit.c.ad noſtrã.de emptio.⁊ vend.ſed contra di-
ctũ ſer Stephanum erant p̃dicte vrgentes cõiecture: ergo ſatis pec-
catũ ſuũ erat euidens: pñt ergo ꝓbationes recipi de predictis nõ ad
publicandũ peccatũ, ſed ad faciendũ fidẽ qꝺ peccatũ erat tũc mani-
feſtũ.⁊ per cõſequens qꝺ non debuit ſepeliri in cemiterio. Preterea
decedẽs in peccato mortali nõ dꝫ habere ſepulturam eccleſiaſticam.
in.c.ſi.iuncta gl.lxxxviij.diſt.idẽ no.glo.in.c.ex parte.de ſepul.⁊ in.c.
ij.⁊.c.cũ ad monaſterium.de ſtatu reg.⁊ in.c.quia in omnibꝰ. de vſu.
Jſte autem ſer Stephanus deceſſit in peccato mortali: ex quo non
mãdauit vſuras reſtitui: ergo nõ debuit ſepeliri in cemiterio eccleſia-
ſtico: ⁊ ſi de facto ſepultus fuit dꝫ inde exhumari ſi poſſunt ſua oſſa
diſcerni ab oſſibus fidelium: vt in.c.ſacris.de ſepult. ⁊ in vſurario de
facto ſepulto qꝺ debeat exhumari tenet glo.in cle.eos.de ſepul.in v̄-
bo eis a quibus.⁊ idẽ ibi Pan.⁊ Jo.de lig.nõ obſtãt cõtraria: qꝛ ꝓ-
cedunt in peccato occulto: ſed iſtud nõ poteſt dici occultum: ſed ma-
nifeſtũ ex quo ꝯ illũ degenerabat publica fama cũ aliis argumentis:
facit.c.tua.⁊ qꝺ ibi no.de coha.cle.⁊ mu. Non obſtat ſcꝺm qꝛ epͥs illã
relaxationẽ fecit ſine cauſe cognitione ⁊ ad preces amicorum filij di-
cti ſer Stephani. Jtẽ factũ extraiudiciale nõ tranſit in rem iudicatã
vt in.c.cõcertationi.de appel.li.vj.maxime qñ fit ſine cauſe cognitio-
ne: vt no.gl.⁊ Jnn.i.c.ex parte prima.de verb.ſigni.⁊ qꝺ male factũ
eſt: poteſt ille idẽ qui fecit corrigere ex quo nõ poterat in illo facto di
ſpenſare: iuxta theoricã Hoſt.in.c.diuerſis fallaciis.de cleri. cõiuga.
facit.c.qualiter ⁊ qñ.primo.de accu.⁊.c.noſtri.de elec.maxime quan-
do hoc facit publica autoritate ſicut epͥs in caſu noſtro, iuxta not.in
c.ſi qs preſbyterorum.de re.eccle.nõ alie.nõ eñ poterat epͥs diſpenſa
re contra concilium de quo in.d.c.quia in omnibus.ar.cle.ne roma-
ni.de elec.per tex.iuncta gl.in.c.dilectus.j.de preb.⁊.c. dilecto.eo.ti.
5 in quibus patet† quod regulariter etiam legatus cardinalis non po-
teſt diſpenſare contra concilium. Et hoc de ſecundo. ¶ Quo ad ter-
tium ⁊ vltimũ breuiter dico epm̃ poſſe ex officio ſuo facta ſibi fide de
fama ⁊ aliis argumentis facere exhumari per text.expreſſum.in.d.c.
cum in dioceſi. Jtem puto quod quilibet bonus chriſtianus poterit
hoc denuntiare epo ⁊ petere vt debeat exhumari cũ cuiuſlibet boni
chriſtiani interſit vt ſacra deuotiſſime tractẽtur.⁊ vt alij hoc terrore
pauefacti deſiſtant ab hoc nefandiſſimo crimine.argu.in.c.fin.q ma.
accuſa.poſ.⁊ in.c.preterea.ij.⁊.c.cum in dioceſi.de ſpon.⁊.ñ.q.j.ſi pec
cauerit. Preterea ius publicum conſiſtit in ſacris.j.diſtin.ius publi-
cum. Vltimo etiam dico quod ꝙꝙ dictus ſer Stephanus non man
dauerit vſuras reſtitui: nihilominꝰ poſſunt heredes ſui compelli vt
reſtituãt vſuras ꝑ defunctum extortas, ſicut enim ipſe obligatur ad
reſtituẽdum: de vſuris ꝑ totum ⁊ heres qui ſuccedit in locum defun-
cti ſiue ſit filius ſiue extraneus vt eſt tex.apertus in.c.tua.de vſu.ma
xime hoc procedit tenendo quod vſure repetant̃ ꝑ conditionem in-
debiti: quod tenet gloſſ.in.c.ſi epiſcopum.xvj.q.vj.⁊ in.c.michael.de
vſur. Et hec ſufficiant. Nico. Abbas.

¶ Conſilium.lxxxij.

1 ☞ Creditor non tenetur de leuiſſima culpa, ſeu de caſu fortuito.
2 Culpa leuiſſima que dicatur, que leuis, que lata.

OMnipotẽtis dei poſtulato
ſuffragio illud de iure querit̃ an heres quõdam Angeleti
hebrei preſtatoris tenet ad emendam damni ſi quid con-
tingat in rebus apud eũ pignoratis, ⁊ hoc tam inſpectis capitulis et
pactis initis inter dictũ Angeletũ ⁊ cõmune Senax ꝙ iuris cõis cẽ
ſura ⁊ ꝓfecto ex capitulis ⁊ pactis antedictis nõ põt ſup hoc aliqua
deciſio ſumi cũ ſup hoc articulo minime diſponãt recurrẽdũ eſt ergo
ad iuris cõmunis diſpoſitionẽ cui etiã iudei ſubiiciunt̃, vt in.l.iudei.

⁊.l.ſi qua

1 ⁊.l.ſi qua.C.de iudeis.† de iure vero cõi indubitati iuris eſt creditorē
non teneri ſiue pignus ꝑditū ſit ſiue deterioratū niſi de dolo lata ⁊ le-
ui culpa:de leuiſſima aūt ſeu de caſu fortuito nõ tenet creditor vt ꝓ-
bat in.l.ij.⁊.l.que fortuitis.⁊.l.ſi creditor.⁊.l.ſi nullā.⁊.l.creditor.C.
de pig.act.⁊ in.l.ſi ſeruos.ff.eo.⁊ inſti.qui.mo.re ꝯbit obli.§.fi.⁊ in.l.
cõtractus.ff.de regu.iu.cū multis alijs ſimilibus.Si ergo de dolo ⁊
lata culpa ſeu leui ipſius creditoris pignus eſt ꝑditū vel deterioratū
tenet ipſe creditor debitori ad intereſſe:vt in iurib⁹ legit ⁊ not.ſecus
ſi periit vel deterioratū eſt pignus caſu fortuito vel leuiſſima culpa
non antē tenet creditor de leuiſſima culpa:q̃r cõtractus iſte fit gratia
vtriuſqȝ.ſ.creditoris ⁊ debitoris:vt legit ⁊ notat in.d.§.fi.inſti.qui.
mod.re ꝯbi.oblig.⁊ in.d.l.contractus.¶Sed circa predicta poteſt
principaliter dubitari de duobus.Primo cui incumbat onus ꝓbā-
di an pignus perierit vel fuerit deterioratum cum culpa vel ſine.Se-
cundo q̃r ſupradictū eſt creditorem non teneri de leuiſſima culpa:ſed
lum abſoluit ꝑ pꝛiꝰ a iure illius eccleſie.Pꝛeterea eccleſia Spirenſis
fuit alteri collata:ſcꝫ dño Adolpho.vñ cum alteri ſit deſpõſata non
debet per iſtum tranſlatũ vt ſcoꝛtum ſine aliquo titulo detineri cõ-
tra.d.c.ſic em̃ cõmittit̃ adulteriũ ſpirituale cum alterius eccleſia iiu-
ſte detinet̃ ſicut cũ alterius ꝯiuge cõmittitur adulteriũ carnale.d.c.
ſicut in vna.xxj.q.ij.cũ ſimili.Fundata eſt ergo euidentiſſime ex pꝛe-
miſſis domini Adolphi electi Spirẽſis intẽtio.¶Reſtat nunc vt ad
ea que.ſ.in diuerſam partẽ adduxi rñdeamꝰ.ad q̃ ſi p̃miſſa diligẽter
ponderentur facilima erit reſpõſio. Et pꝛimo dũ dicit̃ ꝙ nõ dicitur
quis plene tranſlatus anteꝙ poſſeſſionem coꝛpoꝛalem nanciſcatur.
per.d.c.ſi qs iam trãſlatus.reſpõdeo ꝙ pꝛopꝛie nõ dicitur plene trãſ-
latus:cum vacatio Spirenſis eccleſie fuit inducta per abſolutionem
pꝛius a papa ipſo epiſcopo Spirenſi cõſentiẽti factã:vt.ſ.dixi p̃ſer-
tim cũ poſt pꝛouiſionem dño Adolpho factam inſtanter pallium ar
chiepiſcopale petierit in põtificalis officij plenitudine cũ archiep̃a-
lis nominis appellatiõe ꝯferat̃.vt in.c.niſi.de aut.⁊ vſupa.⁊.c.qđ ſi-
cut.de ele.⁊ ſic aptiſſime appꝛobaui trãſlationẽ de eo factã ⁊ abſolu-
tionẽ pꝛecedentem ac pꝛouiſionem dñi Adolphi inde ſecutam.Non
obſt.ſecundũ motiuũ de.c.ſi quis.xcij.diſt.loquitur enim non in ep̃o
tranſlato,ſed in nouiter oꝛdinato qui nõ dꝫ abijci a pꝛioꝛi dignitate
ſi nõ poteſt poſſeſſionẽ epiſcopatꝰ nãciſci.hoc em̃ iuris eſt.vt pꝛoba-
tur in.c.cũ in cunctis.§.cum vero.de elec.lꝫ interim fuerit ſua pꝛima
dignitas alteri collata.vt dicit ibi gl.quod intelligo qñ pꝛeter cõſen
ſum ipſiꝰ fuit alteri collata anteꝙ poſſeſſionẽ epiſcopatꝰ haberet:ꝙ
fuit contra.c.cũ in cunctis.pꝛealle.ſecus enim puto ſi ſuo ꝯſenſu fuiſ
ſet alteri collata:qꝛ tunc pꝛopter reſiſtentiã ſuperuenientẽ nõ debet
pꝛima collatio legitime facta retractari:per id qđ habet̃ in.c.poſt ele-
ctionem.de cõceſ.p̃bẽ.iuncta gl.j.⁊ di.c.ex oꝛe.facit reg.factum legi-
time.⁊ reg.ſcienti ⁊ cõſentiẽti.de reg.iur.lib.vj.Et diuerſitatis ratio
inter minoꝛa beneficia que pꝛius obtinebant̃.⁊ ep̃atus pꝛius habitꝰ
eſt:quia minoꝛa beneficia nõ vacant per ꝓuiſionem factam de ep̃atu
niſi pꝛius plenum ius cõſequatur ꝓuiſus ſeu electus: puta ꝙ fuerit
cõſecratus:vel lapſum ſit tempus de cõſecrandis epiſcopis ⁊ poſſeſ-
ſionẽ coꝛpoꝛalẽ ep̃atus fuerit nactus:vt ꝓbat̃ in.d.§.cum non meri-
to.ſi non poteſt habere poſſeſſionem ep̃atus nõ debet deijci a pꝛioꝛi
dignitate.vt in.d.c.ſi quis.cuius adhuc titulũ obtinet.ſed in caſu no
ſtro ante trãſlationẽ fuit inducta vacatio Spirenſis eccleſie per ab-
ſolutionem a papa factam ⁊ per ipſuꝫ papã fuit alteri ſcꝫ dño Adol
pho facta ꝓuiſio que quidem vacatio non deſinit eſſe pꝛopter reſiſtẽ
tiam de facto cõtingentẽ circa ſedẽ Treuerẽſem:nec collatio ſeu ꝓ-
uiſio alteri facta debet retardari ſeu caſſari:cũ hoc nullo iure cauea-
tur.Pꝛeterea in minoꝛibus beneficijs pꝛius habitis nõ eſt neceſſe ꝙ
pꝛius interueniat abſolutio:qꝛ cum illis non contrahitur ſtricte ma-
trimoniũ ſpirituale.vt no.in.c.clerici.de vi.⁊ hon.cle.⁊.c.ſi.de poſtu.
p̃la.vnde nõ eſt inconueniẽs ꝙ habẽs beneficia minoꝛa ꝓmoueatur
illoꝛum titulo durãte ad ep̃atum cũ etiam poſt ep̃atũ adeptum poſ-
ſit ep̃s ex cauſa acquirere de nouo minoꝛa bñficia.iuxta id qđ legitur
⁊ no.in.c.cum noſtris.de conceſ.p̃ben.⁊ in.c.poſtulaſti.eo.tit.⁊.c.cũ
in eccl̃ia.de p̃bẽ.li.vj.ſed ep̃s non poteſt alium ep̃atum acquirere de
iure cõmuni.niſi pꝛius a pꝛioꝛi abſoluat̃: qꝛ cum ſit perſona eccleſia-
ſtica matrimonialiter obligata nõ poteſt durãte pꝛioꝛi vinculo ꝯſen
tire alteri matrimonio ſpirituali al̃s ꝯtingeret adulteriũ ſpirituale.
vt in.d.c.ſicut.de tranſ.pꝛel.ꝑ totũ.merito de iure ⁊ de moꝛe Roma
ne eccleſie eſt trãſferẽdꝰ ad aliam ſedẽ ablato pꝛius a pꝛioꝛi vinculo.
d.c.ij.de tranſ.pꝛela.⁊.c.bone.ij.de poſtu.p̃la.no.Joan.mo.⁊ Jo.an.
in locis ſuperius pꝛealle.⁊ per hoc etiam rñſum ad.c.cum in cũctis.
⁊ ad alia iura que inducunt vacationẽ pꝛioꝛum beneficioꝛum per ade
ptionẽ coꝛpoꝛalẽ ſecũdi ⁊ nõ pꝛiꝰ. loquunt̃ enim in interioꝛibus be-
neficijs circa ep̃atũ a quibꝰ nõ eſt neceſſe abſolutionem facere,ratio-
ne pꝛedicta.ſecus vbi pꝛius intercedit abſolutio ⁊ ꝑ ꝯſequẽs vacatio.
fruſtra enim expectat̃ coꝛpoꝛalis poſſeſſionis adeptio : cũ abſolutio
ſit facta per pꝛius ante tranſlationẽ etiam verbalem:⁊ nõ videt̃ in ſe
clariſſimũ omni ratione cõſentaneũ.Et vt clariꝰ hoc liqueat videa-
mus vnũ ſimile in mr̃imonio carnali pone enim ꝙ ſponſus de p̃ſenti
mr̃imonio non cõſummato facit ꝓfeſſionẽ in manibus alicuiꝰ abba-
tis:⁊ ſic matrimoniũ fuit ſolutũ:per.c.ex publico.de cõuer.coniu.de-
mũ monaſteriũ reſiſtit de facto illius receptioni:vñ nõ vult illud mo
naſterium recipere.dicemus ne qđ iſte qui iã ꝓfeſſus eſt monachus
poſſit per hãc reſiſtentiã facti pꝛioꝛi coniugem repetere: p̃ſertim ſi al
teri poſt illiꝰ ꝓfeſſionẽ fuit nupta:certe nemo ita ſupinꝰ hoc diceret.
fuit enim illa ſponſa ſoluta a lege per cõfeſſionẽ iſtiꝰ merito non de-
bet pꝛimo matrimoniũ reintegrari ſine nouo cõſenſu p̃ſertim ĩpediẽ
te ꝓfeſſionẽ.dicendũ in hoc matrimonio ſpirituali.arg.c.ij.de tranſ.
pꝛela.⁊ ꝑ hoc etiam eſt reſpõſum ad gl.c.ratio.que tamen intellecta
vt iacet facit pꝛo cõcluſione pꝛius facta.voluit enim eoipſo ꝙ qs cõ-
uolat ad ſecundũ ep̃atum valet pꝛimus.quod tamen ꝓcedit intelli-
gẽdo vt.ſ.dixi ad.c.ſi bñficia.põt rñderi ꝙ loquit̃ quando quis iuſta
ignoꝛantia ductus acceptauit bñficiũ alteri debitũ cuius contẽpla-
tione dimiſit ꝓpꝛiũ:vnde ne ſit omnino ſine beneficio:⁊ ne iuſta ⁊ ꝓ-
babilis ignoꝛãtia ſibi noceat:emanauit ex maxima equitate cõtra ri-
goꝛem.vt ibi no.illiꝰ.c.diſpoſitio:⁊ poſſit ad pꝛimũ dimiſſo ſine diffi-

cultate ſecundo redire. Sed in caſu noſtro aliud eſt, q2 eccl'ia Treuerenſis non eſt alteri debita: ſed eſt iſtius trāſlati: lꝫ de facto poſſeſſionem corporalem habere nō poſſit. inſtet ergo vt illa habeat. vnde nō remanet ſine titulo ſuo: imo illam eccleſiā habere videt̃ ex quo ad illam cōſequendam actionē habeat. d. l. qui actionē habet. ff. de re. iur. ⁊ q2 vt dixi potuit v̇oſimiliter cogitare hoc euenire potuiſſe: iō non debuit inſtare nec prouiſionē alteri factam approbare petēdo palliū inſtanter: vt. s̄. plene dictum eſt. ⁊ per hoc patet ad omnia ɔ̄ria reſpōſio. concludo ergo ex omnib⁹ predictis eccleſiā Spirēſem de iure relaxādā libere ⁊ abſoluto dicto dn̄o Adolpho de ea ꝓuiſo ⁊ minime tenendum per quondam epm̄ Spirenſem tranſlatū quanq̄ eccleſie Treuerenſis poſſeſſionem propter fati reſiſtentiam minime cōſequi poſſit. Laus deo. Nico. Abbas.

¶ Conſilium. cij.

1 ☞ Offerendi plures modi ponuntur.
2 Donatio omniū bonorū preſentium ⁊ futurorū facta eccleſie valet.
3 Conuerſus eccleſie aliquis efficiatur poſt impoſitionem collectarū preſumitur hoc facere in fraudem.
4 Appellatione bonorum quando tractat de tranſlatione bonorum ⁊ ſic de magno preiudicio non veniunt futura.
5 Priuilegia oīa tributa eccleſijs, regul'r ſunt ꝓrogāda ad hoſpitalia. Fiſcus occupans bona alicuius propter delictum tenetur creditoribus pro rata bonorum que ad illum peruenerunt.

IN trinitatis nomine amē.

Circa perſonarū ⁊ bonoꝝ oblationes que ſepenumero ⁊ frequenter fiunt excellētiſſimo ⁊ famoſo hoſpitali ſancte Marie de laſcala ciuitatis ꝑclare Senēſis: circa tria ɔtingit ꝑncipaliter dubitare. 1 †Nōnunq̄ em̄ qs offert bōa ſua hoſpitali ſine ſe. Qn̄que v̇o ſe ſine ſuis. Qn̄q3 ſe ⁊ ſua ⁊ in his preſertim verſatur dubium an ⁊ qn̄ ⁊ ad qd̄ obligat̃ ex debitis ante oblationem: vel poſtea ɔtractis ꝑ ipſos offerentes ſeu oblatos. Et p̄rio attingam iuxta ordinem primū membrū cū quis vꝫ offert bona ſine ſe. ⁊ hoc membrum pōt ſubdiuidi. Nā qn̄q3 quis offert oīa bona ſua preſentia ⁊ futura. Qn̄que bona ſua p̄ſentia tm̄. Quādoq3 bona ſua ſimpliciter. Quandoq3 certam partem bonorum. Primo caſu cum ſit omniū bonorum preſentiū ⁊ futuroꝝ oblatio dubitari ꝓbabiliter poteſt an talis donatio 2 teneat. nam Bar. in. l. fi. C. de pac. tenuit† talē donationē eccleſie vel pio loco factā valere. ſed aliud tenet cū ſit priuate perſone monet̃ ꝑncipaliter q2 eccleſie ſeu pio loco quis donare poteſt ſe ⁊ ſua. vt in. c. p̄ſentia. de prob. ⁊ in aut. ingreſſi. ⁊ aut. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle. ⁊. xix. q. vlti. ſi qua. ⁊. c. q2 ingredientibus. ergo forti⁹ poteſt donare ſua ſine ſe. Sed qn̄ ſit priuate perſone non tenet donatio q2 ſaltem indirecte impeditur libera teſtamēti factio cum ſine bonis nō poſſet ſaltem cum effectu teſtari: cū nemo ex tali teſtamēto vellet eſſe heres ergo talis donatio nō valet cum ⁊ ſtipulatio non valet. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. obl. ⁊ hoc vltimum firmauit idē Bal. etiā in. l. predicta ſtipulatio hoc modo. ⁊ in. l. ſi quis. in princ. ff. de le. iij. ⁊ facit qd̄ ipſe no. in. l. ſeius ⁊ augeri⁹. ff. ad leg. fal. hoc etiam vltimum firmauerūt Jac. de are. Pet. ⁊ Cy. in. d. l. fi. C. de pac. Bal. etiā ibi videtur ſequi dicēs hanc eſſe cōmunē opi. Expreſſe tamen iſti preter Bar. nō attingūt: tamē talis donatio fieret eccleſie ſeu pio loco. hanc tamē partē alias cōſului: quādo talis donatio fieret priuato vt patet in li. j. conſiliorū meorū cōſi. cxliij. Sed circa donationē factaꝫ eccleſie vel pio loco: reperio dn̄m Fran. zaba. cardi. Florēti. quondam profecto doctorem excellētiſſimū ⁊ preceptorē meū in canonib⁹ grauiſſime ſenſiſſe cum Bar. vt talis donatio valeat, ſꝫ Ang. de peruſio in quadā ſua diſput. que inci. refulgenti palatio. tenuit totum oppoſitum eius qd̄ tenuit Bar. dicēs ꝙ talis donatio facta priuato tenet ſecus ſi fiat eccleſie vel pio loco. monet̃ inter cetera, q2 quando ſit priuato non tranſit ex ſolo donationis titulo dominiū rerū donatarū preſertim futurarū in priuato, ſꝫ requiritur traditio. vt. l. traditionibus. C. de pac. vnde donator retinet dominiū rerū de quibus teſtari poterit. licet heres ſuus poſt ipſi⁹ mortem poſſit cōpelli ad bonorū traditionē in executionē donationis iā facte ꝑ defunctū. Item quia quilibet eſt rei ſue legitim⁹ moderator ⁊ arbiter. l. i re mādata. C. mā da. ⁊ talis donatio nō reperitur alicubi interdicta, ſed quādo ſit eccleſie vel pio loco nō habet firmitatem ſm̄ eum, quia penes donatorem nunq̄ cōſiſteret alicuius rei dominiū cum ex ſolo titulo dn̄ium acq̄rat̃ eccleſie ſine traditione. vt in. l. fi. C. de ſacroſan. ecc. no. in. c. ij. de cōſue. ⁊ ſic non haberet iſte facultatē teſtādi cū nihil haberet in bonis quod videtur contra bonos mores. l. ſtipulatio hoc modo preallega. Nec obſt. ſm̄ eū motiuū Bar. quia aliud eſt dare ſe ⁊ ſua monaſterio ſeu loco pio aliud ſua tm̄. nam primū approbat̃ ab eccl'ia: q2 trāſit de via actiua in cōtemplatiuā, ſed q2 exiſtēs in ſeculo remanet prorſus ſine bonis etiā preſentibus ⁊ futuris videt̃ quis indecens: ⁊ videtur hec ſua vltima cōſideratio ſatis ſubtilis. Mihi tamē placuit quo ad priuatū dictum Bar. q2 lꝫ nō impediat̃ teſtari preſertim cum hereditas ſit nomen iuris ⁊ poſſit eſſe ſine reb⁹ ⁊ aliqua vtilitate. vt in. l. heredis appellatio. ff. de verbo. ſign. ⁊. l. hereditas. de pet. heredi. tamen defectus bonorum impedit indirecte facultatem heredis habēdi. cū ſciens bona ad alium pertinere repudiabit de facili talē hereditateꝫ. inſti. ad le. fal. in prin. nec curandum ꝙ iſte donator non ꝑdit dn̄ium rerum donatarū ſine traditione, tum q2 ſatis eſt ꝙ heres ſciat ſe affectum ad tradendū ad hoc vt hereditateꝫ repudiet, tum q2 in vita poſſet donator ſtatim compelli etiā ꝑ acq̄ſita ad traditionē ſi donatio teneret ex quo donat̃ inter viuos. vnde talis donatio reperit̃ indirecte prohibita, per id quod legi. ⁊ not. in. d. l. ſtipulatio hoc modo. ſꝫ reſpectu donationis facte eccleſie vel pio loco magis dubito. ⁊ ꝓ opi. facit equitas ⁊ eccleſie fauor. multa em̄ in fauorem religionis contra iuris regulas recepta ſunt. vt in. l. ſunt perſone. ff. de rel. ⁊ ſump. fune. in cōtrariū facit tex. Augu. xvij. q. iiij. c. ſi. vbi dicitur qui exheredato filio vult eccleſiam heredem facere, aliū querat q̄ Auguſtinū. imo deo ꝓpitio neminem inueniet. ſi ergo eccleſia nō deberet recipere oīa bona alicuius exheredato filio, ergo fortius cū qs vult ſeipſum appropriare in preſenti ⁊ in futurū ſtatum aliter nō mutato. Fauore tn̄ eccl'ie ſeq̄rer Bar. pro quo facit qd̄ not. Bal. in aut. ingreſſi. C. de ſac. ſanc. eccle. ⁊ apertiſſime ꝙ talis donatio teneat, voluit idem Bal. in aut. ſi qua mulier. e. ti. i vlt. col. vbi dicit hoc indubitatū in eccl'ia. all. l. iubem⁹ nulli. poſt prin. C. eo. vbi tex. optime facit. itē q2 volūtaria paupertas ꝑpter deū etiā ſtatu ſeculari nō mutato nō eſt a iure reprobata, imo ab ipſo Chriſto ſaluatore ⁊ magiſtro noſtro cōmēdata ⁊ cōſulta dū in euāgelio dixit. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vēde oīa que habes ⁊ ſequere me. ⁊ alibi. Niſi quis renūtiauerit oībus q̄ poſſidet non pōt meus eſſe diſcipulus. hinc em̄ in eccleſia primitiua tempore apoſtolorum omnes conuerſi ad fidem Chriſtianam, quantuncūq3 laici vēdebant omnia, ⁊ pretium ponebant ante pedes apoſtolorum. vt no. xij. q. j. in ſum. ⁊ in. c. dilectiſſimis. ea. cauſa ⁊. q. quicq̄d em̄ donat̃ eccl'ie dicitur deo conſecrari, ⁊ ad diuinos vſus deputari. xij. q. ij. nulli liceat. ⁊ in. c. mancipia. cū ſeq. de re. permu. cum ſimi. non ergo debet talis donatio improbari cū omnia ſint dei. ⁊ de dec. tua. ⁊ ſic talia bona donata redeunt ad naturā ſuā, ſecus cum donatio ſit priuato cum tūc poſſit notari pertinacia donationeꝫ recipientis. Ex his concludo talem donationē poſſe ſuſtineri cum ſit hoſpitali. arg. l. omnia priuilegia. C. de epiſ. ⁊ cler. raro tamen hec queſtio contingit hoſpitali, q2 vt plurimum cum qs dat oīa bona ſua hoſpitali preſentia ⁊ futura, ſemper retinet ſibi vſumfructū illorū bonorū aut aliq̄d annuū paciſcit̃ ſibi ab hoſpitali tradendum quo caſu ſm̄ oēs talis donatio valet cum in bonis reſeruatis habeat liberam teſtādi facultatem, vt no. cōiter per legiſtas in. d. l. fi. C. de pact. Hoc ergo caſu cū queritur an hoſpitale teneatur creditoribus iſtius donatoris. Concludo ꝙ ſic. aut querit̃ de debitis cōtractis poſt talem donationem. ⁊ indubitanter dicēdum hoſpitale non teneri cum bona ſint tranſlata in hoſpitale per prius nō potuit iſte donator per ɔctū ſuū poſtea initū hoſpitali ꝑiudicare, cū regulariter ex contractu alteri⁹ qs cōueniri nō poſſit. vt in. l. fi. C. ne vxor ꝓ mari. dico tamē ꝙ ex quo donatio ſit ita ampliſſime tenetur hoſpitale alere illuꝫ donatariū inopem. vt plene no. per Cy. in l. fi. C. de reuo. do. ⁊ per Canoni. in. c. fi. de dona. nec hoſpitale equiparat̃ hoc caſu heredi ꝑpter vniuerſitatē bonorū cū fuerit facta tranſlatio per ɔtractum ſtatu donatoris nō mutato. iuxta no. per Bal. in aut. ingreſſi. prealle. arg. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iur. dotiū. aut q̄rit̃ de debitis ante donationem cōtractis: ⁊ tūc cōſiderandi ſunt plures caſus. Aut enim erāt bona illa prius pro debitis cōtractis obligata expreſſe vel tacite ⁊ trāſeunt illa bona cū onere obligationis vt in. c. ex literis. de pig. ⁊. c. paſtoralis. de deci. ⁊. l. ſicut. §. nō videt̃. ff. quibus mo. pig. vel hypo. ſolu. precedēs enim hypotheca etiam tacite ɔtracta p̄fertur nedum donatarijs ſed etiā alijs creditoribus habentibus perſonalē vel hypothecam tacitā vel exp̄ſſam. vt no. Dy. in regu. qui prior eſt tēpore. de reg. iu. lib. vj. ⁊ videtur ꝓbari ꝙ etiā fiſco p̄feratur habens priorē tacitā. vt. l. j. in. ij. rn̄ſo. C. rē alie. gerē. lꝫ glo. cōtra fiſcū dubitet. ff. qui potio. in pig. hab. in. l. titius. in prin. §. negotiari. lꝫ ſm̄ quoſdā ſp̄ale ſit in muliere circa dotē ſuā habēte hypothecaꝫ. de quo dicendū vt in. l. aſſiduis. C. qui po. in pi. ha. ſed nō facit ad propoſitū noſtrū. Aut illi doctores habebūt ſolum pſonalē obligationē, ⁊ tūc hoſpitale non tenetur ex eo capite ꝙ cēſeat̃ heres ꝑpter trāſlationē bonorū vniuerſalē, vt. s̄. dixi. An autē teneat̃ reuocatoria vt ſic bona poſſint reuocari quaſi alienata in fraudē creditoꝝ eſt diſtinguēdū qd̄ aut hoſpitale recepit bōa illa ex cauſa nō lucratiua puta q2 aliq̄d dedit i recōpēſationē vel ꝓmiſit ſe daturū. ⁊ nō dꝫ fieri reuocatio bonorū ſi hoſpitale nō fuit fraudis ɔſciū. vt. l. q aūt. §. hoc edictū. in fin. de his que in frau. nec in dubio debet p̄ſumi i fraude. l. quoties. §. qui dolo. ff. de ꝓba. Aut hoſpitale habuit illa bona ex cauſa mere lucratiua: ⁊ tūc tenet̃ hoſpitale quatenus bona ſufficiūt, debet em̄ fieri reuocatio: q2 p̄ſumit̃ in fraudē creditoꝝ donatio facta ex quo donator nō hꝫ tāta bona ex quibus poſſit ſuis creditoribus ſatiſfacere nec curat̃ hoc caſu an hoſpitale fuerit i dolo cū ſolū certet de lucro captādo. ſatis em̄ eſt ꝙ donator fuerit in fraudē, ⁊ p̄ſumit̃ in fraudē ex quo vt dixi nō hꝫ tot bōa ꝙ poſſit creditorib⁹ ſatiſfacere, ⁊ ſic ſciebat ſe nō eſſe ſoluēdo. vt in. l. ſi qs cū haberet. ff. de his q̄ in frau. ⁊ ibi exp̄ſſe no. hoc
3 Bar. ⁊ facit quod ipſe not. in. l. incola. ff. ad munici. vbi dicit* ꝙ ſi qs
poſt

poſt impoſitionē collectarū efficit̃ ꝯuerſus eccl̃e preſumit̃ hoc facere
in fraudē.⁊ hoc primo mēbro principali.ſ.cū donauit qs omnia bōa
ſua hoſpitali p̃ſentia ⁊ futura ſtatu aliter nō mutato.Poſſet tn̄ cir-
ca iſtud mēbrū dubitari.Quid ſi ſimpliciter donauit bona ſua vl̃ cer
tā partē bonorū dico ꝙ reſpectu creditorū dicēdū eſt vt in p̃cedētibꝰ
cōcluſū eſt,qꝛ non pōt diuerſitatis ratio aſſignari ſi iſte donator nō
eſt ſoluēdo ſed vbi eſſet ſoluendo deberet prius ipſe conueniri ꝙ ho-
ſpitale.lꝫ creditores habuerint hypothecā etiā expreſſam.vt in aut.
hoc ſi debitor.C.de pig.Sed dubitari poſſet an bonis ſimpliciter ho
ſpitali donatis traſeāt tm̄ bona preſentia ⁊ quo ad bona etiam futu-
ra ⁊ dico ꝙ ex quo iſte donator remanet in ſtatu ſuo trāſeunt ſimpli-
citer bona p̄ntia qualiacūꝗ ſint nō autē futura.argu.in.l.bonorū.ff.
de ver.ſig.cōiuncta.l.ſi mandauero.§.is cuius.ff.māda.⁊.c.felicis.§.
4 verū.de penis.lib.vj.vbi ptꝫ† ꝙ vbi tractat̃ de tranſlatione bonorū
⁊ ſic de magno p̃iudicio nunꝙ appellatiōe bonorū veniūt futura,ſe-
cus vbi tractaretur de modico p̃iudicio.vt puta obligatiōe pignorꝝ,
quo caſu veniūt futura:ita loquit̃.l.ſi.ff.q̄ res pig.obli.poſ.⁊ p̄dicta
procedūt etiā cū donatio fit eccl̃e.vt ſentit gl.⁊ clarius Archi.xxvij.
q.j.vt lex cōtinētie.⁊ Bal.⁊ Bar.in aut.ingreſſi.C.de ſac.ſanct.eccle.
facit etiā arg.xvij.q.iiij.c.ſi.ſi aūt dixit dono bona mea mobilia ⁊ im-
mobilia an veniāt iura ⁊ actiōes.dicēdū vt plene no.p Bar.in.l.mo-
uentiū.ff.de ver.ſign.⁊ melius in.l.pe.de auto.tuto.Uenio nūc ad ſe
cundū principale mēbrū ſcꝫ cū quis offert ſe hoſpitali ſine ſuis ꝙ fie-
ri pōt cū hoſpitale nō habeat in ſuis fratribus religionē ſtricte ſum-
ptam.poſſunt em̄ ipſius fratres ipſius matrimonio ſaltē prius ꝯcto
⁊ poſſidere.ꝓprie ergo nō ſunt religioſi,nec dicunt̃ ꝓprie habere re-
gulā ex quo nō ꝓfitent̃ illa tria ſubſtātialia cuiuſcūꝗ religionis.de
quibus in.c.cū ad monaſteriū.in ſi.de ſta.mona.ſꝫ potius dicunt̃ ha-
bere quendā modum viuendi.vt dicit gl.notabilis in cle.j.de reli.do.
⁊ in cle.pe.de ſen.excō.poſſunt ergo iſti offerre ſe hoſpitali ⁊ ꝓmitte-
re obedientiā ſicut clerici ſeculares,⁊ tenere nihilominus bona ſua ſi
cut cōuerſus eccl̃e ſecularis,iuxta no.p gl.⁊ doc.in.d.c.vt lex cōtinē-
tie.⁊ p Bar.⁊ Bal.in aut.ingreſſi.p̄alle.⁊ in illis bonis potuerūt te-
ſtari quo caſu p̄t intelligi.l.generali.C.de ſac.ſanc.eccl.⁊ no.in.d.c.vt
lex continētie.⁊ ſi querat̃ an hoc caſu hoſpitale teneat̃ ex debitis per
iſtos fratres vel oblatos cōtractis,dico ꝙ ex debitis ante oblationē
contractis indubie non tenet̃,tū qꝛ bona ad hoſpitale non peruene-
runt,tū qꝛ eccleſia nō dꝫ teneri ex contractibus aliorū preſertim qui
cōtraxerūt an̄ oblationē.tenent̃ autē ipſi oblati ſatiſfacere,⁊ poſſunt
efficaciter conueniri ex quo retinēt bona iuxta no.p Jo.and.⁊ Jnn.
in.c.vnico.de obli.ad ratio.⁊ p doc.in aut.cā que fit cū monacho.C.
de epiſ.⁊ cle.nā ⁊ monaſteriū hoc caſu nō teneret̃ de antea ꝯctis per
monachū,ex quo nō hꝫ ipſius bona vt no.in iuribus p̄alleg. fortius
nec hoſpitale cū ipſi oblati vl̃ fratres nō poſſint dici ſtricte religioſi.
vt.ſ.dixi.An aūt teneat̃ hoſpitale debitis poſt oblationē contractis
dico ꝙ ſic ſi habuit mādatū ſup illis ꝯhendis ab hoſpitali al̃s ſecus,
niſi quatenus illa eſſent cōuerſa in vtilitatē hoſpitalis.vt legit̃ ⁊ no.
in.c.qđ quibuſdam.de fideiuſ.⁊ videndū de materia per Jnnoc.in.c.
cum olim.ij.de priuil.in.ij.col.⁊ facit qđ no.Bart.in.l.ſi cōis ſeruus.
ff.de ſtip.ſer.Si autē hoſpitale cōſequeretur bona oblati ex teſtō ſuo
tunc teneret̃ tanꝙ heres,dico tn̄ ꝙ nō tenebit̃ creditoribus vltra vi
res hereditatis etiā ſi nō confeciſſet inuentariū.eccleſia enim nō te-
neretur vltra vires hereditarias ſicut nec fiſcus.vt no.Bal.in.l.ſi.C.
de iure delib.⁊ Bar.in.l.j.C.de ſac.ſan.eccle.lꝫ glo.tacite ſentiat cō-
trarium in.c.j.de teſta.Sed primū cōmunius ⁊ verius.Bona em̄ in-
telligunt̃ delata eccl̃e inꝙtū non ſint oneroſa ne indirecte alienent̃
bona ecccl̃e,vt in aut.ſicut.C.de ſac.ſan.eccle.Et idem dicendum in
5 hoſpitali†qꝛ regulariter omnia priuilegia tributa eccleſijs ſunt ꝓro
gata ad hoſpitalia.vt in.d.l.omnia priuilegia.vt ibi p Bar.C.de epi.
⁊ cle.⁊ facit qđ no.Jo.an.in.c.ij.de in integ.reſti.li.vj.Si aūt in vita
daret iſte oblatus bona ſua hoſpitali poſt oblationē vel partē bono
rū dicendū eſt vt.ſ.dixi in primo mēbro.Et hec breuiter de iſto ſcđo
mēbro.Nūc attingā tertiū ⁊ vltimū mēbrū cū.ſ.ſi qs obtulit ſe ⁊
ſua hoſpitali.⁊ in hoc p̄nt duo ꝯſiderari.Primo circa efficaciā trāſ-
lationis bonorū.Scđo circa onera creditorū.primo caſu dicendum
vt dixi in primo mēbro.cū em̄ hoſpitale non ſit religioſum offerendo
quis ⁊ bona ſua ſimpliciter non veniūt futura ſeu preſentia tantū.vt
no.in.d.c.vt lex cōtinētie.⁊ p Bar.⁊ per Bald.in.d.aut.ingreſſi.niſi
aliud haberet hoſpitalis cōſuetudo.vt no.dicūt Hug.⁊ Arch.in.d.
c.vt lex.ꝯctus em̄ in dubio videt̃ fieri ſm loci cōſuetudinē.vt in.l.qđ
ſi nolit.§.qꝛ aſſidua.ff.de edil.edic.facit qđ no.Bar.in.l.nemo eſt qui
neſciat.ff.de duo.re.Circa ſm an teneat̃ hoſpitale hoc caſu ad one
ra debitorū diſtinguo,ꝙ aut querit̃ de debitis cōtractis an̄ oblatio-
nē aut de ſuperueniētibꝰ.Primo caſu puto hoſpitale teneri,quate-
nus bona ſufficiūt,aut cedat illis bonis habitis,qꝛ cum in hoſpitale
trāſiuerit vniuerſitas bonorū ſtatu pſone quodāmodo mutato dꝫ te
neri tanꝙ vniuerſalis ſucceſſor,ſicut in monaſterio reſpectu ingrediē
tis.no.Hoſt.in.c.vnico.de obli.ad ratio.⁊ gl.⁊ Bal.in aut.ingreſſi.
C.de ſac.ſan.ecc.⁊ facit qđ no.in.c.in p̄ntia.de ꝓba.facit.l.ij.C.ad.l.
6 iul.de vi pub.vbi ptꝫ†ꝙ fiſcus occupās bona alicuius ꝓpter delictū
tenet̃ creditoribus ꝓ rata bonorū q̄ ad illū ꝑueniūt.Si vero dedit ſo
lum partē bonorū.⁊ tūc dicēdū vt dixi.ſ.in.j.mēbro.Aut querit̃ de
debitis poſt oblationē ꝯctis.⁊ diſtinguēdū eſt vt dixi.ſ.in ſcđo mē-
bro principali.Jdē eſt dicēdū ſicut cū ſe ſine ſuis dedicaſſet,qꝛ nō po-
tuit ꝯhere in p̃iudiciū hoſpitalis ſine mādato.d.c.qđ quibuſdā.de fi-
deiuſ.cū ſimili.Et per hoc clariſſime ptꝫ quid dicendum in omnibus
membris premiſſis ⁊ caſibus qui poſſunt de facto contingere.

Caſus conſilij ſequentis.

Factū contingēs in his conſiſtit

terminis.Syndicus ꝯuētus ⁊ capituli monaſterij ſancte Marie or-
dinis ſeruorū debitis ſolēnitatibꝰ p̃miſſis quandā poſſeſſionē eiuſdē
monaſterij titulo locationis cōceſſit Meo ⁊ Bartoccio fratribꝰ car
nalibus cū certis pactis ⁊ cōditionibus de quibus in inſtrō dicte lo-
cationis ⁊ inter cetera fuit expreſſe actū ⁊ dictū ꝙ poſt vitam predi-
ctorum amborū ſcꝫ Mei ⁊ Bartoccij dicta poſſeſſio pleno iure de-
beret redire ad p̄dictū ꝯuētū vt prius erat libera ⁊ expedita prout in
quibuſdā alijs ſcripturis cōtinetur.⁊ videtur notarius ſe voluiſſe re
ferre ad formā ptātis ſibi parū an̄ tradite per conuentū dicti mona-
ſterij in qua quidē cōceſſione fuit dictū vt dictus ſyndicus poſſet no-
mine conuentus locare dictā poſſeſſionē Meo ⁊ Bartoccio p̄dictis
ad vitā dictorū Mei ⁊ Bartoccij ⁊ non vltra ⁊ ſubijciunt ibidē hec
verba,vcꝫ cum pacto ꝙ locatio facienda nullo modo trāſeat in here
des dictorum Mei ⁊ Bartoccij,ſed ſolūmodo ad vitā eorū ⁊ cuiuſli
bet eorū,⁊ nō aliter,vel alio modo pro annua penſione ⁊c.Cōtingit
tractu temporis poſt dictā locationem factā ⁊ completam ꝙ dictus
Meus alter ex contrahentibus diem ſuum clauſit extremū.Reuo-
catur nunc in dubium,an dicta poſſeſſio vel ſaltē medietas que con-
tingebat dictum Meum debeat redire ad dictum monaſterium,an
vero debeat expectari etiam mors dicti Bartoccij.

Conſilium.ciij.

1 ☞ Duobus fratribus ſi fuit feudū cōceſſum vno mortuo an pars
ſua accreſcat alteri.⁊ nu.3.
2 Teſtator ſi dixerit,ſi tales deceſſerint volo ꝙ omnia bona mea deue
niant in talem non videtur ſubſtitutus vocatus niſi cum ambo inſti
tuti deceſſerint.

Saluatoris poſtulato ſuffra
gio.videt̃ primo ꝙ pro dimidia cōtingēte dictū Meum
debeat dicta poſſeſſio redire ad monaſteriū,qꝛ in ꝯctibus
non habet locum ius accreſcēdi,ideo pars deficiens debet redire ad
dn̄m poſſeſſionis.vt leg.⁊ no.maxime per Bar.in.l.ſi mihi ⁊ Titio.
ff.de ver.obl.⁊ p Bal.in.l.vna.C.quando non petent.partes.⁊ Spe.
in ti.de loca.§.nūc aliqua.ver.lxix.⁊ videt̃ tex.in.d.l.ſi mihi ⁊ Titio.⁊
in.l.per ſeruū.§.qđ vnus.⁊ in terminis videt̃ caſus in conceſſione feu
1 di in.c.vno.de fratribus de no.bene.inue.col.x.vbi dicit̃† ꝙ ſi duobus
fratribus fuit feudū ꝯceſſum:vno mortuo pars ſua nō accreſcit alte
ri fratri,ſed redit ad dn̄m,⁊ ratio qꝛ in cōtractibus nō habet locū ius
accreſcēdi.plene no.per Bar.in.d.l.vnica.Sed his nō obſtātibus
cōtrarium in caſu noſtro de iure videt̃ ꝓcedere,videlicet ꝙ dictū mo
naſteriū nihil poteſt de dicta poſſeſſione petere viuente dicto Bar-
toccio preter pēſionem conuētā.Moueor principaliter propter ver
ba appoſita in inſtrumento cōceſſionis,non em̄ locatio fuit facta ſim
pliciter Meo ⁊ Bartoccio quo caſu procederent ſuperius in contra
ria parte allegata,ſed fuit ſpecifice adiectum ꝙ poſt vitā amborū ſci
licet Mei ⁊ Bartoccij dicta poſſeſſione deberet redire ad conuētum
dicti monaſterij,vnde ponderanda ſunt illa verba,poſt vitam ambo
rum ⁊c.que clare innuūt ꝙ altero viuente monaſterium nihil petere
poſſit.ꝑ hoc.l.ſi.ff.in ius voca.vt eant.vbi dicitur ꝙ ſi quis in iudicio
duos homines ſiſtere ꝓmiſit alterū exhibet ⁊ alterū nō,promiſſioni
non videt̃ ſatiſfactū,ad idem.l.pe.C.de impub.⁊ alijs ſubſti.vbi habe
tur ꝙ ſi quis duobꝰ filijs impuberibꝰ inſtitutis adiecit ꝙ ſi vterꝗ im
pubes deceſſerit talis ſit heres nō vocat̃ dictꝰ ſubſtitutꝰ niſi poſt mor
tem vtriuſꝗ,⁊ multi caſus conſimiles poſſunt ad idē adduci maxime
qđ leg.⁊ not.in.l.ſi quis fuerit.⁊.l.ſi quis ducēta.§.vtrū.ff.de reb.du.
⁊.c.olim.de reſcrip.Preterea non eſt a verbis cōtrahētiū recedendū
niſi conſtet de mēte.l.ſemper in ſtipulationibꝰ.ff.de re.iur.facit.l.La
beo.ff.de ſup.lega.⁊.c.ſi.de ver.ſig.⁊.c.ciuitate.de vſur.cū ſimilib.ſed
in dicto cōtractu fuit expreſſe dictū vt poſt mortē amborū dicta poſ
ſeſſio rediret ad monaſteriū,ergo non ſufficit mors vniꝰ.vt in iuribꝰ
prealle.Et hāc queſtionē quaſi in terminis pro iſta parte dicit Spe-
cu.in loco prealleg.⁊ ita dicit multos doctores cōſulto r̄ndiſſe.Hāc
etiā partem videtur tenere Bart.in.l.quidam teſtamēto.ff.de vulg.
2 ⁊ pup.vbi arg.illius.l.dicit† qđ ſi teſtator ſic dixit ſi tales deceſſerint
volo qđ omnia bona deueniant in talem,nō videtur ſubſtitutꝰ voca
tus niſi cum ambo inſtituti deceſſerint,hoc em̄ importat ſignificatio
verborum licet quandoꝗ aliud ſeruetur ex preſumpta mēte teſtato-
ris,quo caſu procedit.l.heredes mei.§.cū ita.ff.ad treb.vt ibi no.Jn
caſu autem noſtro non conſtat de cōtraria mente contrahentium.er
go ſtandum proprie ſignificationi verborum.l.nō aliter.de legat.iij.

Pꝛeterea ꝙ hoc fuerit etiam de mente cõtrahentiũ vt viuẽte illoꝛũ altero nihil poſſit de dicta poſſeſſiõe ꝯuent⁹ petere expꝛeſſe pꝛobaẗ per illa verba ſyndicatus in eo ꝙ dederũt poteſtatẽ locãdi illis.ita ꝙ locatio nõ tranſeat ad heredes,ſed ſolũmodo ad vitam eoꝛum ⁊ cuiuſlibet eoꝛum.ponderãda eñ ſunt diligenter hec vltima verba cuiuſlibet eoꝛũ,aperte eñ innuunt ꝙ dicta locatio durat nedũ ad vitã amboꝛũ,ſed cuiuſlibet eoꝛum,ex quo verba clara ſunt,non eſt opus interpꝛetatione.vt in.l.ille aut ille.ff.de leg.iij.nec ad iſta verba fieri põt aliqua cauillatio niſi manifeſte friuola.Et facit ꝓ hoc ꝙ in ſimi
3 li not.Bal.in.d.l.vnica.C.qñ nõ peten.par.vbi dicit † ꝙ ſi conceſſa fuit res in emphyteoſim duobus fratribus inſolidũ,videnẗ hec verba impoꝛtare ꝙ poſt moꝛtẽ vnius nõ dꝫ poſſeſſio vel ipſius pars redire ad dñm pꝛopꝛietatis,ſed dꝫ expectari moꝛs vtriuſqꝫ,ita ꝙ caſu hꝫ locũ potius ius non decreſcendi quã accreſcẽdi.vt ibi plenius per eum not.¶Concludo ergo ex omnibus pꝛedictis ꝙ viuente dicto Bertotio non põt conuentus dicti monaſterij petere dictã penſionẽ vel ipſius partem ſed debet eſſe cõtentus perceptione penſionis ſtatute.Et hec ſufficiant.

¶Caſus conſilij ſequentis.

Factũ in effectu in his terminis

pꝛoponiẗ.Cõmune mõtis ſancte Marie venit ad obediẽtiã ciuitatis Racbanati cũ certis pactis,qbus inter cetera ꝯtineẗ ꝙ dicta terra mõtis ſancte Marie ⁊ eius curia ⁊ foꝛtia ⁊ diſtrict⁹ perpetuo ſit ⁊ eſſe intelligatur de diſtrictu comitatu ⁊ iuriſdictione Racbanati certis modificationibus ⁊ pactis,⁊ inter cetera fuit actũ ꝙ dictũ cõe ⁊ homines de mõte ſancte Marie habeãt in dicta terra curia ⁊ diſtrictu merũ ⁊ mixtũ imperiũ ⁊ plenã iuriſdictionẽ in vniuerſis ⁊ ſingulis que nõ ſint in pꝛeiudiciũ cõis Racbanati pꝛedicti ſeu ꝯtra foꝛmã capituloꝛũ inter dictas terras habitoꝛũ poſſintqꝫ leges ⁊ ſtatuta cõdere illis modis ⁊ diſpoſitionibus de quibus eiſdẽ placebit dũmodo non ſint cõtra honoꝛẽ ⁊ ſtatutum dicti cõis Racbanati,aut contra huiuſmodi capitula ⁊c.Demũ ꝯtingit ꝙ dictũ cõe terre ſancte Marie cõceſſit poteſtatẽ cuidã notario exercendi in dicta terra artẽ notarie.diciẗ ꝙ nõ potuerit hanc poteſtatẽ illi tradere obſtantibus quibuſdã refoꝛmationibus ciuitatis Racbanati quibus ꝯtineẗ ꝙ null⁹ notarius audeat exercere artẽ notarie in comitatu ⁊ diſtrictu Racbanati,niſi ꝑus talis notari⁹ ſit appꝛobat⁹ ⁊ matriculat⁹ in vniuerſitate notarioꝝ dicte ciuitatis Racba.vt pleni⁹ patebit ex.j.dicẽdis.

¶Conſilium.ciiij.

1 ☞ Uigoꝛe arbitrij gñaliter aliqbus officialib⁹ ꝯceſſi nõ vr̃ data poteſtas diſponẽdi cõtra ſtatuta ⁊ oꝛdinamẽta ciuitatis iam facta.

2 Dñs habens iuriſditionẽ põt nedũ al's notario ꝯcedere vt exerceret artẽ notarie in territoꝛio ſuo,ſed etiã de nouo ibidẽ creare notarium.

3 Uniuerſitas alicuius terre poteſt ſtatuere aliquid contra ius publicum,in pꝛeiudicium ipſius terre.

4 Pꝛiuilegium generaliter per pꝛincipem cõceſſum dꝫ latiſſime interpꝛetari in pꝛeiudicium ipſius concedentis.

Chriſti ſaluatoꝛis eiuſqꝫ pijſſime matris ꝑſidio pꝛius inuocato.Uideẗ pꝛimo ꝙ non liceat dicto notario exercere in dicto caſtro ſancte Marie vigoꝛe dicte poteſtatis artẽ notarie,qꝛ cũ ſpecialiter eſſet ꝓhibitũ ꝑ ſtatutũ dicte ciuitatis Racbanati vt null⁹ notarius poſſit in ſuo comitatu ⁊ diſtrictu exercere artẽ notarie niſi pꝛius foꝛet appꝛobatus ⁊ matriculatus in vniuerſitate notarioꝛꝫ dicte ciuitatis Racbanati non licuit dicto cõi ſancte Marie vigoꝛe poteſtatis generaliter ſibi cõceſſe aliquid diſponere ſeu ſtatuere ꝯ ſtatuta ſpecialia dicte ciuitatis Racbanati.arg.l.honoꝛũ.ff.de iure fiſci.⁊ eoꝛũ que not.Bar.in.l.
1 ambitioſam.ff.de decre.ab oꝛd.fa.in pꝛoemio.C.vbi dixit † ꝙ vigoꝛe arbitrij gñaliter aliquibus officialibus cõceſſi non videẗ data poteſtas diſponendi cõtra ſtatuta ⁊ oꝛdinamenta ciuitatis iam facta.pꝛo hoc nõ eſt veriſimile ꝙ quis cõceſſerit in genere id qđ fuiſſet in ſpecie veroſimiliter cõceſſurus.vt in regula in generali.de reg.iur.li.vj. Pꝛeterea ⁊ ſcđo non licet inferioꝛi diſponere ꝯ ius ſuperioꝛis.vt in cle.ne romani.de elec.⁊.C.de vſur.l.eos.§.ne liceat.Sed homines dicti caſtri ſunt ſubiecti ⁊ de comitatu ciuitatis Racbanati.ergo nõ licuit eis illã poteſtatẽ tradere aut circa hoc ſtatuere ꝯ illas refoꝛmationes ſui ſuperioꝛis.Tertio hoc ſuadẽt exceptiones facte in datione illius poteſtatis.Fuit eñ hominibus illius terre datũ merũ ⁊ miſtũ imperiũ ⁊ ptãs cõdende dũmõ illã ptãtẽ non exercerẽt in pꝛeiudiciũ ſeu ꝯ honoꝛẽ ⁊ ſtatutũ dicte ciuitatis Racbanati.ſed conceſſio illius poteſtatis exercẽdi artẽ notarie in dicta terra venit ꝯ honoꝛẽ in ꝑiudiciũ dicte ciuitatis.ergo nõ licuit dictã ptãtẽ tradere.Quod aũt ſit in pꝛeiudiciũ ⁊ contra honoꝛẽ dicte ciuitatis Racbanati patet ex eo qꝛ ille refoꝛmationes non fuerunt ob aliã cauſam facte niſi qꝛ notarij nõ appꝛobati ⁊ matriculati ab vniuerſitate ciuitatis ſepe faciebãt inſtrumẽta falſa ⁊ fictitia ac ſimulata ⁊ nonnunꝙ̃ pꝛopter ipſoꝛũ notarioꝛũ ignoꝛãtiã coꝛruebant inſtrumẽta ꝯ volũtatẽ ꝯhentiũ,q̃ omnia indubitãter videtur tẽdere in pꝛeiudiciũ ⁊ cõtra honoꝛẽ dicte ciuitatis,cũ talia illicita ꝯmittanẗ i ſuo territoꝛio ⁊ comitatu. arg.in.l.ꝯgruit.ff.de offi.ꝑſi.⁊.xliij.diſt.ſi inimicus.¶Sed his nõ obſtãtibus ꝯtrariã ſnĩam puto firmiter de iure verioꝛẽ.¶Moueoꝛ pꝛinci-
2 paliter qꝛ terra vel dñs habẽs iuriſditionẽ põt nedũ al's notario dare poteſtatem exercẽdi artẽ notarie in ſuo territoꝛio.ſed etiã de nouo ibidẽ creare notariũ.Sicut eñ loci conſuetudo hoc põt.vt in.c.cum dilectus.de fide inſtru.ita foꝛtius loci ſtatutũ.arg.l.de quib⁹.ff.de legi.Et hanc partẽ tenuit Hoſti.⁊ cõiter doc.ſequunẗ in.c.cũ.ꝑ.tabellio.de fide.inſtru.quicquid ibi cõtrariũ dixerit Inno.Hãc etiã opinionẽ tenuit Bar.in.l.j.ff.de offic.ꝓcõſu.in.l.hec aũt.de adop.ſentit Bar.in.l.cũctos populos.C.de ſum.tri.vbi aperte hoc idẽ firmauit Bal.⁊ Spe.in tit.de inſtru.edi.§.reſtat.ver.ſed quis põt.Sed pꝛedicta terra montis ſancte Marie habuit poteſtatẽ condendi ſtatuta. itẽ merũ ⁊ miſtũ imperiũ ⁊ iuriſditionẽ que non ſolũ põt in dicta terra dare poteſtatẽ alias notario,ſed etiã de nouo notarios ibi creare. De iure ergo vigoꝛe dicte poteſtatis ſibi reſeruate vel cõceſſe potuit dicto notario illã ptãtẽ cõcedere,⁊ ꝑ cõſequens debent valere omnia inſtrumẽta cõfecta ⁊ cõficiẽda per dictũ notariũ.Solũ aũt reſtat videre nunquid refoꝛmationes facte ꝑ ciuitatẽ Racbanati ſeu reſeruationes vel exceptiones facte in tranſlatione dicte poteſtatis habeãt obſtaculũ pꝛeſtare.Et ꝓfecto firmiſſime credo ꝙ non.pꝛimo eñ non obſtãt refoꝛmationes qꝛ ex quo pꝛinceps dat poteſtatẽ populo certe terre cõdendi ſtatuta videtur dare poteſtatẽ faciẽdi in illa terra etiã cõtra legem generalẽ ſuperioꝛis,niſi vellet ſtatuere cõtra bonos mores naturales,aut cõtra ſpecialiter pꝛincipi reſeruata in ſignũ ſupꝛeme poteſtatis,vt not.cõcludit Bal.in.l.oẽs populi.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊ in repetitione ver.tertio iuxta pꝛedicta queriẗ ⁊c.ꝓbari videẗ in.d.l. oẽs populi.quinimo notãter dixit gloſ.in.l.neqꝫ pignus.§.pꝛiuato-
3 rũ.ff.de reg.iur.† ꝙ vniuerſitas alicuius terre poteſt ſtatuere aliqd contra ius publicũ pꝛeiudiciũ ipſius terre ſeu habitantium ibidem, lꝫ non poſſit in pꝛeiudicium publicũ generaliter.ſed in caſu noſtro permiſſio exercendi artem notarie in dicta terra nõ eſt contra bonos moꝛes naturales,imo cõuenit bonis moꝛibus ex quo alias ſunt adepti officium notarie legitime.ita cõtingit in caſu noſtro.nam ⁊ iura inuenerũt vſum ⁊ exercitiũ notarioꝛũ.vt de fide inſtru.per totũ.⁊ in auẗ.de tabel.de fide inſtru.nec a iure requiriẗ ꝙ debeat eſſe appꝛobatus in vniuerſitate notarioꝛũ, vel alter matriculatus.vt.s̃.dixi.nec iſtud eſt de reſeruatis ciuitati Racbanati in ſignũ ſupꝛeme poteſtati,ſed ei pꝛohibuerit in ſuo comitatu ⁊ diſtrictu exercitiũ ſine appꝛobatione ⁊ matriculatura,nõ tñ reſeruauit ſibi poteſtatẽ dũtaxat faciẽdi cõtrariũ.videẗ eñ ꝓhibuiſſe quo ad ſubiectos ſuos generaliter qui aliter nõ valuerũt ſtatuere nec ſtatuerũt,non aũt extẽdiẗ ad loca in quibus ſunt ſtatuta legitime edita in ꝯtrariũ ſicut apparet in lege pꝛincipis generaliter diſponẽte,qua nõ obſtãte põt terra habens iuriſditionem a pꝛincipe vel pꝛeſcriptam ſtatuere ꝯtrariũ.vt in.d.l.omnes populi.⁊ ibi no.⁊ in.d.l.cũctos populos.C.de ſum.tri.Et pſertim hoc ꝓcedit in caſu noſtro cũ exercitiũ officij iſtius notarij nõ tendat in inuitũ,ſed in voluntariũ tantũ ⁊ concernit homines illi⁹ terre tantum,vel ibidẽ voluntarie cõtrahentes.facit qđ in ſimili not.Bart.in l.iij.ff.ad.l.iul.repe.Pꝛeterea parũ pꝛodeſſet ptãs generaliter dicte terre tradita ſi non poſſet ſtatuere cõtra pꝛouiſa ſpecialiter ꝑ ciuitatem Racbanati,cũ dicte ciuitatis ſtatuta in omnibus caſibus cõmuniter cõtingẽtibus pꝛouideãt,vnde illa poteſtas eſſet fruſtratoria qđ non eſt dicẽdũ.ar.l.j.in fi.ff.ad muni.⁊ in.l.qđ Labeo.ad carbo.⁊.l.ſi qñ.C.de inoffi.teſta.iuncta gl.⁊ in.c.j.de pꝛiuil.lib.vj.cum ſimi.Itẽ ptãs fuit dictis hominibus tradita generaliter vt poſſent ſtatuere ⁊ legẽ facere ſup omnibus que eis placeret,ergo nõ intelligit dict⁹ caſus exceptus vel cõſimilis,qꝛ qui omnia dicit nihil excludit.l.de pꝛe-
4 tio.ff.de publi.⁊ in.c.ſi romanoꝛũ.xix.di.c.ſolite.de maio.⁊ obed. † ⁊ pꝛiuilegiũ gñaliter ꝑ pꝛincipẽ ꝯceſſum dꝫ latiſſime interpꝛetari pꝛeiudiciũ ipſius cõcedẽtis.vt in.c.olim.de ver.ſig.vbi ꝑ Inn.in.l.ſi.ff. de ꝯſti.pꝛin.vbi ꝑ Bar.⁊ cõtra eũ dꝫ fieri interptatio qui potuit legẽ apertius dicere vt in regula cõtra eum.de reg.iu.lib.vj.Ultimo hoc pꝛobãt expꝛeſſe exceptiones facte in tranſlatione illius poteſtatis.q̃ pꝛofecto videnẗ fundare intẽtionẽ cõmunitatis dicte terre.lꝫ pꝛima fronte videãtur facere ꝓ ciuitate Racba.Nã ex quo gñaliter tribuit illi populo merũ ⁊ miſtũ imperiũ ⁊ iuriſditionẽ ac ſpecificã poteſtatem cõdẽdi leges ⁊ ſtatuta duo caſus dũtaxat fuerũt excepti videtur firmaſſe ⁊ trãſtuliſſe poteſtatẽ gñaliter in omnibus nõ exceptuatis. in.c.dñs.xxxij.q.vij.⁊.c.ij.de cõn.le.⁊.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.mat. Uideamus ergo nunc an iſte caſus cõpꝛehẽdat in illis caſibus exceptis,⁊ certe dico ꝙ nõ.Pꝛimus caſus exceptus fuit cũ vellẽt exercere poteſtatẽ in pꝛeiudiciũ dicte ciuitatis Racbanati.ſed permiſſio exercitij illius officij terra eoꝛũ notariũ nõ venit in pꝛiudiciũ ciuitatis Racba.imo nullũ pꝛiudiciũ ex hoc põt pꝛcedere,cũ de iure vt pꝛedixi poſſunt in eoꝛũ iuriſditione ⁊ terra de nouo creare notarios,nec notarij exercẽt ſuũ officiũ contra aliquos inuitos,imo oportet ꝙ ab eis rogeẗ.vt no.in.c.j.de fid.inſtr.ꝑ Inn.⁊ pꝛeiudiciũ ſapit diminutionẽ patrimonij que nullo modo cõtingit in caſu noſtro,al's ſequeretur ꝙ nullus citra pꝛincipem poſſet creare tabelliones in ſua iuriſ-ditione

ditione cũ nõ liceat ſubiectis ſtatuere in preiudiciũ principis vt in.c.
veniẽtes.de iureiurã.cuius cõtrarium eſt verũ.vt ſupra probatũ eſt.
Secundus caſus exceptus fuit cũ vellẽt facere ſtatutũ cõtra bonorẽ
⁊ ſtatutum dicte ciuitatis Rachanati ſed quis mentis compos dicet
illam permiſſionem exercẽdi ibidẽ officiũ notarie tendere contra ho-
norem ⁊ ſtatutum principis preſertim cum de iure non ſit neceſſaria
alia licentia ⁊ ciuitas Rachanati illas reformationes fecerit princi-
paliter ad cõmodũ ſubiectorũ tñ ſi iſti de terra mõtis ſancte Marie
habẽtes poteſtatẽ cõdẽdi legem volunt in eorum preiudicium aliter
prouidere mos eſt eis gerendus.cum poſſint in eorum preiudiciũ vt
predixi etiam ſtatuere in preiudicium iuris publici qd plus eſt.no.in
d.§.priuatorum.facit.l.circa.ff.de proba.Preterea ſi iſtud tenderet
cõtra honorem ⁊ ſtatuʒ principis nõ liceret inferiori creare notarios
in ſua iuriſdictione,cuiꝰ contrariũ eſt verũ predixi.Nõ.ob.ↄ̃ria.ſ̃.ꝓ-
poſita ſñia formata.patet enim ex predictis ad omnia preterꝙ̃ ad pri
mum rñſio.ad qd dico ꝙ procedit qñ in eadẽ terra daꝛ̃ arbitriũ reſpe
ctu certe facultatis.tũc eñ nõ licet ↄ̃ ibi ſpecialiter ꝓuiſa ſtatuere.ſʒ
nos loquimur cũ daꝛ̃ generaliter ptãs ⁊ iuriſdictio ĩ vna terra,⁊ ſi ſiũt
ibi ſtatuta in preiudiciũ illiꝰ terre dũtaxat,nõ aũt cõtra iura edita in
aliꝭs terris cõcedẽtis.Ex oĩbꝰ p̃dictis ↄcludo ꝙ ex p̃ſeruatiõe ſeu cõ
ceſſione predicta poteſtati licuit cõmuni dicte terre dare illã poteſta
tem notario exercẽdi artẽ notarie in illa terra,per ↄſequẽs valent o-
mnia inſtrumẽta per illum notariũ edita cõficiẽda,quinimo vt predi
xi puto ꝙ poſſit dicta ↄmunitas creare d̃ nouo notarios quo ad exer
cendũ officiũ notarie in dicta terra abſqʒ eo ꝙ talis notariꝰ aliter ꝓ-
betur vel matriculetur in vniuerſitate notariorũ dicte ciuitatis Ra
chanati.Et hec ſufficiant. Nico.Abbas.

¶Caſus conſilij ſequentis.

Caſus in facto ſic proponitur.

Quidã nomine Migliore de pauluzo habẽs vxorẽ legitimã ⁊ duas fi
lias ſuperſtites ac duos nepotes ex filia premortua,in egritudine cor
poris conſtitutꝰ aſſerẽs ſe nolle inteſtatus decedere incepit facere te
ſtamẽtũ ſuũ ⁊ anteꝙ̃ aliquẽ heredẽ inſtituerit incepit facere quedã le
gata tã dictis nepotibus ꝙ̃ filiabus,⁊ quibuſdã aliꝭs.⁊ dũ eſſet indi-
ſpoſitione legatorum etiã anteꝙ̃ illa perficeret inuaſit dictum teſta-
torem magna debilitas,ita ꝙ ab illa coactus eſt deſiſtere a factiõe et
perfectione dicti teſtamenti ⁊ ſic illo imperfecto deceſſit.demum de-
ceſſit vna ex filiabus que bona ſua omnia matri reliquit.Nũc requiri
tur an de iure teneãt dicta legata preſertim nepotibus facta,⁊ quali
ter dicta hereditas debeat diuidi.

¶Conſilium.cv.

1 Voluntas defuncti ex imperfecto teſtõ nõ vʒ niſi inter liberos.
2 Legatum libertatis debetur ex teſtamento imperfecto.
3 Teſtator ſi incepit ⁊ expreſſit quod inſtituebat paupes Chriſti ⁊ non
perfecto teſtamento ſuperuenit phreneſis vel mors, talis inſtitutio
non valet etiam fauore liberorum.

Omnipotentis Dei poſtula-
to ſuffragio vꝛ̃ primo dicta legata ſaltem facta inter filias
⁊ nepotes ex filia p̃mortua valere,qꝛ minus ſolẽnis volun
tas inter alios habita valet ⁊ tenet inter eos de quo vꝛ̃ text.in.l.hac
1 conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.vbi dicꝛ̃ †ꝙ ex imperfecto
teſtamento non vʒ volũtas defuncti niſi inter ſolos liberos.Si vero
in huiuſmodi voluntate ſit liberis admiſta aliqua extranea pſona nõ
valet volũtas quo ad illam,ſʒ illius portio liberis accreſcit.ergo di-
cendũ ꝙ legata aliꝭs facta accreſcũt dictis filiabus,⁊ nepotibꝰ,⁊ in-
ter eos dictũ teſtm̃ imperfectũ valere cenſendũ ſit nã nomine libero
rum veniunt non ſolũ filiꝭ,ſed etiã nepotes ⁊ ꝓnepotes ⁊ aliꝭ deſcen-
dentes.vt in.l.liberorum.ff.de verbo.ſignifi.habebũt ergo iſte filie ⁊
nepotes bona prelegata ab inteſtato ⁊ reliqua bona de qbus nõ fuit
diſpoſitũ diuident inter ſe.non eñ vtile per inutile vitiaꝛ̃,vt in regu
la vtile per inutile.de reg.iur.lib.vj.⁊ videtur ad predicta optime fa-
cere tex.ſingularis in materia.in.l.teſtamento.ff.de fideicõ.liber.⁊ ꝙ
2 ibi no.Bar.ibi videꝛ̃ ꝓbari†ꝙ legatũ libertatis debeaꝛ̃ ex teſtamen-
to imperfecto,videꝛ̃ ibi ſentire Bar.idem in legata ad pias cauſas.⁊
facit ꝙ ipſe no.in.l.fideicõmiſ.§.quoties.ff.de leg.iij.vbi ſentit lʒ ſub
dubio tale teſtamentũ imperfectuʒ vʒ inter liberos.Sed his nõ ob-
ſtantibus arbitror de iure ſñiam contrariam veriorem,ſcʒ vt etiã in-
ter liberos talis voluntas imperfecta nõ valeat.Et primo hoc ꝓbo
ꝑ rationes ⁊ iura.Scdo ꝑ autoritates virorũ elegantiſſimorũ,qui in
iſtã cõiter inclinarũt.Et videtur primo tex.expreſſus p̃ſertim iũcta
gl.in.l.is qui.ff.de teſta.vbi dicꝛ̃ ꝙ ſi qs incepit facere teſtm̃ ⁊ nõ ꝑfe
cit talis volũtas ꝓ nihilo eſt.Ad idẽ text.bonus in.d.l.fideicõmiſſa.
§.quoties.preallega.⁊ preſertim hoc tenẽdum in caſu noſtro in quo
nondũ fuerat facta heredũ inſtitutio,ergo nõ p̃t dici teſtm̃ lʒ habue-
rit volũtatẽ teſtãdi vt pʒ ex caſus poſitione.ad hoc inſti.de leg.§.añ
heredis inſtitutionẽ,⁊ melius in.§.inſti.de fideicõ.here.vbi dꝛ̃ teſta-
mentũ eſſe inutile in quo nemo heres inſtituiꝛ̃.Nec obſtat dictus.§.
ex imperfecto,in ↄ̃riũ allegatꝰ,qꝛ dʒ intelligi de imperfectiõe reſpe-
ctu ſolẽnitatis,nõ aũt reſpectu volũtatis,qꝛ ẽt rõne naturali nõ po-
teſt quid conſiſtere ex quo nõ apparet de abſoluta ⁊ expedita volũta
te diſponẽtis.argumẽtũ optimũ in.l.ↄctus.C.de fide inſtr.⁊ alibi di
cit tex.ꝙ nihil actũ eſſe videꝛ̃ cũ aliquid ſupereſt ad agẽdũ.vt in.l.pe.
C.ad ſylla.facit.c.j.de ſucce.ab inteſt.in verbo perfecerint.Potuiſſet
eñ teſtator in ꝓceſſu teſtamẽti illa legata limitare ⁊ tẽperare vꝉ reuo
care.Preterea videmꝰ ꝙ ſi ex teſtõ nõ adeaꝛ̃ hereditas legata nõ de-
henꝛ̃,qꝛ teſtator nõ egit aggrauare veniẽtes ab inteſtato,ſed heredẽ
ſcriptum.vt in.l.ij.C.ſi omiſ.cauſa teſta.vbi ſingulariter ꝓbaꝛ̃ ꝙ etiã
libertates legate non debenꝛ̃ hoc caſu,fortius ergo dicendũ cũ teſta
tor morte p̃uentus teſtm̃ non perfecit,preſertim cũ non peruenerat
ad heredis inſtitutionem vt contingit in caſu noſtro.Et hanc partẽ
vt non valeãt legata etiam inter liberos tenuit apertiſſime in termi-
nis noſtris Bal.poſt Guil.de cu.in ſi.C.fa.erciſ.Et idem firmauit in
d.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.vbi mouetur princi
paliter,qꝛ is qui nõ ꝑfecit morte preuentus,non dicꝛ̃ teſtatus,ſed te
ſtari voluiſſe,⁊ ille leges que vidẽtur innuere cõtrariũ intelligit vt ſu
pra dixi in imperfectione reſpectu ſolẽnitatis,qꝛ nõ fuit teſtatus co-
ram ſeptẽ teſtibus.tũc eñ tenet teſtamentũ inter liberos qui erãt ſuc
ceſſuri ab inteſtato cũ appareat de volũtate defuncti ꝑ duos teſtes.
Hãc eãdẽ opinionẽ firmauit Bar.in.d.l.ſi.⁊ in.d.§.ex imperfecto.li-
cet videatur vacillaſſe ⁊ dubitaſſe in.§.quoties.et.d.l.in teſtamento.
Hanc ſententiam expreſſe fuit ſecutꝰ dominꝰ Pe.de anch.in.c.ij.de
3 teſta.vbi plus dixit†ꝙ ſi teſtator incipit ⁊ expreſſe ꝙ inſtituebat pau
peres chriſti ⁊ nõ perfecto teſtamento ſuperuenit phreneſis vꝉ mors
ꝙ talis inſtitutio ⁊ alia que expreſſit non valent etiã fauore liberorũ
per ea que notantur in iuribus ſuperibꝰ allegatis.Item cõtrarium
videtur ſentire do.Ant.de but.in.c.j.de ſucceſ.ab inteſta.Nõ obſt.d.
l.in teſtamẽto.ad illã quando reſpondet Bal.in.l.cum quis.C.de iur.
⁊ fact.igno.in.iij.col.in ver.tu diſtingue.in fin.Item ibi pone quedã
equitas non ſcripta.ſeu iureconſultus ibi perſuadet nõ diſponit vel
aliter ꝓut ipſe idem Bal.reſpõdet in.l.ſi iure.C.de teſta.manu.vbi di
cit caſum illius legis procedere ratione magne affectionis quam ha-
bet teſtator ad illã alũnam,vt colligitur ex verbis illius.vnde nõ eſt
trahenda ad conſequẽtiã ſm eum.pro hoc.d.l.ſi iure.vbi dicit ꝙ ſi iu
re teſtamentum non ſubſiſtit nõ debentur ex eo etiam libertates.Cõ
cludo ergo ex predictis dicta legata minime deberi inter liberos,ſed
in bonis dicti teſtatoris ſuccedendum eſſe ab inteſtato.Quo ad ſecũ
duʒ qualiter dicta hereditas deferatur ab inteſtato dico ꝙ mero iu-
re cõmuni inſpecto debent ſuccedere filie dicti teſtatoris vna cum ne
potibus ex filia premortua qui ſuccedunt in locum eorum matris,⁊
capiũt tertiam portionem tantũ ſicut cepiſſet eorũ mater.Alie vero
due portiones veniũt ad filias,vt probatur in auꝛ̃.ceſſante.C.de legi
ti.heredi.⁊ inſtit.de ſucceſſio.que ab inteſta.deferun.§.cũ filiꝰ.Por-
tio vero illius filie que deceſſit inſtitu.matre peruenit ad ipſam ma-
trem,potuit eñ illaʒ inſtituere poſtpoſitis ſorore ⁊ filiꝭs ſororis pre-
mortue vt in.l.fratris vel ſororis.C.de inoffi.teſtamen.Matre autẽ
mortua dʒ illa portio accreſcere ipſis heredibus ſalua tamen legiti-
ma debita filie ſuperſtiti ⁊ nepotibus ex filia.vt in.c.Raynutius.de
teſta.⁊ ſi eſt mortua ab inteſtato accreſcunt bona matris filie pro vni
ca portione ⁊ nepotibus ex filia pro alia vt patet ex iuribus ſuperius
allegatis.Et hec ſufficiant.

¶Caſus conſilij ſequentis.

Caſus ſuper quo cõſiliũ de iure

poſtulatur in terminis infraſcriptis preponitur.vcʒ eccleſia ſancte
Marie de marmoria dioceſis Senenſis fuit iam ſunt.cc.anni ⁊ vltra
conſtructa ⁊ conſecrata,vna cũ tribus altaribus.vno vcʒ in medio
principaliori.duobus vero a lateribus pro ornamento dicte eccleſie,
vt populis conuenientibus ad diuina facilius poſſent miſſarum ſo-
lennia celebrare.vt ſatis colligi poteſt ex ſcriptura eccleſie ⁊ dictorũ
altarium,⁊ ex ſcriptura antiqua edita ſuper conſecratione dictorum
altarium eorum tempore facta,nec aliqua dos fuit tempore conſti-
tutionis dictis altaribus ſpecialiter aſſignata.quinimo añ.xl.annos
dicta altaria nulla bona dotis nomine,aut alio tit.obtinebãt,nec cẽ-
ſebanꝛ̃ capelle diſtincte a corpore eccl'e.Sed plebanus dicte eccl'e ꝓ
tempore exiſtens quãdoqʒ ꝑ ſe quãdoqʒ per alios in dictis altaribus
celebrãdi populo cõfluenti ad dictã eccleſiã ſatiſfaciebat,demũ a.xl.
vel.l.annis citra quedã bona fuere dictis altaribus a lateribus con-
ſiſtentibus per nonnullos parochianos dicte eccleſie legata ſeu do-
nata,⁊ pretextu harũ rerũ dicti parochiani arbitrantes ſe eſſe patro-
nos nõnullos clericos ad dictas capellas ponebãt ⁊ cõſtituebant cũ
conſenſu plebani dicte eccleſie,⁊ talis ↄſtitutio durauit fere per.xxx.
annos.quibus elapſis dicti parochiani exiſtimantes vt ſupra ſe fore
patronos inceperũt preſentare capellanos ad dicta altaria dño epõ
Señ.a quo ſic preſentati fere per.xxx.annos inſtitutionem cõſecuti
ſunt.Nuperime aũt plebanus de nouo in dicta eccl'a canonice inſti-
tutus dicit dictas capellas vna cũ bonis eis legatis ⁊ donatis ad ſe
pertinere queãdmodũ ⁊ alia bona negãdo patronatũ aliquẽ de iure
dictis parochianis ↄpetere,dicti vo ꝑochiani ↄ̃riũ aſſeuerãt ⁊ ad eo

rum intentionem fundandam ſuper dicto patronatu allegant dona-
tionem dictorum bonorum per eorũ maiores factam ⁊ quandã ſpe-
cificatam, vt populus dicte eccleſie preſentationẽ capellanorum ad
dicta altaria obtineret. Queritur nunc quid iuris ⁊ cõſequẽter dubi-
tatur de quadam capellã parochiali poſita intra limites plebis q̃ ab
olim erat de mẽſa plebani dicte eccl'e, demũ diuiſa extitit a dicta ple-
be per quendã epm Senenſem ſine ſui capellani conſenſu reſeruato
quinq̃ librarũ cere cenſu annuatim pſoluendo dicte eccleſie, ac etiã
patronatũ dicte capelle dictus eps quibuſdam laicis conceſſit nulla
tamen bona per dictos laicos illi capelle cõceſſa fuerũt. Nunc dict⁹
plebanus pretendit diuiſionem fore nullam, dicens earũ ius patrona-
tus ipſis laicis minime potuiſſe concedi, ⁊ nomine eccleſie ſue vendi-
cat dictam capellam tanq̃ menſe ſue vnitam ſeu membrũ dicte ſue
eccleſie ſancte Marie.

¶ Conſilium. cvj.

1 Ius patronatus ſeu ius preſentandi poteſt populo ex antiqua
conſuetudine competere.
2 Conſtruens eccleſiam efficitur patronus.
3 Inſtitutio beneficiorum pertinet ad ſolum epm de iure communi.
4 Unio vel diuiſio eccleſiarũ nõ poſſunt fieri ſine conſenſu capituli.

Chriſti eiuſq̃ matris pſidio
innocato prius iuxta ordinem tangã primũ punctũ. De-
inde ſm. Et circa pmũ vr̃ dictũ plebanũ iniuſta petitio-
ne moneri, quoniã ius patronatus acquirit̃ non ſolũ conſtructione ⁊
fundatione, ſed etiã dotatione. xvj. q. vij. c. filijs ac nepotibus. no. gl.
in. c. pie mẽtis. eadẽ cauſa ⁊ queſtione. lxiij. diſt. in ſumma. per Innoc.
in rubri. de iurepatronatus. p Jo. and. in. c. j. eo. ti. ſed per dictos pa-
rochianos fuit dictis capellis dos collata, ergo acq̃ſiuerũt ius patro-
natus. Preterea pſuppoſito q̃ titulus acquiſitionis illius iuris pa-
tronatus nõ fuiſſet a principio omnino legitimus, dedit tñ cauſã di-
1 ctis parochianis pſcribẽdi. † Nam ius patronatus ſeu ius preſentã-
di poteſt populo ex antiqua cõſuetudine competere ⁊ ſic per populũ
preſcribi. vt videtur prima fronte tex. in. c. querelam. de elect. not. ibi
Jo. and. ⁊ plenius ſuper regula qõ alicui gratioſe. de reg. iur. lib. vj. in
mercu. Sz dicti parochiani fuerũt quaſi in poſſeſſione preſentãdi fe-
re p. xl. annos. ergo dictũ ius pſcripſerũt, cũ etiam cõtra eccleſiã ſuffi-
cit pſcriptio. lx. annorũ. vt. c. de quarta. de preſcrip. ⁊ in. c. j. in. vj. cum
ſimilibus. Itẽ tertio ex quo nõ cõſtat aliquos fuiſſe patronos dicta-
rum capellarũ, ⁊ populus tanto tẽpore exercuit preſentationis actũ,
debemus pſumere parochianos fuiſſe conſtructores dictarũ capella-
rum cũ certũ ſit eccleſiã nõ naſci, ſed accidẽtaliter deſtrui, ergo iſti pa-
rochiani q executerũt actũ pſentationis debẽt pſumi patroni, ex quo
alij nõ ſunt in poſſeſſione aliorũ iuriũ cõpetentiũ patronis. Ad hoc
c. j. de reli. domi. ⁊ qõ ibi no. Inno. ⁊ facit qõ not. Joã. and. ſuper di-
cta regula q̃ alicui. in fine queſtionis. Preterea ⁊ quarto facit q̃ no.
2 Joan. andr. in. c. nobis. de iurepatro. ibi concludit, quod † conſtruẽs
eccleſiam efficitur patronus. ⁊ habet per conſequens preſentationẽ,
non ſolũ principalis rectoris ipſius eccleſie, ſed etiam capellanorum
inſtituendorũ in capellis. ¶ Sed his nõ obſtantibus, que diligenter
ponderata non obſtant contrariũ puto de iure tenendũ. vcz q̃ dicti
parochiani ius patronatus ſeu ius preſentandi minime ex predictis
vendicare poſſunt. ⁊ q̃ dicta altaria cũ bonis ſibi donatis libere, ad
diſpoſitionem plebani dicte eccleſie pertinerẽt. Moueor multiplici
conſideratione. ⁊ primo q: ex quo dicta altaria non fuerunt conſtru-
cta dictis parochianis non poſſunt pretendere in illis ius patrona-
tus. Nam ratione conſtructionis vel fundationis nõ, nec ratione do-
tis. Nã ex dotis aſſignatiõe ↄſequit̃ quis ius patronatus qñ exercuit
hũc actũ tẽpore ↄſecrationis. Sed quo capelle ſunt fundate ⁊ conſe-
crate non põt de nouo acquiri ius patronatus niſi plura concurrãt.
Primo em̃ requirit̃ q̃ bona fuerint ei collata nõ ſimplici titulo do-
nationis. nã ex ſimplici titulo dicit̃ quis potius beneficiator q̃ patro-
nus. vt no. Jo. and. in. c. j. de iurepatro. oportet ergo q̃ bona cõferã-
tur in dotẽ. Item q̃ capelle ſint ſine dote, ⁊ q̃ acquiſitio iuris patro-
na. fiat de cõſenſu epi, qõ cũ capella ſit conſecrata. non põt hec ſerui-
tus loco ſacro imponi ſine cõſenſu epi. vt per Jo. an. in. d. c. j. Innoc.
ſuper rub. eiuſdẽ tituli qnimo gl. in. d. c. pie mẽtis. xvj. q. vij. nullo mo-
do voluit fateri q̃ ex aſſignatione dotis poſtq̃ eccleſia eſt cõſecrata
poſſit acquiri ius patronatus. Illa tñ gl. limitatur ſm pdicta. ſed in
caſu noſtro illa bona nõ fuerunt collata in dotẽ. Itẽ non interuenit
epi cõſenſus in acquiſitione illi⁹ iuris patronatus ergo ex illa tali do-
natione bonorũ etiã ſi fuiſſet facta titulo dotis nõ potuiſſet ius pa-
tronat⁹ acquiri. nec dz epi ↄſenſus preſumi cũ ſit quedã ſolẽnitas ex-
trinſeca q̃ nõ pſumit̃ ſicut in ſimili authoritas tutoris nõ pſumit̃ in-
terueniſſe in cõtractu pupilli. l. q̃cũq̃. ff. de publiciana. no. gl. ⁊ Bar.
in. l. ſciẽdũ. ff. de ver. ob. no. Inn. in. c. innotuit. de eo q fur. or. re. hñ fa-
cit. c. j. de reb. eccle. nõ alie. li. vj. vbi in alienatiõe epi nõ pſumit̃ cõſen-
ſus capituli. fortius hoc caſu ipſius epi conſenſus preſumi nõ debet.
Preterea ⁊ ſcdo dico q̃ etiã ſi illa altaria fuiſſent conſtructa per pa-
rochianos eccleſie, ex quo tamẽ nõ fuerunt per illos dotata non fuit
acquiſitũ ius patronatus. Ad hoc glo. ſingu. in. c. quicunq̃. ij. xvj. q.
vij. que dicit q̃ donãs dotẽ modicã nõ efficitur patronus, multo for-
tius nec ille qui nullã ↄtulit. Quod em̃ dicit̃ q̃ quis efficit̃ patronus
ex conſtructione ⁊ fundatione dz intelligi qñ alij cõcurrũt cũ eo do-
tando. nã poſſunt tres effici patroni eiuſdẽ beneficij. vt ſi vnus con-
ſtruit alius fundat ⁊ tertius dotat, vt in gl. lxiij. diſt. in ſumma. ⁊. d. c.
pie mentis. ſecus vbi vnus ſolus conſtruit ſine dotis aſſignatione.
Nec ob. ſi dicat̃ q̃ poſſe dotarũt, q: ex quo tm̃ tp̃s fluxit a tpe cõſtru-
ctionis ⁊ nunq̃ pſentarũt ⁊ nõ vident̃ ↄſtruxiſſe animo acquirẽdi pa-
tronatũ. ſz q̃ dicta altaria eſſent libera ⁊ ad ornatũ dicte eccleſie. Et
preterea ex quo dicte capelle ſteterũt p cẽtũ quinquaginta annos ſi-
ne aliqua inſtitutione capellanorũ fundatoris illũ perdiderũt omne
ius q̃ habebãt. ⁊ eccl'a pſcripſit illorũ libertatẽ, facit. c. ſignificauit. ⁊
q̃ ibi not. de teſti. nã p nõ vſum pditur ſeruitus. vt in. l. ſi ſic ↄſtituta.
ff. queadmo. ſerui. amit. facit. c. de quarta. ⁊ qõ ibi no. p Inn. de pſcri.
fuit ergo noua acquiſitio patronatus p collationẽ illorũ bonorum
preſumpta. ¶ Scdo principaliter ꝯ dictos parochianos facit, quia
neq̃ titulũ legitimũ pbant neq̃ canonicã pſcriptionez. nã primo ti-
tulus legitimus nec probat̃ vt pz ex ſupradictis. neq̃ nõ pbat̃ con-
ſtruxiſſe nõ cõpetẽti tẽpore ⁊ cũ legitima ſolẽnitate dotaſſe nec etiam
probant preſcriptionẽ cauſatã, quinimo tenẽdo opi. Archi. que vide-
tur veriſſima in. c. hortamur. lxxj. diſt. nõ hz in hoc caſu locum preſcri-
ptio. tenuit em̃ poſt longã indaginẽ ius patronatus nõ poſſe p laicũ
preſcribi, lz Jo. an. conet̃ ipm reprobare in dicta regula qõ alicui gra-
tioſe. Sz mihi plus placet opi. Archi. vt plene tetigi in quadã diſpu-
tatione q̃ incipit Augerio rñdendo apertiſſime ad. c. querelã. de elec.
ſuper quo fundat̃ opi. Jo. an. ꝯria. Sed pſuppoſito ſine veritatis piu-
dicio q̃ opi. Joã. an. ſit verior nihilominus dico dictos parochianos
debere ſuccũbere, q̃ minime probare poſſunt pſcriptionẽ cauſatam.
¶ Primo q: cũ iſta pſcriptio ſit ꝯ ius requirit̃ aut titulus legitimus
aut preſcriptio tãti tẽporis de cuius initio nõ extat memoria. vt in. c.
ſi diligẽti. de pſcrip. ⁊ clarius eo. titu. li. vj. c. j. Sed in caſu noſtro non
currit preſcriptio tãti tp̃is cũ de eius ꝯrio nõ eſſet memoria: nec titu-
lus legitimus ſufficiẽs ad pſcribẽdũ. Nã titulus donatiõis pallegate
eſt ꝯrius, q: vt. ſ. nõ ſufficit ſola bonoꝝ vel dotis collatio ſine epi cõ-
ſenſu. vñ dicti parochiani erãt ĩ iure. ſz error iuris impedit pſcriptio-
nem, ita q̃ talis titulus nõ eſt ſufficiẽs ad pſcribendũ. vt in. c. dudũ.
iuncta glo. de deci. l. nunq̃. de vſuca. not. gl. in. c. apoſtolice. de dona-
tio. Preterea preſuppoſito ſine veritatis preiudicio q̃ valuiſſet pre-
ſcriptio predicta, non tamen fuit tanti temporis q̃ ſufficiat ad pſcri-
ptionez cauſatã cõplendã. nõ enim acquirit̃ quaſi poſſeſſio iuris pre-
ſentandi niſi ſubſequat̃ inſtitutio ſuperioris. ad hoc qõ not. Inno. ⁊
Jo. and. in. c. ij. de in integ. reſt. ⁊ p eũdẽ Jo. and. ſuper dicta gl. regu-
le qõ alicui. in fine queſtionis. ſed in caſu noſtro per. xxx. annos vlti-
mos fuit ſubſecuta inſtitutio epi ergo nõ fuit completa pſcriptio. xl.
que ſola currit ꝯ eccleſiã. vt in. d. c. de quarta. ⁊ aut̃. quas actiones. C.
de ſac. ſanc. eccl. ¶ Nec obſtat inſtitutio ſeu ↄſenſus plebani pſtitus
in prioribus. xxx. annis, q: ad plebanũ non ſpectabat inſtitutio. hinc
eſt q̃ poſtea fuit habitus recurſus ad epm loci. facit qõ not glo. in. c.
quãq̃. de elect. lib. vj. ⁊ qõ no. Jo. And. in dicta regula qõ alicui. vbi
3 pz † q̃ ad epm ſolũ ptinet de iure cõmuni inſtitutio beneficiorum.
vt eſt tex. in. c. cũ ex iniũcto. in fin. de here. Preterea ⁊ vltimo nõ põt
allegari preſcriptio etiã ſi fuiſſet continuata per tempus ſufficiẽs, q:
eccl'a vacauit p tp̃s. xl. annoꝝ. Nã pleban⁹ qui erat tẽpore concurren-
tis pſcriptiõis nõ habebat titulũ legitimũ, ⁊ ſic erat intruſus cũ eſſet
priuatus ex legitima cauſa titulo eccleſiaſtico. vñ verius dicebat̃ fur
⁊ latro. in. c. dudũ. ij. de elec. ſed tẽpore vacationis eccleſie nõ currit p-
ſcriptio. vt no. Inno. in. c. olim. de reſt. ſpo. vbi ſingulariter dicit q̃ ẽt
eccl'e inferiori vacãti nõ currit pſcriptio, q: nõ eſt legitimus ⁊ imme-
diatus defenſor q iura eccl'e poſſit tueri ⁊ repetere. Nã iſti intruſi ti-
mentes repelli non audẽt bona inuaſa repetere, nec habent dilationẽ
ad eccleſiã, ſed ſolũ nitunt̃ repetere, vnde paria ſunt nullum habere
rectorẽ vel intruſum hr̃e. vt in. c. ij. de trãſla. pla. facit qõ no. gl. in. c. j.
de in inte. reſt. li. vj. ⁊ tex. cũ gl. in. c. ſacerdotes. xvj. q. iij. Et ex predi-
ctis omnib⁹ ↄcludo dictos parochianos minime poſſe ſibi vendicare
ius patronatus ſeu pſentãdi ad dictas capellas ⁊ q̃ dicte capelle ſpe-
ctant ad diſpoſitionem plebani vna cũ bonis collatis nec potuerunt
parochiani bona per eorũ maiores repetere, q: donatio ſemel perfe-
cta reuocari nõ poteſt. vt. l. fi. C. de reuo. do. c. fi. de dona. etiã ſi bona
collata fuiſſent pretextu cauſe minus legitime, q: cauſa minus legiti-
ma habet̃ p non adiecta. ⁊ remanet donatio pura, vt probat̃. x. q. j. c.
ij. vbi tex. no. cũ glo. facit qõ legi. ⁊ no. in. c. ſignificatum. de prebend.
Dico tñ q̃ ſi populus parochie erat in poſſeſſione preſentandi bona
fide nõ dz remoueri ad preſentationem populi inſtituti. vt in. c. que-
relã. palleg. ⁊. c. cõſultationib⁹. de iurepatro. ſz ſi pupillus erat in ma-
la fide. vt no. Inn. in. c. ij. de in integ. reſti. c. ex lr̃is. de reſti. ſpo. ⁊. c. cũ
eccl'ia ſutrina. de cã poſ. ⁊ ppri. ⁊. c. ↄſultationib⁹. Et p pdicta pz ad
cõtraria rñſio. Et p hoc pz rñſio ad. j. q. ¶ Nũc ſm dubiũ ingrediẽs
ſcz an dicta diuiſio per epm facta de iure ſubſiſtat videtur primo qõ
ſic, nam eps põt vnire eccleſias minores. vt in. c. ſicut vnire. de exceſſ.

ꝓla.⁊.c.vacãte.de ꝓbẽ.ergo ⁊ diuidere vt in.c.ſicut duo.xvj.q.j.⁊
not.in.d.c.ſicut vnire.facit regula prima de re.iur.nã oĩs res ꝑ quaſ⸗
cunq; cauſas naſcit̃,per eaſdẽ diſſoluit̃.vt ibi.¶ Sed his nõ obſtanti⸗
bus ↄtrariũ puto de iure procedere ꝙ ad caſum noſtrũ.Corruit em̃
ipſo iure ipſa diuiſio ex multiplici cã.¶ Primo qꝛ fuit facta ex cauſa
notorie iniuſta.Aſſeruit em̃ eps in dicta diuiſione illã facere propter
tenuitatẽ redituũ illius eccleſie ſancte Marie.Nã hec cauſa nõ indu
cit facultatem diuidẽdi eccleſiã ſibi annexam.ſed potius de nouo ſibi
vniendi.vt in.c.expoſuiſti.⁊.c.vacã.de ꝓbẽ.⁊ no.in.d.c.ſicut vnire.⁊
x.q.iij.vnio.Preterea quẽadmodũ ſine cã legitima non poſſunt iura
eccl'e alienari vt in.c.ſine exceptiõe.xj.q.ij.in.c.j.de reb.eccle.nõ alie.
li.vj.nec ita diuiſio dicte annexionis ſine cauſa legitima fieri debuit,
cum nulli dubiũ ſit dictã diuiſionẽ pertinere ad alienationẽ iuriũ di⸗
cte eccleſie ſancte marie.facit ꝙ leg.⁊ no.in.c.ↄſtitutis.de elec.ꝑterea
dicta diuiſio corruit ex defectu ſolẽnitatis omiſſe.Nõ em̃ fuit facta cũ
4 cõſenſu capituli nec tractatu ꝑcedẽte,qm̃ quẽadmodũ vnio † nõ p̃t
fieri ſine cõſenſu capituli nec vꝫ cõſuetudo in cõtrarium.vt eſt text.
iũcta gl.in cle.ſi vna.de reb.eccl.nõ alie.facit.c.paſtoralis.ita fortius
nec dꝫ fieri ſine dicta ſolẽnitate diuiſio.arg.in dicta regula prima.Et
qꝛ vt dixi ꝑ hãc diuiſionẽ alienant̃ iura illi⁹ eccl'e ſancte Marie.vnde
etiam tractatus precedere debuit.vt in.c.tua.de his q̃ fiunt a prelat.
in.c.j.de reb.eccl.nõ alie.lib.vj.Preterea in dicta diuiſiõe fuit ius pa
tronatus cõceſſum quibuſdã laicis,qui nec cõſtruxerũt nec fundaue
rũt nec dictã capellã dotauerũt,ergo eis tale ius per epm nõ potuit
cõcedi ꝑſertim cũ dicta capella eſſet iam cõſtructa ⁊ dotata tẽpore
cõceſſione dicti iuriſpatro.nec em̃ p̃ot eps rei ſacre ſine cauſa legiti⸗
ma hãc ſeruitutẽ imponere.vt no.gl.in.d.c.pie mẽtis.xvj.q.vij.⁊ Jo.
an.in.c.j.de iureiuran.⁊ Inno.ſuper rubꝛ.einſdem titu.facit ꝙ leg.⁊
no.in.c.cum dilectus.de cõſue.⁊.c.ij.de ind.Ex quibus euidẽter con
cludit̃ in hoc ſcđo dubio dictã diuiſionem minime de iure ſubſiſtere,
nec conceſſionẽ dicti iuriſpatronatus valuiſſe.ſed ꝙ dicta capella po
teſt vẽdicari per plebanũ dicte eccleſie ſancte marie tanq̃ ab antiquo
vnita ⁊ annexa eccleſie ſue tanq̃ mẽbꝛũ pertinẽs ad menſaꝫ dicti ple
bani.Et q̃q̃ de dicta vnione ſeu incorporatione ꝓpter tẽporis anti
quitatẽ inſtrumenta nõ exiſtãt,attamẽ ſufficit ꝙ dicta capella fuerit
tẽta per dictũ plebanũ noĩe ſue eccleſie tãq̃ vnita ⁊ incorporata ec⸗
cleſie ſeu mẽſe,ſeu per tãtũ tp̃s de cuius initio memoria nõ exiſtit.ad
hoc tex.iuncta gl.in cle.j.de exceſ.prela.⁊ diſputãdo cõcludit Jo.an.
in regula qui contrariũ.lib.vj.in mercu.p̃ot etiã attẽtari ꝙ ſine ali⸗
qua ꝑſcriptiõe ſeu vniõe dicta capella pertineat ad plebanũ,qꝛ fuit
edificata intra limites parochie ſue,⁊ eſt vicina dicte plebi.vnde de⸗
bet ꝑſumi cõſtructa ⁊ dotata ex bonis dicte plebis,ex quo tãto tẽpo
re hoc iure fuit a dicta plebe poſſeſſa.cuius nõ eſt memoria in ↄꝛiuꝫ.
pro hoc gl.ſing.in c.eã te.de eta.⁊ quali.⁊ ꝙ ſuper eo no.Jo.an.⁊ fa⸗
cit ꝙ ꝑſumat̃ dotata ⁊ cõſtructa ex bonis dicte plebis.qꝛ nõ apparet
aliũ fuiſſe fundatorẽ ſeu patronũ ⁊ oĩa iura illius capelle ſemper ſue⸗
runt poſſeſſa per plebanũ dicte eccleſie.ad hoc ꝙ no.Jo.an.in regu.
alicui.de reg.iu.li.vj.in mercu.in ſi.queſtionis.⁊ facit qđ no.in.c.j.de
relig.do.Et hec dicta ſufficiant. Nico.abbas.

¶ Conſilium.cvij.

1 ¶ Donationes plures in eadem perſona ad hoc vt valeant requiri
tur qđ per diuerſa tempora fiant.
2 Solẽnitas inſinuationis non fuit inducta in fauorẽ donationis,ſed
in odium recipiẽtium clundeſtinas donationes.
3 Juramentum vbicunq; eſt turpiter receptum debet relaxari.
4 Abſolutio debet fieri vbicunq; quis iurat contra diſpoſitionẽ legis
communis vel ſtatuti.
5 Filia ſi ob metum ⁊ reuerẽtiam paternam renunciat cum iuramento
ſucceſſioni poteſt petere abſolutionem a iuramento.
6 Juramentum preſtitum ſuper contractu ſolenniter inito tollit be⸗
neficium pretoris in obtinenda in integrum reſtitutione.
7 Dolus preſumitur in enormiſſima leſione.
8 Contractus iuratus quãdo poteſt argui de dolo poteſt minor prius
petere abſolutionẽ ⁊ poſtea petere reſtitutionem in integrum.

IEſu chriſti redẽptoris pre⸗
ſidio ex corde inuocato,quatuor ſunt in cauſa dñe Bapti
ſte quõdã Andree Joãnis ⁊ nunc vxoris Frãciſci dñi Cy
1 ni ad ipſius plenã dilucidationẽ indagãda.¶ † Primũ, nũquid do⸗
natio per eã facta fratri carnali ex defectu inſinuatiõis corruat qua⸗
tenus excedat ſummam quingentorũ aureorũ non obſtante qđ in
dicte donationis inſtrumẽto ſit appoſita illa clauſula:qđ tot ſint do⸗
nationes quot ſunt capita:⁊ ſic liceat notario de ea rogato de vno
quoq; capite cõficere inſtrumentũ donationis ita ꝙ nõ excedat nec
excedere poſſit ſummã quingentorũ aureorũ ⁊c.Itẽ nõ obſtãte iura⸗
mento preſtito ꝑ dictã dñam Baptiſtã ad dicte donationis validita⸗
tem.¶ Scđo preſuppoſito quod ſaltem iuramentuꝫ eam obliget ad
non contraueniendum,an poſſit per eã peti abſolutio ab illo iuramẽ
to.¶ Tertio an ꝑſtita abſolutiõe poſſit dicta bona per eã donata vẽ
dicare tanq̃ ſua,nulla prius petita in integrũ reſtitutiõe.¶ Quarto
ꝑſuppoſito ꝙ inſinuatio ex aliquo capite,puta cõſuetudinis vel alte
rius occaſionis nõ fuerit neceſſaria,an ſalteꝫ rõne leſiõis poſſit ↄtra⸗
uenire petendo abſolutionem a iuramento,⁊ paſtea in integrũ reſti⸗
tutionem aduerſus donationem,cũ tempore donatiõis fuerit minor
⁊ tunc exiſtat intra tp̃s reſtitutionis in integrum petẽde.¶ P̃ot ad⸗
di ⁊ q̃ntũ dubiuꝫ,qꝛ debet eſſe,primum in ordine,nunq̃d dicta domi⸗
na Batipſta poſſit a ſucceſſione materna de quorũ bonorũ donatio⸗
ne agitur excludi virtute cuiuſdã ſtatuti Senẽſis poſiti ſub rubrica.
¶ Quod mulier nupta nõ ſuccedat extãtibus maſculis in quo ſic ca
uet̃,quatenus facit ad ꝓpoſitũ noſtrum videlicet.Mulier nupta do
tata a patre,fratre,ſeu patruo matri ſue ab inteſtato nõ ſuccedat q̃
diu fuerũt filij maſculi ex ea ⁊c.Mater autem dñe Baptiſte deceſſit
etiam maſculo ſuperſtite cui donationẽ dicta dña Baptiſta fecit de
illis bonis maternis ipſam quoquomodo cõtingentibus.¶ Venio
ad primum ⁊ videtur ꝙ dicta donatio valuerit ſine inſinuatiõe ex du
plici capite.¶ Primo ꝓpter illam clauſulam, vt tot intelligant̃ do⸗
nationes quot ſunt capita.⁊ ꝙ liceat notario de vnoquoq; facere in⸗
ſtrumentũ donationis per ſe.Nã hec verba innuũt plures eſſe dona⸗
tiões quarũ nulla excedit ſummã quingẽtorũ florenorũ.ar.in.l.ſcire
debemus.ff.de ver.obli.⁊ hoc videtur ſentire Spe.in titu.de inſtru.
edi.§.porro.ver.donatio.preſertim ⁊ res donate ſunt enũerate,⁊ hoc
caſu firmauit idẽ Specu.donationẽ valere in dicto loco ⁊ clarius in
tit.de dona.§.j.ver.ꝙ ſi aliquis.Sed in caſu nr̃o p̃nt dici numerate,
cum fuerit data facultas notario cõficiendi inſtr̃m de vno quoq; ca⸗
pite.ita quod nulla donatio excedat ſummam quingentorum aureo
rũ.ergo dicta donatio non p̃ot infringi ex inſinuationis defectu.
¶ Sed his nõ obſtantibus in contrarium ſe habet veritas per text.
apertũ in.l.ſancim⁹.§.ſi quis autẽ per diuerſa.C.de do.vbi exꝑſſe in⸗
2 nuit̃ † ꝙ ad hoc vt valeãt plures donationes in eadẽ ꝑſona facte req̃
runt̃ ꝙ ꝑ diuerſa tempora fiant.ſecus autẽ ſi eodẽ tp̃e,ſicut cõtingit
in caſu noſtro.nã tũc illa clauſula videt̃ appoſita in fraudem legis et
ideo nihil debet operari.Cũ em̃ fiunt plures donationes eodẽ tẽpo⸗
re eidem perſone nõ minus ꝑſonã donatoris p̃t decipi q̃ ſi eẽt vnica
donatio vñ lex eſſet impoſita verbis ⁊ nõ reb⁹ cõtra.c.cõmiſſa.de ele.
lib.vj.⁊.l.ij.C.cõia de leg.⁊ ꝑ illũ.§.quis aũt.preall.Bar.reprobauit
dictum Spe.in.l.Modeſtinus.ff.de don.⁊ in.§.ſi quis autem.⁊ Jo.
and.in addi.Spe.ſuper dicto verſi.donatio.⁊ ſentit Bald.in.l.illud.
C.de ſac.ſanct.eccle.Concludo ergo quod ex capite illi⁹ clauſule nõ
ſuppletur inſinuationis defectus.Sed maius dubium eſt circa iura⸗
mentũ.nunquid ſcilicet ſuppleat inſinuationis defectum.Bal.in.d.
l.illud.firmauit quod non,dicens quod tali donatione etiam iuramẽ
to interpoſito nulla orit̃ obligatio etiam naturalis.mouetur qꝛ inter
cetera ad hoc vt iuramentũ obliget requirit̃ ꝙ res ſuper qua preſtat̃
non ſit a iure prohibita.vt.l.ſi quis inquilinos.§.ſi.de lega.j.ſed talis
donatio ſine inſinuatione eſt prohibita vt lege donatio ſine.C.de do
na.addunt etiam qꝛ legi inducenti ſolennitatem non poteſt renũtia⸗
3 ri.ff.de leg.j.l.nemo poteſt.† Itẽ qꝛ ſolẽnitas inſinuationis non fuit
inducta in fauorem donationis,ſed in odium recipientium clandeſti
nas donationes ⁊ ne quis prodigaliter re ſua vtat̃.adducit etiam ad
predicta ꝙ no.Cy.in.l.j.C.de ſac.ſanc.eccle.⁊ Bar.in.l.ſi quis pro eo.
de fideiuſ.ſed Jo.and.intelligit latius hũc articulũ tam reſpectu re⸗
nũtiationis huius ſolẽnitatis q̃ reſpectu iuramẽti.in addi. Spec.in
ti.de inſtru.edi.§.porro.prealleg.ver.item.⁊ no.videtur licet clare nõ
loquatur inclinare in parte vt ſimplex renũtiatio nõ valeat lꝫ Gui.de
cu.tenuerit cõtrariũ in.d.l.illud.⁊ recitat Jo.an.in loco p̃alle.ſꝫ iura
mentũ ſi ſic fuit nõ vi nec dolo preſtitũ nec metus.ad hoc adducunt
iura que approbãt iuramentũ in multis caſibus a iure ꝓhibitis pre⸗
ſtitum.vt in.c.cũ cõtingat.de iureiur.⁊.c.lꝫ.eo.tit.li.vj.⁊.c.quamuis.
de pact.eo.lib.⁊ aut̃.ſacramẽta puberum.C.ſi aduer.ven.cum ſimili.
⁊ iudicio meo idẽ videtur ſenſiſſe Bar.in.d.l.Modeſtinus.in ſi.iun⸗
ctis no.per eum in.l.ſi quis pro.ff.de fideiuſ.ad quã.l.ſe remittit in.d.
l.Modeſtinus.Et hãc opi.tãq̃ tutiorẽ ego approbo tamen qꝛ in ca
ſu dubio debemus ſtare ꝓ iuramento ne ex contrauentione quis in⸗
currat periuriũ.ar.c.iuuenis.de ſpon.⁊ quod ibi no.gloſ.in.c.vno.de
ſcruti.⁊ in cõcernentibus periculũ anime pars tutior tenenda eſt vt
no.in iurib⁹ p̃all.⁊ eſt tex.magis apertus in c.e.exiui.de ver.ſig.Pre⸗
terea certum eſt ꝙ hec inſinuatio non cõcernit principaliter commo
dum publicum ſeu priuatum ipſorũ donatorũ lꝫ in conſequentiam
concernat publicũ,intereſt em̃ reipublice ne quis re ſua male vtat̃.in
ſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.§.ſed hoc tẽpore cogitatio.⁊ in au⸗
thẽ.vt iud.ſine quoquo ſuf.vꝫ iuramẽtũ in contrariũ ſiue ſit ꝓhibita
principaliter in fauorẽ donatoris per.c.cũ cõtingat.preallegat.ſiue
ſit ꝓhibita talis donatio in odium recipientium clandeſtinas dona⸗
tiones per tex.in.c.ſignificãte.de pig.per quem text.confundit̃ in di⸗
cta mea opi.Bal.nã pactũ legis cõmiſſorie reprobatur principaliter
in odium creditorum,⁊ tamẽ iuramentũ obligat iurantẽ.vt legitur
⁊ nota.in.d.c.ſignificãte.⁊ per illum tex.voluit Bar.in.d.l.ſi quis pro
eo.in ver.iij.prohibetur dare regulã qđ vbi prohibetur cõtractus in
odium creditoris iuramentũ preſtitũ in cõtractu eſt ſeruandũ,lꝫ non
firmet cõtractũ ſm̃ eũ ita dicẽdũ in propoſito,dictũ autẽ Bald.⁊.l.ſi

quis inquilinos.allegata per eũ procedit qñ aliquid ꝓhibeť in fauorẽ
publicum principaliter vel qꝛ illud eſſet ꝯ̃ bonos mores qbus caſibꝰ
etiã de iure cano.nõ tȝ iuřm vt in.c.ſi diligẽti.de fo.cõpe.⁊ in regula
non eſt obligatoriũ.de reg.iur.lib.vj.⁊ hoc caſu poteſt intelligi.l.nõ
dubium.C.de leg.ſecus quãdo in fauorẽ vel odium priuatũ.vt in au-
then.ſacramẽta puberũ.⁊ in.l.j.C.ſi aduer.ven.ex quo enĩ iuřm illud
3 põt ſeruari ſine periculo anime iurãtis ſeruãdũ eſt,vt i.c.ſi vero.⁊.c.
debitores.de iureiur.Unde cõcludo iuramẽtũ obligaſſe dictã domi-
nam Baptiſtã ſaltẽ perſonaliter ad nõ ꝯ̃ueniendum.❡Reſtat nunc
examinare ſecundũ dubium.An debeat audiri petẽs abſolutionem
a iuramento:indubie credo ꝙ ſic,qꝛ vbicunqꝫ iuřm turpiter eſt rece-
ptũ debet relaxari.vt legi.⁊ not.in.c.j.⁊ in.c.debitores.de iureiu.hoc
autẽ iuramẽtũ fuit turpiter receptũ ex multiplici capite.Primo cõ-
tra legẽ diſponentẽ,vt abſqꝫ inſinuatione non fiat donatio excedens
ſummam quingentorũ aureorũ.l.ſi quis pro redẽptione.⁊.l.donatio.
Item interuenit magna leſio ⁊ ſic dolus ſaltem re ipſa.l.ſi qs cũ ali-
ter.ff.de ver.obl.Item videtur dolus interueniſſe etiã ex propoſito:
ex eo qd tres ꝯſanguinei adhibiti ad preſtandũ conſenſum iuxta for-
mã ſtatuti Senenſis iurarũt in preſentia ipſius dñe Baptiſte ꝙ cre-
debãt illã donationẽ cedere in vtilitatẽ ipſius dñe Baptiſte donatri-
cis,cũ ſit falciſſimũ,qꝛ donare nihil aliud eſt ꝙ̃ perdere.l.filiuſfa.ff.de
dona.etiã ſi leſio erat patẽs in ꝯ̃rium vt dicit Jo.and.in addi.Spec.
prealle.loco vñ videť dolo fuiſſe inducta ad illã donationẽ.potuit enĩ
hoc credere cũ eſſet minoris etatis,⁊ videret ꝯſanguineos ſuos in p̃-
ſentia ſui patris hoc iurantes,⁊ ꝙ hoc caſu etiam vbi tãta nõ ꝯcurre
rent debeat fieri abſolutio a iuramẽto videť ꝙ ſit cõis doctorũ cõclu
4 ſio.primo enĩ hoc tenuit ꝯſulẽdo Fed.de ſe.ꝯſi.ccliiij.vbi ꝯcluſit† ab-
ſolutionẽ debere fieri vbicũqꝫ qs iurauit ꝯ̃ diſpoſitionẽ legis cõis vel
ſtatuti qꝛ cõtrahens videť turpiter recep ſſe iuramẽtũ ꝯ̃hendo ꝯ̃ di-
ſpoſitionem legis.vñ dȝ potius puniri ꝙ̃ aliqd cõmodũ reportare.
viij.diſt.q̃ contra.⁊ in.c.ſi neceſſe.de dote poſt di.reſti.Idẽ videť te-
nere Uincẽ.Jo.and.ipſum recitãdo in.c.cũ cõtingat.de iureiur.vbi
dixit mulierẽ in caſu illius.c.poſſe inſtare vt a iuramẽto abſoluať.er-
go fortius in caſu noſtro debet talis abſolutio fieri.Hãc eandẽ opin.
ſecutus eſt Anto.de but.in.c.cũ cõtingat.qñ ꝯcurrit enormis leſio,
qꝛ tũc preſumitur dolus.arg.in.c.omnes.§.lucius.ff.de his q̃ i frau.
credi.Hic autem cõtingit enormiſſima leſio,qꝛ donauit omnia bona
materna perſonam ſuã contingentia que aſcendebãt ad valorẽ duo-
rum milliũ florenorũ.Idẽ vř quaſi terminis noſtris ꝯſuluiſſe in hac
ciuitate Senaꝝ bone memorie.d.Pet.de anch.vt ipſe refert in repe-
titione.c.canonũ.de cõſtit.p̃ſertim habito reſpectu,qꝛ cũ enormi le-
ſione cõcurrit legis ꝓhibitio minor etas ⁊ ſexꝰ fragilitas vt in dictis
locis pleniſſime iſta cõcluſio examinatur nõ aũt curo latius hic ꝓce-
dere,qꝛ cõis opi.doc.in hac concluſione iuridica concurrit.Non enĩ
debet iuramẽtũ eſſe inquitatis vinculũ.vt in.c.quãto.de iureiur.⁊ in
c.j.eo.tit.lib.vj.eſſet aũt iniquitatis vinculũ ſi detineret indiſſolubili
ter puellam enormiſſime leſam ⁊ deceptam ⁊ dolo inductam ſaltẽ re
ipſa vinculatã.eſt enĩ fraudibus obuiandũ ⁊ nõ indulgendum,vt in
c.ſedes.⁊.c.ſuper literis.de reſcript.Hunc articulũ poſt indaginẽ ſic
decidi in lectura mea ſup.d.c.cũ cõtingat.vbi.l.pleniſſime patẽt mo-
tiua ⁊ rationes huius paſſus.ad idẽ ꝙ no.Bal.in.l.pactũ.C.de colla
5 tio.vbi dicit† ꝙ ſi filia ob metũ ⁊ reuerẽtiã paternã renũciauit cũ iu-
ramẽto ſucceſſioni põt petere abſolutionẽ a iuramẽto.ar.ex no.in.l.j.
§.que onerande.ff.quarũ re.act.nõ dať.ſed idem cõtingit in caſu nr̃o.
cũ pater fuerit author huius donationis vt tota hereditas materna
remaneret filio maſculo,vñ vř ꝙ ꝓpter reuerẽtiam paternã hoc fece
rit.maxime p̃cedente illo iuramẽto cõſanguineorum p̃ſentiũ,de quo
ſupra dixi.⁊ hec de ſcdo principali dubio.Ad tertiũ dubiũ.An obtẽ-
ta abſolutione ab illo iuramẽto poſſit dicta dña Baptiſta vẽdicare,
illa bona tanꝙ̃ ſua nulla prius petita abſolutione ꝯ̃ ꝯ̃ctũ.Hũc etiã
articulũ plene examinaui in.d.c.cũ contingat.de lectura.vt ibi dixit
do.Ant.de peruſio in quodã ſuo cõſilio qd incipit.Dña Catharina.
in hoc articulo ſenſit hãc diſtinctionẽ ꝙ aut iuramẽtũ validet ꝯ̃ctuȝ
⁊ tũc nõ lȝ abſolutione obtẽta venire ꝯ̃ cõtractũ qꝛ iam validatꝰ fuit
ex iuramẽti interpoſitiõe,abſolutio aũt ꝓdeſt ſm̃ cũ hoc caſu vt ꝯ̃ue-
niens nõ incidat periuriũ aut nõ validet cõtractũ.ſȝ ſolũ obligat iu-
rantem ad nõ cõtrauenieñdũ.⁊ tunc facta abſolutione ilico remanet
in priori ſtatu.⁊ ſic ſentit ꝙ in caſu noſtro nõ ſit neceſſe petere reſtitu
tionem in integrũ,ſed ſtatim obtẽta abſolutiõe a iuramento poterit
bona ſua vendicare.nam in caſu noſtro iuramentum non hȝ firmare
cõtractũ,cũ donatio vltra ſummã quingentorũ aureorũ ſit ꝓhibita
in odiũ recipientiũ clãdeſtinas donationes vt ſupra dixi in p̃cedenti
articulo poſt Bal.in.d.l.illud.C.de ſac.ſan.eccl.ergo nõ firmať iura
mento ꝑ theoricã Bar.in.l.ſi quis ꝓ eo.ff.de fideiuſ.in verſic.quarto
prohibeť ꝯ̃ctus ⁊c.Et idẽ ſentit do.Ant.in.c.cũ ꝯtingat.p̃alleg.vbi
idem firmauit in lec.⁊ videť hoc ꝓbari in.c.ſignificante.de pi.vbi pa-
ctum legis cõmiſſorie in pignoribus nõ validať iuramento ſed papa
ſolũ ſe fundat ſup iuramẽto ꝑſonali cui ſatiſfactio nõ curať amplius
de pacto,quinimo Jo.cal.⁊ Pau.in quodã ꝯſilio tenuerũt ꝙ indiffe
renter ſublato iuramẽto reſcinditur cõtractus,⁊ illam opi.fuit ſecu-
tus in.d.c.cũ ꝯtingat.qñ cõtractus erat nullꝰ ſine iuramẽto,qꝛ ſubla
to iuramẽti fundamẽto remanet ꝯ̃ctus inefficax ſine aliquo ſuſtenta-
culo ſicut ſublato fundamẽto tollitur beneficium.j.q.j.cũ Paulus.
Ex his concludiť ꝙ in caſu preſertim noſtro ſublato iuramento per
legitimã abſolutionem nõ eſt neceſſe petere reſtitutionẽ aduerſus di-
ctã donationẽ quatenꝰ excedit ſummã quingentorũ florenorũ aureo
rum cũ talis donatio ſit nulla ſine iuramẽto.vt in.d.l.ſancimus.⁊.l.ſi
quis ꝓ redemptione.lȝ fuerit facta fratri carnali.vt.l.datã.C.e.tit.⁊
de iſta inſinuatione qualiter ſit fiẽda plene notatur ꝑ Jo.an.in addi.
Spe.in.d.§.porro.⁊ ꝑ Bal.in.d.l.illud.⁊ Bar.in.l.Modeſtinꝰ.ff.de
ſolu.❡Ad quartũ dubiũ p̃ſuppoſito ſine veritatis p̃iudicio ꝙ dicta
inſinuatio ex aliquo capite non fuerit neceſſaria an ſaltem rõne leſio
nis poſſit dicta dña Baptiſta cõtrauenire petẽdo priꝰ abſolutionez
a iuramẽto ⁊ poſtea reſtitutionẽ aduerſus ꝯ̃ctũ.Videť primo ꝙ nõ
ꝑ tex.in.l.j.C.ſi aduer.vẽd.ꝑ quẽ tex.dicũt ibi cõiter do.⁊ maxie Bar.
6 ⁊ Bal.† ꝙ iuramẽtũ preſtitũ ſup ꝯtractu ſolẽniter inito tollit benefi-
ciũ p̃toris in obtinẽda reſtitutiõe in integ.Sȝ profecto iudicio meo
ille tex.nõ decidit qõnẽ noſtrã.loquitur enĩ ſtante iuramẽto,non du-
rante vinculo iuramẽtali nõ põt peti reſtitutio in integrũ ſiue ſit cõ-
tractus initus cũ ſolẽnitate ſiue nõ.⁊ ꝓ hoc facit hodie aut.ſacramẽ-
ta pub.que videť hodie approbare opi.Matt.de qua ibi vt no.in.d.
l.j.⁊ in aut.ſacramẽta.⁊ videť ꝓbari in.c.cũ cõtingat.de iureiu.⁊ hoc
apertiſſime innuit tex.in.d.l.j.dum dicit imperator neqꝫ perfidie ne-
que periurij me autorem futurũ ſperare debuiſti ⁊c.ſublato autẽ iu-
ramento ꝑ legitimã abſolutionẽ nõ põt notari periuriũ in cõceden-
da ſeu petenda in integrũ reſtitutiõe,imo iuramẽtũ obſeruať ſi prius
petať abſolutio.vt in.c.venerabilẽ.de elec.c.verũ.de iureiur.cũ ſimi-
libus.Et ideo notãter dixit Inn.in.c.ij.de iureiurã.cũ ſimilibus.ꝙ
nulli contra iuramẽtũ propriũ dať in integrũ reſtitutio ſȝ abſolutio
tantum.contra iuramentũ autem ab alio preſtitum bene dať in inte-
grum reſtitutio,puta ſi minor fuit leſus deferendo alteri iuramentũ
in iudicio.vt.l.nam ⁊ poſtea.§.ij.ff.de iureiur.vnde vidẽdum eſt nun-
quid poſſit hoc caſu peti abſolutio a iuramento,⁊ puto ꝙ ſic,qꝛ data
leſione enormiſſima cũ minori etate ⁊ ſexus fragilitate videtur legiti
ma ⁊ iuſta cauſa petendi abſolutionem quia iuramentum non debet
eſſe iniquitatis vinculum.c.quanto.de iureiurã.Sed cui dubium eſt
hoc eſſe iniquiſſimum vt iuramentũ obliget ſine remedio abſolutio
nis vnam puellã ad leſionem enormiſſimã tollerandam.arg.in.c.ve-
7 rum.de iureiuran.† Preterea ⁊ fortius in enormiſſima leſione preſu-
mitur dolus vt in.l Lucius.§.omnes.ff.de his que in frau.credi.⁊.l.
creditor.§.Luciꝰ.ff.mãda.quinimo in caſu noſtro interceſſit apertꝰ
dolus,qꝛ conſanguinei iurarũt ꝙ credebant iſtam donationẽ cedere
in vtilitatẽ dñe Baptiſte quibus veroſimiliter cedere debuit,ar.in.l.
tranſactione.C.de tranſact.ergo iuramentũ iſtud eſt remittendum
per.c.cũ contingat.in fi.⁊ ꝙ ibi no.prealle.c.ij.de pact.lib.vj.Et hãc
partem ſatis videtur ſentire do.Ant.⁊ Pet.de Anch.vt dixi in.d.c.
cum contingat.ſublato autẽ iuramẽto nõ video quid impediat dictã
dñam Baptiſtã petere reſtitutionẽ in integrũ aduerſus leſionẽ cum
ſit adhuc intra tempora in integrũ reſtitutionis petẽde.vt.l.ſi.C.de
tempo.in integ.reſt.⁊ hanc ſententiã tenuit aperte Bal.in.d.l.j.in fi.
8 C.ſi aduer.ven.vbi dicit† ꝙ cũ ꝯ̃ctus iuratus põt argui de dolo po-
teſt minor prius petere abſolutionẽ ⁊ poſtea petere reſtitutionem in
integ.qd eſt equiſſimum ⁊ iuri cõſonũ.facit optime.l.ſi ex falſis.C.de
trãſac.vbi nõ obſtãte iuramẽto ſubuertitur dolũ paſſo aduerſus cõ-
tractum.fortius ergo hoc procedit,cũ dolus fuit adhibitus ꝯtra mi-
norẽ.Nec moueat queꝙ̃ ꝙ donatio fuerit factã fratri carnali,qꝛ iſta
nõ eſt ſufficiẽs cã donãdi de bonis minoris.arg.in.l.cũ plures.⁊ ꝙ ibi
no.ff.de admi.tuto.⁊ ex iuramẽto prius preſtito per ꝯſanguineos pa-
tet ꝙ dicta dña Baptiſta nõ habebat volũtatez ſimpliciter donãdi,
maxime tantam quantitatẽ.❡Reſtat nunc deſcendere ad quintũ ⁊
vltimũ qd erãt prius examinandũ.Nã ſi excludatur p̃textu ſtatuti,a
ſucceſſione materna fruſtra diſcutiť an donatio poſſit impugnari,⁊
profecto ſine alia argumẽtatiõe ad ꝑtes breuitatis cã puto firmiter
dictã do.Baptiſtã minime fuiſſe excluſaȝ a ſtatuto p̃dicto,qꝛ ſtatutũ
loquiť de muliere nupta ⁊ dotata patre ⁊c.Sed dicta dña Baptiſta
tp̃e mortis matris quo fuit delata ſucceſſio nõ erat dotata nec mari-
tata,ergo nõ habuit ĩ ea locũ dictũ ſtatutũ.cũ enĩ ſtatutũ ſit odioſuȝ
tãquã excludẽs feminas a ſucceſſione materna ꝯ̃.l.maximũ vitiũ.C.
de lib.p̃te.dȝ ſtricte intelligi,ideo nõ dȝ extẽdi ad caſuȝ in quo nõ re-
peritur qualitas a ſtatuto reqſita.vt in.c.ſtatutũ.de elec.li.vj.nec de-
bemꝰ recedere a lege cõmuni niſi quatenus reperiť in ſtatuto.vt in.l.
precipimus.in fi.C.de appella.nec obſtat ſi dicať qd tunc dicta dña
Baptiſta eſt dotata ⁊ maritata a patre,qꝛ dico ſtatutum excludere
feminã qñ tp̃e ſucceſſionis reperiť maritata ⁊ dotata a patre ⁊c.non
aũt ſufficit ꝙ poſt hereditatẽ delatã fuerit maritata ⁊ dotata.nã qua
litas appoſita in aliqua oratiõe intelligiť ſm̃ tp̃s verbi ad ꝙ refertur
iuxta theoricã Bar.i.l.ex facto.ff.de vul.⁊ pupi.in.d.l.p̃cipimꝰ.C.de
appel.⁊ ꝑ gl.i.c.ſtatutũ.in p̃n.ſup verbo canonicis.i fi.de reſcri.li.vj.
Illa aũt v̾ba ſtatuti,Mulier maritata ⁊ dotata ⁊c.referunť ad ver-
bum ſuccedat.dȝ ergo eſſe dotata tp̃e ſucceſſionis.nõ aũt poſtea vñ
ſtatutum

ſtatutũ voluit excludere a ſucceſſiõe illã cui erat prouiſum de marito
⁊ dote.nõ aũt cui nõdũ erat ꝓuiſum nec voluit priuare hereditate iã
queſita,ſꝫ repellere ab acquirẽda.⁊ lõga eſt differẽtia inter lucrũ non
capere ⁊ queſitum perdere vt in.l.ſi ſpõſus.§.maritus.de do.inter vi
rum ⁊ vxo.quinimo in hoc caſu quo ſtatutũ eſt odioſum appellatio-
ne maritate nõ venit filia deſpõſata tm̃ per verba de futuro.vt no.do
cto.in.l.nõ ſolũ.C.de bo.q̃ lib.per quam.l.no.ꝯſuluit do. Pe.de an-
cha.vt ipſe refert ĩ repe.c.canonũ.ſi ſtatuto caueť ꝙ filia maritata nõ
ſuccedat patri vna cũ fratribus nõ debet virtute ſtatuti excludi filia
deſpõſa.debẽt em̃ verba ſtatuti multũ reſtringi quatenꝰ offert odiũ
vt no.in.l.oẽs populi.ff.de iuſt.⁊ iur.ꝓbať in.c.cũ dilectus.de cõſue.
⁊ in.l.ij.C.de nona. Nico.abb.

Conſilium.cviij.

1 Differentia nulla eſt inter puberem ⁊ pupillum doli capacem
reſpectu obligationis iuramentalis.
2 Pupillus doli capax efficaciter obligatur ſi iurauit ſe operas preſti
turum.
3 Iudicis decretum de iure cõi nõ reqriť in pace per pupillum fienda.

Illud in effectu de iure que-
ritur. An pax facta per pupillũ tñ doli capacẽ iuramento
vallata cũ tutoris authoritate ⁊ ſine iudicis decreto vo-
luerit nõ obſtãte ſtatuto quo caueť minorẽ nõ poſſe ſine decreto iudi
cis contrahere. Et primo xp̃i ſaluatoris ꝑſidio inuocato,videť di-
cendũ ꝙ nõ,qꝛ cũ pupillꝰ obligeť ad pacẽ ſeruãdã preſertim in caſu
nr̃o in quo fuit vtrinſ ꝫ pena appoſita negari non põt quin dicatur
ꝯtraxiſſe.vt in.l.oẽm obligationẽ.ff.de iud.vbi diciť oẽm obligationẽ ꝓ
ꝯtractu habendam vt vbicũqꝫ qs obligeť cõtrahi videať ⁊c.ergo ex de-
fectu decreti dicta pax nõ valuit ⁊ ꝑſertiꝫ hoc ꝓcedit ſi teneamꝰ opi.
illorũ q dixerũt ꝙ etiã ceſſante ſtatuto nõ põt tutor autorare ſup pa
ce ꝑ pupillũ fiẽda.vt no.in.l.j.C.ď in iteg.reſt.mino.vbi ꝑ Cy.⁊ Bal.
in.l.pactũ curatoris.C.de ac.vbi ꝑ Bal.⁊ Jac.de are.⁊ ꝑ Spec.in ti.
de homi.ver.illud.quaſi videať tutor ius pupilli liquidum ⁊ clarũ ſi-
ne cauſa remittere cõtra.l.ꝑſes.C.de trãſac.⁊.l.pactũ curatoris.pal.
Sed his nõ obſtãtibus ꝯtrariũ puto in caſu noſtro ex duplici capite
decidẽdum. Primo rõne iuramenti per pupillũ preſtiti qđ quideꝫ
iuramẽtũ facit eũ maiorem ⁊ ſupplet eũ defectũ decreti ſeu alterĩ ſo
lennitatis.vt legi.⁊ no.in auť.ſacramẽta puberũ.C.ſi aduer.vẽd.⁊ cla
rius in.c.cũ contingat.de iureiur.⁊ per Fed.cõſi.cclx. Nec obſtat ſi di
cať quod auť.ſacramẽta.loquitur in puberẽ,ſed nos loquimur in pu-
pillo quem iuramentũ nõ aſtringit.vt ſentit gl.in.d.auť.ſacramẽta.
1 ⁊ clarius ibi Bal.⁊ Cyn.† qꝛ dico qđ reſpectu obligationis iuramen
talis non eſt differentia inter puberẽ ⁊ pupillum doli capacem.ſicut
em̃ vterqꝫ obligať ex periurio.vt in.c.j.de deli.pue.ita vterqꝫ obligať
ex iuramento,ſunt enim iſta correlatiua,⁊ quod pupillus doli capax
obligeť ex iuramento,allego gl.no.⁊ plenam in.c.paruuli.xxij.qui.v.
⁊ gl.in.c.j.de delic.pue.eſt etiã tex.not.de iure ciuili.in.l.ſi.§.in eũ.ff.
2 de libe.cau.vbi habetur† qđ pupillus doli capax efficaciter obligať
ſi iurauit ſe operas preſtiturũ adeo qđ etiã factus pubes poteſt ex il-
lo iuramento conueniri vt ibi notabiliter probatur:⁊ illum tex.notã
ter ad hoc allegauit gl.in.d.c.paruuli.⁊ per illũ tex.in.l.ſi.dixit ibi gl.
volẽs ſaluare opi.ſuã in auť.ſacramẽta.qđ in cõtractu iuramẽtũ pu-
pilli nõ eſt obligatoriũ.ſ.per dictã auť.ſacramenta.ſꝫ in aliĩs ſic ꝑ.d.l.
ſi.ſed hec diſtinctio nõ probať:nõ em̃ apparet ratio diuerſitatis quo
ad eum cui acquiritur primaria obligatio iuramenti inter contractũ
⁊ alium preſertim:qꝛ largo modo vbicunqꝫ quis obligať videtur cõ-
trahere.vt in.d.l.oẽm obligationẽ.qđ autem etiã in cõtractu iuramẽ
tum obliget pupillũ doli capacẽ.ergo tex.apertũ iuncta gl.ij.in.c.ex
literis.ij.de ſpon.vbi iuramẽtũ obligat pupillũ in cõtractu ſpõſalio
rum vbi agitur de maxima obligatiõe fortius idẽ dicendũ vbi agitur
de pace ſeruãda q̃ eſt appetẽda ⁊ perſuadẽda ⁊ meritoria.vt.xc.di.per
totum maxime in.c.placuit. Preterea Hoſti.Jo.an.⁊ cõiter Cano.
tenent in.c.cum cõtigat.qđ dicta auť.habet locũ etiam in impubere
doli capace.⁊ ibidẽ ibi Bart.dicẽs hoc cõiter teneri.vñ per predicta
debet tex.illius auť.ſuppleri,vt idẽ ſit in impubere doli capace cũ nõ
ſit hoc nouum vt vnuꝫ ius per aliud ſuppleatur.vt in.c.cũ expediat.
de elec.lib.vj.⁊.l.vnica.C.de inoffi.do. Supra antẽ induxi iura cano-
nica ⁊ ciuilia que volunt iuramentũ iſtorum omnino debere ſaluari.
Poteſt ex ſecundo capite dicta pax ſuſtentari etiam ſine iuramẽti
cõſideratiõe:qꝛ cũ priuileg ſtatutum deuiet a regulis iuris cõis qua-
tenus requirit in omni ꝯtractu minoris debere iudicis decretũ inter-
uenire contra.l.interdũ.§.qui tutelã.ff.de fur.cũ ſimi.debet ſtricte in
telligi.vt in.c.cũ dilectus.de cõſue.⁊.l.ij.C.de noxa. Debet ergo in-
telligi de contractu ſtricte ſumpto cõtractus aũt ꝓprie ſumptus eſt
quando vltro citroqꝫ naſcitur obligatio.vt in.l.labeo.ij.ff.de vbo.ſi-
gni.ſed in pace fienda ſeu facta nõ ꝓprie naſcitur hincinde obligatio
ſed potius eſt quedã reconciliatio vt no.Bal.in.d.l.pactũ curatoris,
ſed quedã iniurie remiſſio.vt in.c.ſi illic.⁊.c.ſi is qui prelatus.xxiij.q,
iiij.⁊ qđ vtrobiqꝫ no.ad idẽ qđ no.glo.in.c.adrianus.lxiij.diſtin.hinc
videmus qđ iniuria aboleť animo ſine alia obligatiõe.vt inſtit.de in
iuriĩs.ĩ ſi.⁊.C.de iniur.l.ſi nõ ꝯuitij.hinc eſt qđ poteſtas põt ad pa-
cem cõpellere partes iuxta plene notata per Bar.in.l.congruit.ff.de
offi.ꝑſi.eſt etiã tex.iuncta gl.in.d.c.placuit.xc.diſt.nõ ergo fuit mens
ſtatuti requirere decretũ iudicis ad id ad ꝙ poterit cõpelli.ſꝫ ſolũ vo
luit ſtatutũ ne pupillus ſe obligãdo minueret patrimoniũ ſuum. Fa
teor tñ qđ hoc caſu non valet pene ſtipulatio,pax tñ remanet firma:
qꝛ in ſeparabilibus vtile nõ vitiať ꝑ inutile vt in regula vtile.de reg.
iur.lib.vj.cũ gl.ſua.⁊.c.dilectꝰ.primo,de prebẽ.vbi caſus. Et hac con
ſideratione indubitanter dicendũ eſt iuramentũ valuiſſe per pupillũ
doli capacem preſtitum per dictam.l.ſi ff.de lib.ca.⁊ dictuꝫ.c.ex lr̃is.
3 Et hec opinio cõmunior videť,vt† de iure cõmuni nõ requiratur iu-
dicis decretum in pace per pupillũ fienda:ex quo non eſt dãnoſa pu-
pillo.vt no.in locis prealleg.⁊ ſentit Jo.an.in addi.Spec.in.§.j.in ti
tu.de homici.in ſi.⁊ Jac.de are.⁊ Bal.in.l.j.C.de in integ.reſt.mino.
⁊ in.d.l.pactũ curatoris.⁊ apud me hoc eſt indubitatũ.arg.ĩ.l.pater.
ff.de lega.iij.cum ſimilibus. Concludo ergo ex omnibus premiſſis
dictam pacem valere ⁊ tenere ⁊ minime corruere ex decreti defectu.
Et hec ſufficiant. Nicolaus Abbas.

Conſilium.cix.

1 Res põt vẽdicari ab eo q miſſus ẽ in poſſeſſionẽ cauſa cuſtodie.
2 Miſſꝰ ĩ poſſeſſionẽ ex p̃io decreto an poſſit rei vẽdicatiõe cõueniri.
3 Dolus non poteſt vere probari cum conſiſtat in animo.
4 Depoſui apud te ſacculũ ꝯſignatũ ⁊ tu nõ reſtituis:vľ reſtituis: ap-
tum propter dolum tuum preſumptum in non reſtituendo vel ape-
riendo ſtabitur iuramento meo ſuper rebus que ibi dicebantur eſſe.

In chriſti nomine amen. Circa factũ
ſupra narratũ ⁊ conſultum fiunt tria de nouo ſatis bona
motiua contra partem Guil.primũ ꝙ cũ Petrus conuen
tus nõ eſſet poſſeſſor ſꝫ ſolũ cuſtos ſeu detentor cum fuiſſet miſſus in
poſſeſſionẽ ex primo decreto in actiõe ꝑſonali:quo caſu nõ poſſidet.
vt.l.is cui.ff.vt in poſſeſſionem lega.⁊.l.ſi finita.§.ſi quis autem poſ-
ſeſſionem.ff.de dam.infec.no.Specu.in titu.de primo ⁊ ſecundo de-
creto.§.iam de effectu.verſi.ſed vtrum miſſus.⁊ ſequẽti.⁊ no.in.c.cõ
tingat.de dolo ⁊ contu.ergo contra eum non competebat rei vendi
catio.vt no.Inn.in.c.quoniã contra de proba. Secundũ motiuuꝫ
quod ex autoritate iudicis interponentis ſecundũ decretum in ven-
dicatione illarum rerum iſte Petrus excuſatur a dolo licet vendide-
rit poſt litem ſibi motam ſuper proprietate illarum in quaruꝫ poſſeſ-
ſionem fuerat miſſus autoritate alterius iudicis ergo nõ potuit ad-
uerſario deferri iuramentum in litem per no.in.l.in actionibus.ff.de
in litẽ iuran.cum ſimilibus. Tertium motiuum qꝛ iuramẽtum in
litẽ eſt deferendum poſt ſententiã,⁊ nõ ante.iuxta no.per Bar.in.d.
l.in actionibus.ff.de in litem iur. In caſu autẽ predicto fuit iuramẽ-
tum delatum ante ſententiam.ergo nunc in ea cauſa appellationi eſt
pronunciãdum bene appellatũ ⁊ male iudicatum. Et quãꝙ hec mo-
tiua exquiſita videãtur ſi tamen omnia in hoc negotio geſta põderẽ-
tur ac iura in hac materia loquentia minime caſui noſtro obſtãt. Et
primo ad primũ dico ꝙ tex.in.l.officiũ.in ſi ff.de rei ven.aperte pro-
bat contrariũ.dicit em̃ limitando vel corrigendo dictũ pegaſum ꝑce
dens ꝙ ab omnibus qui detinẽt ⁊ habẽt reſtituẽdi facultatẽ põt res
vẽdicari ⁊ ipſe Bar.iuris ciuilis illuminator hoc apertiſſime voluit
etiam in caſu noſtro ita intelligendo illam.l.qđ pꝫ ex ſuo ſumma-
rio ſummat enim per hec verba quod hec ſcꝫ rei vendicatio deť con-
tra eum qui poſſidet vel poſſeſſionẽ cauſa cuſtodie vel aliter detinet.
Hec ſunt formaliter verba Bar.hoc idem voluit aperte Hoſtien.in
c.cum contingat.de dolo ⁊ contu.in ſi.⁊ cum eo tranſit Jo.an.recitã
1 do dicens † qđ ab eo qui eſt miſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodie po
teſt reſvendicari. Fateor tamen ꝙ Inno.in caſu noſtro aliud ſenſiſſe
videtur in.d.c.quoniam contra. Sed profecto ſi bene pondereť aliud
non ſenſit. Nam in terminis noſtris Inno.tetigit qõnem iſtam in.§.
2 quod ſi ſuper.in verbo poſſeſſionem.vbi tacite querit.† An miſſus in
poſſeſſionem ex primo decreto poſſit rei vendicatione conueniri ⁊ re-
fert contrarias opiniones. Nam quidam tenuerũt ꝙ poſſit,qꝛ facul-
tatem reſtituendi hꝫ per.l.officium.ff.de rei ven.prealleg.ſed ipſe ſen
tit contrarium motus hac ratione qꝛ facultatem reſtituendi nõ ha-
bet quia tantũ cuſtodit ⁊ tanꝙ cuſtos eſt nõnunꝙ detentor,⁊ ita ẽt
tranſit Specul. recitando Inno.in titu.de primo ⁊ ſecũdo decreto.
§.iã in effectu.ver.ſed nunquid miſſus.in ſi.ſed diligenter eſt ponde-
randa ratio Innocẽ.fuit enim motus,quia regulariter paſſus miſ-
ſionem in actione perſonali non expellitur de poſſeſſione etiam natu
rali ſed remanet in poſſeſſione,⁊ miſſus ſolum habet cuſtodiam ne il-
le dilapidet ⁊ vt tedio affectꝰ pareat iudici,vt ĩ.d.l.is cui.⁊ no.Spe.
clarius in.d.§.ſed nunquid miſſus.⁊ ſe. Sed tamen in caſu noſtro ceſ
ſat ratio,qꝛ ille Petrus miſſus in poſſeſſionem habebat liberã deten
tionẽ qꝛ iudex ita decreuit ꝓpter abſentiam rei ꝯtumacis,merito ceſ
ſat dictũ Inn.in.l.cũ pater.§.dulciſſime.ff.de leg.ij. Et ideo ſoluen-
do ⁊ ꝯcordãdo has opiniões pt dici ꝙ aut miſſus in poſſeſſionẽ non
hꝫ liberã detẽtationẽ ſꝫ tm̃ cuſtodiã, ⁊ tũc ꝓcedit dictũ Inn.⁊ Spe.
ceſſat enim tunc cũ.l.officiũ.in ſi.qꝛ iſte nõ hꝫ facultatẽ rei reſtituẽde

ideo nõ poteſt ab eo res vẽdicari. Aut hꝫ liberã detẽtionem vt habe-
bat iſte Petrus in caſu noſtro ⁊ tũc cõueniri põt rei vendicatione, qꝛ
põt reſtituere ꝙ ipſe hꝫ. ⁊ idem dicendum in alijs detentatoribus vt
in depoſitarijs ⁊ ſimilibus. ⁊ ita concordãdo tenuit dominus Anto.
de but. ſolennis doctor. c. examinata. de iudi. ⁊ ſentit in. d. c. quoniam
cõtra. §. ꝙ ſi ſuper. vt lit. nõ ↄteſt. Fatẽdũ eſt tñ ꝙ ille qui detinet no-
mine alieno poterit ſi vult euitare iudiciũ nominãdo dñm in iudicio
iuxta bñficium. l. ij. C. vbi in rem ac. ⁊ d. §. qđ ſi ſuper rebus. ¶ Ex his
clariſſime inferꝛ ad deciſionẽ ſecũdi motiui. cũ em̃ dict⁹ Petrus poſ-
ſit ↄueniri ſequitur ꝙ nõ debebat pẽdẽte lite alienare illas res. quod
cũ fecerit preſumitur in dolo ⁊ hec preſumptio doli probatur iure, qꝛ
ex quo mercatus eſt cõtra legẽ preſumiꝛ in dolo. vt in. l. quẽadmodũ.
C. de agri. ⁊ cẽſi. lib. xj. ⁊ in regula qui cõtra iura. de reg. iur. lib. vj. no.
Bar. in. l. ſed ⁊ ſi. §. ſcire. ff. de peti. here. nec excuſat eũ authoritas iu-
dicis, qꝛ iudicẽ circũuenit ꝑ obreptionẽ malitioſe ſubticendo litẽ ſuꝑ
illis rebus pendere merito preſumiꝛ in dolo. arg. in. c. cũ dilecta. ⁊ qđ
ibi no. ⁊ c. ſuper literis. de reſcrip. ⁊ l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. ⁊ qđ
3 ibi no. Bar. in. l. iuſte poſſidet. ff. de acqui. poſ. † dolus autẽ nõ põt ve
re probari cũ ↄſiſtat in animo, ſꝫ ꝓbaꝛ ex ↄiecturis. vt in. l. dolũ. C. de
dolo. ⁊ in. c. ij. de renũ. li. vj. Cõiecture aũt hic ſunt ſufficiẽtes ⁊ a iure
approbate. tum qꝛ vẽdidit cõtra legẽ. tum qꝛ obrepſit iudici, tũ qꝛ in
principio litis negauit illa bona detinere. ⁊ tñ poſtea authoritate iu-
dicis circũuenta illa vẽdidit. ad hoc. l. pe. ff. de rei vẽd. ⁊ in aut. itẽ poſ
ſeſſor. C. qui po. in pig. habeã. ¶ Ad tertium ⁊ vltimum reſpondeo.
quod iuramentũ in litem quandoqꝫ defertur propter contumaciam
in non parendo iudici, ⁊ tunc deferꝛ poſt ſñiam. iuxta. l. qui reſtitue-
re. ff. de rei vẽdi. Quãdoqꝫ deferꝛ in locũ ꝓbationis, qꝛ propter dolũ
aduerſarij reddiꝛ probatio difficilis. ⁊ tunc cum ſuccedat iuramentũ
loco probationis, deferreꝛ ante ſententiã ⁊ poſtea ſequitur condẽna-
tio. vt ꝓbatur in. c. fi. qđ met. cã. vbi tex. apertus ⁊ ideo dixit ibi Inn.
no. ⁊ ſequitur Bar. in. d. l. in actionibus. ꝙ ſi depoſui apud te ſacculũ
ſignatum, ⁊ tu non reſtituis vel reſtituis apertum, qđ propter dolũ
tuũ preſumptum in non reſtituendo vel aperiendo ſtabitur iuramẽ-
to meo ſuper rebus que ibi dicebantur eſſe. Ita in propoſito ꝓpter
doloſaꝫ alienationẽ iſtius fuit Guidoni reddita probatio dñij illarũ
rerum difficilis. merito potuit ſibi deferri iuramẽtũ in litẽ. vt in. l. ij.
ff. ad exhi. ⁊ poſtea ſequiꝛ cõdẽnatio. vt. d. c. fi. qđ met. cã. Nico. Abb.

¶ Conſilium. cx.

1 ☞ Verba videbitur ⁊ placebit ſapiunt arbitrium boni viri.
2 Teſtator ſi dixerit, extremam voluntatem meam que diſpoſitioni
committo videtur decedere teſtatus ad pias cauſas.
3 Epiſcopus non recipit quartam a locis exemptis.
4 Diſpoſitum ab executore ſeu fideicommiſſario videtur diſpoſitum a
teſtatore.

IN cauſa hoſpitalis ſancte
Catherine de Tuderto quo ad validitatẽ donatiõis ſibi
facte ꝑ Jacobũ abramutij de bonis quõdã Jacobi maſſa
nutij, quatuor ſunt Chriſti noĩe inuocato examinãda. ¶ Primũ an
dictus Jacob⁹ abramutij potuerit bona illi⁹ Jacobi maſſanutij te-
ſtatoris nũꝙ ſibi delata retinere, an vero tenebaꝛ illa diſtribuere pro
anima teſtatoris. ¶ Scđm preſuppoſito ꝙ illa diſpenſare eſſet obli-
gatus an potuerit ſolus de bonis illis diſponere cum in teſtamento
fuerint tres deputati, quorum duo vita functi ſunt ante illorũ bono
rum diſpenſationẽ. ¶ Tertium poſito ꝙ ſolus potuerit, vtrũ value-
rint illa bona dari dicto hoſpitali poſt annũ a tempore quo debebat
dicta diſtributio fieri. ¶ Quartũ ſi teneꝛ ꝙ lapſus anni nõ fuerit im-
pedimento, an ſaltẽ ꝓpter litigiũ ſeu proceſſum dñi epi Tudertini
dicte donationis validitas impediaꝛ. Quo ad primum breuiter dico
quod illa bona non fuerũt pure delata dicto Jacobo ⁊ alijs collegis
de quibus in teſtamento ſed fuerunt electi ⁊ deputati per teſtatorem
tanꝙ vniuerſales fideicõmiſſarij ad diſpenſandum illa bona ad pias
cauſas. Hoc clare probãt verba teſtatoris que talia fuerunt vꝫ. Re-
ſiduum autẽ hereditatis ⁊ bonorum meorum dicta conditione adue
niente remiſit ⁊ reliquit in conſciẽtia dñe Lucretie ⁊ dñe Perine ⁊
Jacobi abramutij ꝗ de dicto reſiduo diſponãt ⁊ faciãt qcqd eis vide-
bitur ⁊ placebit, faciens eos in p̃dictis ſuos vniuerſales fideicõmiſſa-
rios ⁊c. Primo em̃ põderãda ſunt illa verba. Reliquit in ↄſciẽtia ⁊c.
Non enim reliquit eis bona ſimpliciter ſed in cõſcientia quaſi aggra
uando illorum conſcientiam. ad hoc quod not. in. c. ſtatutũ. §. acceſ-
ſorẽ. iuncta gl. de reſcrip. li. vj. iuncto eo quod not. gl. in cle. j. de iure-
pa. in verbo oneramus. Scđo faciunt illa verba Diſponant ⁊ faciãt
1 vt eis videbitur ⁊ placebit. Nam illa † verba videbitur ⁊ placebit, ſa-
piunt arbitrium boni viri. vt in. l. fideicommiſſa. §. quãꝙ. ff. de leg. iij.
⁊ in. l. Thais. §. ſororẽ. ff. de fideicõmiſ. liber. not. gl. in. c. ij. de corpo.
vit. in verbo viſum. no. Bar. in extrauag. ad repri. l. alio. ff. de ali. ⁊ cib.
lega. Preterea quid opus eſt alia interpretatione cum poſtea teſta-
tor in fine verborũ expreſſe dixerit ꝙ illos faciebat ſuos vniuerſales
fideicõmiſſarios, ↄmiſit ergo fidei illoꝝ vt illa bona diſtribuerẽt arbi
trio boni viri ⁊ in dubio dꝫ intelligi, ſcꝫ ad pias cauſas qꝛ bonus vir
ſic debet arbitrari niſi per rationes legitimas oſtenderet contrariũ.
Et pro hoc intellectu videtur tex. ſm cõmunem lecturã in. c. cũ tibi.
2 de teſta. vbi dicitur † ꝙ ſi quis dixerit extremam volũtatẽ meam tue
diſpoſitiõi ↄmitto videtur decedere teſtatus ad pias cauſas. fortius
ergo hoc dicendum in caſu noſtro in quo teſtator vſus eſt verbis cla
rioribus. hoc etiã voluit Bar. ⁊ Bal. in. l. j. C. de ſac. ſan. ecc. vbi Bar.
plus dixit vꝫ ꝙ ſi quod relinquitur arbitrio alterius ſimpliciter nec
dicatur ad quid quod in dubio inducitur ad pias cauſas per dictum
c. cũ tibi. ſecus ſm eum ſi diceret ad voluntateꝫ talis. nec exprimeret
ad pias cauſas, qꝛ tunc per illud verbũ ad volũtatem videꝛ relinque-
re in libera voluntate illius. vt in. d. §. quãꝙ. Et hoc eſt indubitãter
tenendum. Quare circa primum concludo dictum Jacobum in effe
ctu fuiſſe deputatum tanꝙ miniſtrum ⁊ diſpenſatorẽ illorũ bonorũ
ad pias cauſas. ¶ Ad ſcđm dubiũ an potuerit ſolus illa bona diſpẽ-
ſare ſeu dare hoſpitali. ⁊ credo ꝙ ſic, qꝛ cũ iſti fuerint vt dixi in effectu
executores ⁊ miniſtri dicti teſtamenti alijs collegis mortuis ⁊ ſic non
volẽtibus adimplere volũtatem defuncti potuit ſolus exequi per. c.
ij. §. j. de teſta. li. vj. videꝛ de mẽte Bar. in. l. j. §. ſi plures. ff. de exerci. in
ver. vti igitur liqueat materiã. in fi. facit ꝙ ponit Fed. de ſenis in ſuis
conſilijs, cõſi. clv. induciꝛ em̃ illud ſpeciale ne volũtas defuncti impe-
diatur. vt ibi dꝛ. Et hoc de ſcđo dubio. ¶ Quo ad tertiũ. An potue-
rit dictus Jacobus dicta bona dare hoſpitali poſt annũ a tempore
exiſtentis conditionis appoſite in teſtõ. Videꝛ primo ꝙ non, qꝛ licet
a iure detur annus ad exequendum voluntatẽ defuncti a tẽpore mo-
nitionis fiende per ſuperiorem. vt in. c. nos quidem. de teſta. ⁊ in aut.
hoc amplius. C. de fideicõ. liber. Tamen conſtitutio epiſcopi dioceſa
ni monet ⁊ ſtatuit annum a die diſtributionis fiende. certum eſt epm
potuiſſe hoc facere, qꝛ põt adiuuare canonẽ imponẽdo penã ⁊ grauã-
do factũ. vt no. glo. in cle. ne romani. de ele. per Jo. an. in. c. fi. de offic.
archi. videꝛ tex. in. c. ij. de cõſti. li. vj. ⁊ in terminis noſtris ſentit Fede.
de Senis in ſuis conſilijs cõſi. cxxiij. ¶ Sed his nõ obſtãtibus puto
de iure contrariũ dicendũ in caſu noſtro. Moueor principaliter, qꝛ
vt predixi de iure cõmuni non eſt dictus Jacobus priuatus poteſta-
te adimplendi volũtateꝫ defuncti per lapſum anni, niſi lapſus fuerit
poſt monitionẽ ſibi factã. vt. s. dixi. ꝙ non contingit hic. Nec obſtat
cõſtitutio ſynodalis illa em̃ procedit quo ad nudos executores teſta-
mentarios ſed dictus Jacobus non erat nudus executor, ſed nudus
miniſter, imo habebat poteſtatẽ eligendi pauperes vel loca pia. Fuit
em̃ hoc relictũ ſue cõſcientie vt faceret ſicut ſibi videreꝛ ⁊ placeret. ſꝫ
certum eſt ꝙ quando quis habet electionem non currit ilico annus.
ſed oportet ꝙ prius conſtituatur in mora per interpellationẽ vt eſt
tex. no. in. l. cum quidam. ff. de leg. ij. ⁊ per illũ tex. hoc expreſſe firma-
uit ibi Bar. in caſu noſtro dicens per illũ tex. ſe in facto reſpõdiſſe ꝙ
3 uiſionibus nõ fuerit aliqua mẽtio habita. † Nã tãtũ valet genus generaliter probatũ q̃tum enumeratio ſpecierũ cõtẽtarũ ſub genere. nã qui dicit oĩa nihil excludit. xix. diſ. c. ſi romanorũ. ⁊ in. c. ſolite. de maio. ⁊ obe. ❡ Sed his nõ obſtãtibus in cõtrariũ ſe habet iudicio meo veritas. vt. ſ. dicta cõfeſſio ſeu quittatio nõ extẽdatur ad debitũ vſurariũ. Ad hãc ſnĩam moueor ex multiplici capite. Primo q: dicta cõfeſſio ſeu quittatio nõ fuit pure generalis nec ſimpliciter liberatoria ⁊ gratuita ſed principaliter fuit ſpecialis reſpectu. ſ. debiti contracti vtriuſq; ſocietatis occaſione: vt colligitur ex illis verbis rõne ⁊ occaſione cuiuſcunq; ſocietatis ⁊ trafici ⁊c. ſed iſtud debitũ vſurariũ non fuit cõtractũ occaſione ſocietatis. imo fuit cõtra ius ſocietatis. nã cũ ſocietas ſit quedã fraternitas: vt in. l. verũ. ff. pro ſo. abhorret vſurariã prauitatẽ cũ ſit cõtra naturã ſocietatis. nã de natura ſocietatis eſt vt dãna ⁊ lucra ſint inter ſocios cõia. vt in. l. cũ duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſocio. vſurarũ vero vorago animas deuorat facultates exhaurit. vt in. c. j. de vſur. lib. vj. ⁊ ſic nõ poteſt dici debitũ illud contractũ rõne ſocietatis: cũ ſit omnino ſeparatũ a iure ſocietatis. pro hoc etiã facit: q: ille. ſ. Antonius ⁊ Marianus mutuo ⁊ viciſſim recognouerũt ſibi ſatiſfactũ ⁊ ſolutũ de quibuſcunq; debitis cõtractis occaſione ſocietatis: ⁊ ſic habuerũt reſpectũ ad geſta occaſione ⁊ noĩe ſocietatis ex qbus ſolet vltro citroq; naſci obligatio. iſtud autẽ debitũ vſurariũ fuit cõtractũ ſolũ ex parte vnius recipiẽtis lucrũ. Nõ obſtat ſi dicatur ꝙ licet de ſocietate fuerit facta mẽtio: tñ poſtea fuerũt immediate ſubſecuta verba gñalia: vt patet ibi: quacunq; rõne cauſa vel titulo dico enĩ ꝙ verba generalia ſpeciẽ ſequẽtia in actu liberationis reſtringuntur ad ſpeciẽ precedẽtẽ: vt ſit ſenſus ꝙ ex quacũq; ratione, cauſa, vel titulo vnus eſſet obligatus alteri occaſione. ſ. ſocietatis de qua premiſerat. nã cũ agat̃ de preiudicio dicti Antonij debet fieri ſtricta interpretatio cũ non preſumat̃ qs iactare ſuũ. l. cũ de indebito. ff. de proba. ⁊. c. ſup hoc. de renun. ⁊ fienda eſt interpretatione in dubio cõtra dictũ Marianũ qui fundat ſe ſup illa cõfeſſione ⁊ quittatione: vt in. l. veteribus. ⁊ qḋ ibi elegãter no. Bart. ff. de pac. ⁊ pro p̃dicta in-
4 terpretatione, † ꝙ verba generalia debeãt reſtringi ad ſpeciẽ precedẽtẽ ex quo ſalua rõne recti ſermonis fieri põt. videt̃ tex. in. l. ſi ex pluribus. ff. de ſolu. ⁊ ibi per Bar. ⁊ pleni⁹ ꝑ eũ in. l. ſub p̃textu. C. de trãſac. de hoc plenius in. d. l. aurelio. §. caius. de lib. leg. ⁊ qḋ verba hãc reſtrictionẽ patiãtur probãt verba poſita in ver. quapropter. ibi. Generaliter liberauerũt ⁊ quittauerũt ab oĩbus ⁊ ſingulis predictis. Et põderãda ſunt illa verba vltima ab oĩbus ⁊ ſingulis predictis que reſtringunt aperte verba generalia p̃cedẽtia ad idẽ verba ibidẽ ſequẽtia ibi. Et generalẽ finẽ quittationẽ: liberationẽ: ⁊ abſolutionẽ: ⁊ pactum de vſuris aliqd de predictis vlterius nõ petẽdo inuicẽ ⁊c. Et põderãda enim ſunt illa verba. Aliquid de p̃dictis ⁊c. Et ſic nõ eguerũt facere generalẽ finẽ ⁊ quittationẽ de quibuſcũq; debitis alias nõ appoſuiſſet illa verba. Aliquid de predictis ⁊c. Preterea vbicunq; verba ſunt obſcura vt in caſu noſtro: q: generalitas parit obſcuritatẽ. l. ita fidei. ff. de iure fiſc. attẽdi debet id quod eſt veroſimilius: ⁊ qḋ plerũq; fieri cõſueuit: vt in. l. in obſcuris. ⁊ in. l. ſemper in ſtipulationib⁹. ff. de reg. iur. ⁊ in regula inſpicimus in obſcuris. de reg. iur. lib. vj. ſed cũ dictus Marianus ꝑ ſe exegiſſet partẽ de illis vſuris ⁊ prouiſionibus: nõ eſt veroſimile ꝙ in diſſolutione ſocietatis vſuras reſtituiſſet. nã vt dixi illa prima quittatio nõ fuit gratuita liberatio: imo fuit dictus Antonius cõfeſſus ſibi ſolutũ ⁊c. nõ enim ſolẽt homines hodie maxime mercatores qui credũt cõtractus eorũ eſſe licitos ſpõte reſtituere vſuras ⁊ male ablata cũ vix poſſint induci ad reſtituendũ poſt mortẽ. vt in. c. ij. de vſur. li. vj. ⁊ cle. vnica. eo. ti. nec eſt veroſimile ꝙ ita incõtinẽti ſe correxerint ſine aliqua repetitione. arg. in regula. ſemel malus. de reg. iur. li. vj. ⁊. l. nõ ad ea. ff. de cõdi. et demõ. cũ ſimilibus. Itẽ in diſſolutione ſocietatis ſolẽt ſemper ſocij facere ſibi mutuo ⁊ viciſſim dictas cõfeſſiones recognitiones et liberationes et quittationes: ergo ita debet dicta cõfeſſio ⁊ liberatio intelligi nõ autem debet extẽdi ad id qḋ veroſimiliter nõ fuit cogitatũ: cũ ignorans nõ preſumat̃ donare. vt in. l. nec ignorãs. C. de dona. facit. l. tres fratres. ff. de pac. imo dictus Antonius dubitabat an dict⁹ cõtract⁹ ſeu cõpoſitio eſſet vſuraria cũ fuerit ſub velamine dictũ vt fieret ſolutio ad vſum ⁊ cõſuetudinẽ mercãtie: et ſic in quittatione generali non eſt veroſimile ꝙ de illo debito qḋ non credebat fore debitũ cogitaſſet: vt patet iuribus ſupra allegatis. Preterea cum cõſtet de peccato dicti Jacobi et Mariani oportet ꝙ clare oſtẽdatur de ſatiſfactione: quia peccatũ nõ dimittit̃ niſi reſtituatur ablatũ. vt in. c. cũ tu. de vſur. ⁊ in regula peccatũ. de regu. iur. li. vj. Dicta autẽ quittatio clare nõ oſtẽdit de ſatiſfactione. ergo debet cõpelli ad ſatiſfaciẽdũ cũ dubia probatio nõ releuet probatẽ. vt in. c. in preſentia. de proba. p̃ſertim vbi tractat̃ de animarũ ſalute. nã debet tũc fieri interpretatio in partẽ mitiorẽ per quã euitat̃ anime periculũ: licet illa ſit durior: vt in cle. exiui de paradiſo. vt de verſig. ⁊ in. c. iuuenis. de ſpõſa. et eſt bona glo. in. c. vnico. de ſcruti. in ordi. fa. Et hec eſt bona cõſideratio in materia noſtra. ❡ Ex his infert̃ ad deciſionẽ tertij dubij an ſaltẽ vigore ſecũde quittationis dictus Antonius ſit a dictarũ vſurarũ repetitione excludendus. ⁊ profecto credo dicẽdũ quod nõ ex rationibus multifarie facit in precedenti dubio. tñ quia p̃ceſſerat cõtẽtio ſup quibuſdã diſcordijs dũtaxat ⁊ nulla de dictis prouiſionib⁹ ⁊ vſuris fuerit habita cõtẽtio: ideo verba generalia ſequẽtia debẽt reſtringi ad cõtentionẽ ſpecialẽ. ar. in. l. licet. C. de iudi. ⁊ qḋ not. in. d. l. ſub pretextu. ⁊ per glo. in. c. j. de trãſactio. tum quia verba obſcura debent reſtringi ad id qḋ eſt veroſimilius: ⁊ plerunq; fieri cõſueuit tum q: vterq; credebat illã cõuẽtionẽ nõ cõtinere pactũ vt predixi. ⁊ ſic ad incogitata nõ põt dicta liberatio extẽdi: quia ignorãs nõ donat. d. l. nec ignorãs. ⁊. d. l. tres fratres. cum ſimi. Itẽ q: tractatur de anime periculo: debet ergo fieri interpretatio in mitiorẽ partẽ licet durior ſit vt ſupra plene dixi. ⁊ per has conſiderationes tollitur id qḋ not. Bar. in. d. l. aurelius. §. caius. preall. p̃cedit enim gñaliter ⁊ vtriuſq; ſit gñalis liberatio nulla ſpecie precedẽte. et cõſiderationes predicte nõ cõcurrũt. alias ſecus vt dixi in dubio precedẽti. ❡ Preterea ⁊ vltimo apertiſſime tollitur dicta quittatio ⁊ liberatio ſi tenemus opinione quorundã theologorũ aut Dy. in regula peccatũ. de reg. iur. lib. vj. tenuerũt enim iſti ꝙ vſurarũ remiſſio ⁊ liberatio nõ tenet niſi pecunia per vſurariã prauitatẽ extorta offeratur ipſi debitori eidemq; creditori vel ſaltem ſm Dy. ſit pecunia parata reſtitutioni: tunc enim videt̃ reſtituta et breui manu reddita: ⁊ ſic ſatiſfiat illis verbis. peccatũ nõ dimittitur niſi reſtituatur ablatũ. reperitur enim reſtitutio: ⁊ ſic debet fieri repoſitio pecunie in priſtinum ſtatum ſaltẽ ficte. vt. l. cum pretor. ⁊. l. reſtituere. ff. de verb. ſigni. ſed in

caſu noſtro pecunia iã extorta nõ fuit oblata ipſi Antonio nec ſaltẽ parata eſt reſtitutioni, imo de ipſa nõ contẽdebatur, ergo illa quittatio et liberatio nõ valuit quo ad liberationẽ vſurarũ reſtituendarũ. ⁊ hoc eſt indubitandũ tenẽdo alterã illarũ opinionẽ. Si autem teneamus opinionẽ Jo. an. quã poſuit in gloſ. ſua in dicta regula peccatũ. ⁊ Fede. de ſenis cõſi. xviij. ꝙ non requiratur oblatio pecunie vel ꝙ ſit reſtitutioni parata, ſed ſufficiat liberalis ⁊ ſpontanea remiſſio nõ autem ſufficit extorta per metũ aut dolũ aut quolibet ingenio vt in dictis locis per eos no. adhuc idẽ in caſu noſtro videtur dicendũ nã ex illa generali quittatione que preceſſit vigore quarũdã differẽtiarum nulla de dictis prouiſionibus vſurarijs mẽtione nõ habita poteſt dici ꝙ vſurarũ remiſſio fuit liberaliter facta cum nulla fuerit ſpecialis mentio de illa habita, nec aliquis tractatus ſuper remiſſione fienda preceſſerit. ¶ Et credo in hac materia poſſe attẽtari, vt ſub generali remiſſione ſeu liberatione nunquam veniat liberatio ſeu remiſſio vſurarũ niſi ſpecialiter exprimatur, quia cũ habeat hec remiſſio ſpecialẽ naturã, vt patet ex predictis ⁊ latius notatis in locis prealle. Nõ debet hec remiſſio includi ſub generalitate cũ poſſet quis decipi ſub inuolutione verborũ, ⁊ ſic immineret animarũ periculũ. Satis enim eſt tenere ꝙ proſit remiſſio vſurarũ abſq; eo ꝙ pecunia offeratur vel ſit reſtitutioni parata cõtra illas opiniones preallegatas nõ debet hec facultas extẽdi vt etiã cõprehendatur ſub generalitate verborum. ad predicta allego optimũ ſimile. l. ſed ⁊ ſi quis. §. queſitũ. ff. ſi quis cau-

5 tio. † vbi habetur ꝙ generalis renuntiatio caſuũ fortuitorũ nõ valet in iudicijs, ſed oportet ꝙ ſpecialiter exprimãtur. vnde nõ valet ibi tãtum genus q̃tum ſpecies. ⁊ dicit ibi Bart. cõmune eſſe, qꝛ ſtipulatio pretoria ⁊ iudicialis iudicatur ſm mentẽ ⁊ equitatẽ pretoris qui non patitur aliquẽ decipi ſub inuolutione verborũ. ita dicamus in propoſito noſtro cũ tractetur hic de animarum periculis, ⁊ ſunt opiniones qualis debeat eſſe vſurarum remiſſio nõ debemus ſaltẽ dicere ꝙ veniat ſub generalitate ne quis decipiatur ⁊ incurrat anime periculum ſub verborũ inuolutione. Nec obſtat, ſi dicatur ꝙ caſus ſpecialis continetur in. d. §. queſitũ. quia dico ꝙ etiã caſus ſpecialis extẽditur propter rationis identitatẽ, vt no. gl. in. l. j. C. de cõdi. inde. ⁊ videtur tex. in. c. cũ dilecta. de confir. vti. ⁊ preſertim vbi tractatur de animarũ fauore debet fieri extenſio etiã iuris penalis. vt no. glo. in. c. ſciant cun-

6 cti. de elec. lib. vj. ⁊ in. c. fi. eo. tit. ⁊ lib. Preterea videmus in ſimili, † qꝛ matrimonium habet ſpecialẽ materiã ab alijs obligationibus ⁊ requirit ſpontaneum ⁊ liberũ conſenſum, vt in. c. cũ locũ. de ſponſal. diſpoſitum eſt in iure vt mandatũ de cõtrahendo matrimonio nõ veniat ſub generali procuratorio. ſed oportet quod ſpecialiter exprimatur: vt probatur in. l. generali. ff. de rit. nup. not. glo. in. c. fin. de procurato. lib. vj. Item videmus quod caſus notabiles ⁊ not. digni. nõ veniunt ſub generalitate verborum niſi ſpecialiter exprimãtur, vt nota. gloſ. in cle. non poteſt. de procura. ⁊. c. qui ad agendũ. eo. titu. lib. vj. et que ſpeciali notatu ſunt digna niſi ſpecialiter exprimantur videntur eſſe neglecta vt in. c. quamuis. de preben. lib. vj. cum ſimilibus. Et hec ſufficiant. Nico. Abbas.

¶ Caſus conſilij ſequentis.

Punctus queſtionis talis eſt.

Quidã Mãnes Petri curſij de ſenis deceſſit nullo prius per eũ teſtamẽto cõdito ſuperſtitibus ſibi dominabus Euãgeliſta ſorore carnali Catherina filia ſpuria ipſius Mãnis defuncti, demũ apprehenſa hereditate per dictã dominã Euãgeliſtã tanq̃ proximiorẽ per lineã legitimam ipſa dña Euãgeliſta ſeu alius pro ea maritauit dictã Catherinã cuidã Mattheo ⁊ pro dotibus ſuis aſſignauit ſibi florenos quadringentos, ⁊ in dicto inſtrumẽto dotis inter cetera dicitur ꝙ dicta dña Euangeliſta filia olim Petri curſij ⁊ heres dicti Mãnis dedit ⁊c. Et demũ ſubijcitur in dicto inſtrumẽto ꝙ dictus Mattheus promiſit dictas dotes cũ antifacto reddere ⁊ reſtituere dicte dñe Catherine et cuidã Franciſco preſenti ⁊ recipiẽti pro dicta dña Euangeliſta aut cui de iure reddi ⁊ reſtitui debebunt in omnẽ caſum et euentũ dotium reſtituendarũ ⁊c. Premoritur deniq; dicta Catherina relicto filio ex illo matrimonio. moritur demũ dicta domina Euãgeliſta ſuis filijs heredibus equaliter inſtitutis prius tñ diſpoſuit de quarta parte omniũ bonorũ in quaſdã ex filiabus, ſicut ei licuit ex forma ſtatutorũ. Senenſiũ. ¶ Nũc ab alijs filijs ⁊ heredibus dicitur dictã dominam Euangeliſtã nõ potuiſſe illã quartã donare illis duabus filiabus, qꝛ iam de illa diſpoſuerat prius donãdo dotẽ dicte Catherine quã non tenebatur dotare cũ eſſet filia ſpuria dicti Mãnis. ⁊ ſic videtur donaſſe de ſuo preſertim cum in inſtrumento nõ dicatur ꝙ hec fuerit tanq̃ heres licet nuncupetur heres. Ex parte filiarũ dicit̃ contrariũ. Queritur quid iuris, ⁊ an dos illa debeat remanere apud dictũ Mattheũ cum filius communis iam ex illo deceſſerit.

¶ Conſilium. cxv.

1 ☞ Dos dicitur legitima ſecundũ conditionem mulieris.

2 Pater poteſt filio ſpurio relinquere pro alimentis vſq; ad quantitatem ſufficientem.

3 Mulier ſi maritatur a patre, ⁊ dos ab ipſo patre proficiſcitur mortua muliere relictis liberis ex illo matrimonio dos de iure communi redit ad patrem.

4 Pater ſi vult ꝙ relictum ſeu datum cauſa mortis tranſeat in filios ſpurij ſeu ſpurie qualiter debeat dicere.

Jeſu chriſti eiuſq; pijſſime matris preſidio humiliter inuocato. Videt̃ primo attingendũ primũ dubiũ ꝙ dicta dña Euãgeliſta nõ potuerit diſponere de ſua quarta parte in illas ſuas, filias prout ſibi ex ſtatuto Senẽſis permittitur obſtãte illa dotis aſſignatione quam prius fecerat dicte Catherine: qꝛ aſſignãdo illi dotẽ quã nõ habebat in poteſtate videtur iuris interpretatione dotẽ illã donaſſe dicte Catherine. vt in. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. act. ergo non potuit poſtea de integra quarta diſponere cũ iam libere prius diſpoſuerat de quadringẽtis. ¶ Nec obſtat ꝙ in dicto inſtrumẽto nũcupetur heres dicta dña Euãgeliſta: qꝛ per hoc nõ infertur ꝙ fecerit vt heres. cũ illa ſint verba pure enuntiatiua que nõ inducunt diſpoſitionẽ: vt in. c. ſi papa. de priuil. lib. vj. ⁊ in cle. ſi ſummus põtifex. de ſentẽ. excõ. preterea eſto ꝙ videatur feciſſe vt heres tñ ex quo heres nõ tenebatur illud facere videtur donaſſe. arg. in. l. cãpanus. ff. de operis lib. ⁊ in. l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. facit. l. cũ de indebi. ff. de proba. Quod autẽ tanq̃ heres nõ teneretur dotare patet: qꝛ nec ipſe defunctus tenebatur nec poterat etiã ſi voluiſſet cum eſſet filia ſpuria nata ſcilicet ex damnato coitu de iure ciuili: vt in aut. ex cõplexu. C. de inceſtis nuptijs. ¶ Sed his nõ obſtãtibus arbitror in hoc caſu ſic de iure dicẽdũ ꝙ dicta domina Euãgeliſta tenebatur tanq̃ heres dicti Mãnis alere dictã Catherinã quia licet de iure ciuili nõ tenetur etiã defunctꝰ. vt in. d. aut. ex cõplexu. ſecus tñ eſt de iure canonico cui ſtatur in hoc tanq̃ fundato ſuper equitate naturali. vt habetur in. c. cũ haberet. de eo qui duxit in matri. vt etiã tenent cõmuniter legiſte. maxime Bart. ⁊ Bal. in. d. aut. ex cõplexu. vnde quemadmodũ tenebatur defunctus: ita ⁊ heres obligatur qui ſuccedit in locũ defuncti: ad hoc bonus tex. in aut. licet. C. de naturali. liberis. ⁊ quod ibi not. maxime per Bal. ſi autẽ tenebatur alere. vt ſupra probatũ eſt: ergo etiã dotare cũ cauſa dotis nõ ſit minus fauorabilis q̃ alimentorũ cauſa: imo magis vt no. Cy. in. l. nõ omni. C. de admini. tu. ⁊ glo. ⁊ Bar. in. l. cũ plures. ff. eo. ti. ⁊ in caſu noſtro firmauit Bar. in. l. ſi gener. ff. de his qui. vt ind. ⁊ in. d. aut. ex complexu. ⁊ idem ibi Bal. Attamẽ dico ꝙ dãdo dotem nõ debet excedere modum alimẽtorum ſeu q̃titatẽ dotis prout conueniebat filie

1 ſpurie. † Dos enĩ dicitur legitima ſm cõditionem mulieris ⁊ facultas matrimonij. vt in. l. filie. ff. de lega. iij. ⁊. l. cũ poſt. §. gener. ff. de iure do. Si ergo exceſſit illã q̃titatẽ que veroſimiliter ſibi debebat̃ habito reſpectu: qꝛ erat ſpuria: ⁊ qꝛ pater non erat ditiſſimus homo nec magni generis: videt̃ illã q̃titatẽ dediſſe de ſuo quatenꝰ dico exceſſit debitũ modũ. arg. optimũ in. l. ſancimus. C. de don. ⁊. xij. q. ij. in. c. ſi quos. de ſeruis. ⁊ hoc videt̃ fuiſſe de mẽte Bar. in. l. gener. prealleg. ⁊ in. d. autẽ. ex complexu. ⁊ in. l. fi. §. ſi a genero. de his q̃ in frau. credi. ⁊ illa q̃titas in qua exceſſit debet cõputari in quarta ipſius domine Euangeliſte ſi aũt in nullo exceſſiſſe videt̃ hoc feciſſet tanq̃ heres ⁊ ſic nil de ſuo donaſſe. ⁊ per ↄſequẽs potuit poſtea diſponere de integra quarta bonorum ſuoꝝ. Quod aũt hoc videatur feciſſe tanquã heres ⁊ nõ ſpõte de bonis proprijs probo primo ex eo: quia ibi nominatur heres. nã ſi nõ feciſſet vt heres illud verbum fruſtra fuiſſet ibi appoſitum quod nõ eſt dicendũ. arg. in. c. ſi papa. de priui. lib. vj. l. ſi quando. C. de inoffic. teſt. cum verba debeãt aliquid operari vt ibi. Preterea vbicunq; ſit mẽtio de aliqua quãtitate in aliqua diſpoſitiõe q̃ habet alterare illã diſpoſitionẽ videtur illud factum vigore illius qualitatis. ad hoc tex. optimus cũ ibi no. maxime per Bart. in. l. pe. C. de iure deli. vbi patet ꝙ ſi aliquid relinquat̃ filio ⁊ ſit mẽtio de patria ptãte videt̃ ſibi relictũ cõtemplatione pr̃is: qꝛ rõne patrie pr̃ãtis acquirit filius ipſi patri. Ita ad propoſitũ cũ tanq̃ heres teneretur dotare vt ſupra dixi ſi dixit in actu donationis ſe heredem videtur hoc feciſſet tãquã heres ex legitima obligatiõe. ad idem facit optime quod legitur ⁊ notatur in. l. cum poſt mortem. ff. de admini. tut. vbi ſi tutor promiſit dotem vel curator pro puellã videtur in dubio promiſiſſe de bonis ipſius puelle: nõ aũt de proprio ex quo bona illa adminiſtrabat. ad idẽ. l. fi. C. de dotis promiſ. vbi idem probat̃ in quolibet adminiſtratore ⁊ negotiorũ geſtore: vt in dubio videat̃ ſoluiſſe dotẽ de bonis mulieris nõ aũt de proprio. pro hoc facit qꝛ in dubio nõ preſumitur quis velle donare ſuũ cũ donare nil aliud ſit q̃ perdere. vt in. l. filiuſfa. ff. de don. facit. l. cum de indebi. ff. de prob. ⁊ preſertim hoc dicendũ in caſu noſtro ĩ quo põt fieri interpretatio vt dos nihilominꝰ fuerit debita ⁊ dicta domina Euangeliſta in ſuis iuribus conſeruet̃. ar. optimũ. ex his que no. gl. in. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. ⁊. c. cũ inter. p. ⁊. c. ſuper hoc. de renũtia. cum ſimili. ⁊ hoc quo ad primum dubium. ¶ Quo ad ſcõm vero apud quẽ. ſ. nunc debeat remanere dicta dos poſt mortẽ dicte Catherine videtur p̃mo ꝙ apud dictũ Mattheũ maritũ dicte Catherine nõ ex perſona Catherine: ſed cõis filij: quia poſt mortẽ catherine ſucceſſit filius cõmunis ex illo matrimonio in dote. nam dos cẽſetur patrimonium mulieris. l. iij. ff. de mino. facit. l. pomponius philadelphus. ff. famil. herciſ.

In bonis

In bonis autē maternis ab inteſtato ſuccedit filius.vt in aut.in ſuc-
ceſſione.C.de ſuis ⁊ legi.⁊ in corpore vñ ſumit̃.de here.que ab inteſta.
defe.§.j.⁊.C.ad orficia.per totū.Filio autē ſuccedit ipſe Mattheꝰ pa
ter:vt in authētica defuncto.C.ad tertẏ.⁊ in corpore vnde ſumitur in
aut.de here.que ab inteſta.defe.§.cōſequēs.⁊.§.in hoc quidē. ¶ Sed
profecto illud puto dicēdū in caſu noſtro:predicta em̄.ꝓcedūt in do-
te que eſt pure ipſiꝰ matris ſed dicta dos nō fuit iure ipſius Catheri
ne.Nā vt predixi cū eſſet ſpuria nihil de iure ciuili poterat cōſequi a
patre vel ipſius herede.vt in.d.aut.ex cōplexu.ſed ſolū ex diſpoſitio-
ne iuris canonici poterat habere neceſſaria ad vitā ⁊ ad hoc poſſunt
parētes cōpelli.vt in.d.c.cū haberet.⁊ per cōſequēs ipſorū heres.ar.
in.d.aut.licet.C.de natu.lib.vt predixi ſicut debētur alimēta:ita dos
cū nō ſit minus fauorabilis:imo magis vt ſupra dixi.Data fuit er-
go in caſu noſtro dos loco alimētorū cū fuerit data ab herede defun-
cti ꝑ rationes ſupradictas.mortua ergo dicta Catherina debet dos
redire ad dictā dñam Euangeliſtā ſeu eius heredes ſicut debuiſſent
redire alia bona ſimpliciter data pro alimētis.Nā alimēta debent̃ ſo
lum in vita ⁊ finit̃ cauſa alimētorū morte.vt in.l.mela.ff.de alimen.⁊
cib.leg.⁊.l.cū hi.§.cōſtat.ff.de trāſact.⁊.l.hereditatū.ff.ad.l.fal.et pro
hoc optime facit tex.in.d.c.cū haberet.in fi.vnde iſta obligatio cauſa
tur.mādat enim ſolū neceſſaria ſubminiſtrari.neceſſitas autem ceſſat
morte et hoc profecto videt̃ fuiſſe de mēte Bar.in locis prealle.⁊ pri
mo in.d.aut.ex cōplexu.C.de inceſt.nup.vbi dicit ſe cōſuluiſſe per.d.
2 c.cū haberet.† qḋ vſqꝫ ad quātitatē ſufficiētē pro alimētis poteſt pa-
ter filio ſpurio relinquere ⁊ eodē modo filie ſpurie pro dote ſua q2 ſine
aliqua dote nō poteſt ali nubere.Itē expreſſius cenſit in.d.l.fin.§.ſi a
ſocero.vbi dicit qḋ ſi filia ſpuria fuit maritata a patre non poteſt dos
repeti ab heredibus patris ab ipſo marito:q2 habet eā ex titulo one-
roſo.ſed poſtquam ad mulierē eſt reuerſa poteſt reuocari:q2 habet ex
donationis titul.ſpurie autē nō pōt donari.l.j.C.de natu.li.⁊ hoc di-
cit verū:niſi quatenus de iure canonico filius vel filia deberet habere
pro alimētis.vt in.d.c.cū haberet.Nec obſtat ſi dicatur ꝙ ſecūdū hoc
filius nil habebit ex bonis maternis:q2 hoc non eſt abſurdū ſi mater
nil habeat.finge em̄ ꝙ mater fuiſſet ducta ſine dote:certe in nullo ſuc
cedit:ergo vxor debet tūc alimētari ex bonis mariti.vt not.Inno.in
c.per veſtras.de dona.inter virū ⁊ vxo.facit tex.⁊ qḋ ibi not.in.l.ſi cū
3 dotē.§.ſinautē in ſeuiſſimo.ff.ſolu.mat.† Preterea vide illud ſimile
magis propinquum ſi mulier maritatur a patre et dos ab ipſo patre
proficiſcitur mortua muliere relictis liberis ex illo matrimonio dos
de iure cōi redit ad patrē:nō autē ad liberos mulieris defuncte:licet
aliud habeat cōſuetudo.vt eſt tex.ſcḋm cōem intellectū.in.l.dos a pa
tre profecta.C.ſol.mat.⁊ plene examinat Bar.⁊ ita demū cōcludit in
l.poſt dotē.ff.ſol.ma.fortius ergo in caſu noſtro nō debuit dicta dos
tranſire in filiū cū ſolū loco alimētorū a iure permittit̃.cauſa autē ali
mentorū expirat morte:vt.ſ.dixi.⁊ qḋ hoc fuerit de mēte Bart.alle-
go no.in.l.ſi.ff.de his qbus vt indig.in ver.quero vtrū ſit aliꝰ modꝰ.
in ſecūda col.vbi dicitur qḋ filio ſpurio vel ſpurie pōt relinqui aliqd
pro alimētis.Itē pro dote dūmodo nō excedat̃ modus in relinquen
4 do:q2 tūc preſumeretur fraus.in.l.j.C.de natu.lib.⁊ ſentit † qḋ ſi pater
vult vt relictū ſeu datū cauſa dotis tranſeat in filios ſpurẏ vel ſpurie
debet pater ſic dicere relinquo talē fundū titio filios meos pro alimē
tis in vita ſua poſtea remaneat filẏs ipſius ſpurẏ.nā vt ipſe dicit fi-
lẏs ipſius ſpurẏ pōt pater relinquere:de quo dicēdū vt plenius legi
tur ⁊ nota.in.l.ſi.C.de natu.libe.⁊ ſic aperte vult ⁊ bene qḋ ex perſona
patris ſpurẏ nō poſſunt filẏ licet legitimi aſpirare ad relictū factum
ipſi ſpurio pro alimētis:q2 vt predixi cauſa alimētorū finitur morte:
ſed oportet vt capiāt ex diſpoſitione relinquētis ſeu dotātis qḋ fieri
poteſt.d.l.ſi.Sed in caſu noſtro hoc nō fuit dictū a dicta dña.Euan-
geliſta.qḋ ſi fuiſſet dictū videretur donaſſe filẏs illius ſpurie de ſuo:
imo dixit oppoſitū.Nā voluit ⁊ ita ſtipulari fecit ſuo noīe qḋ dictus
Mattheus reſtituere dotē ipſi catherine ⁊ illi Frāciſco recipiēti pro
dicta dña Euangeliſta aut cui de iure reſtitui ⁊ reddit debebit ⁊c.iſta
enim ſunt verba formalia illius inſtrumēti:ſed de iure debet reſtitui
ipſi dñe Euāgeliſte vel ſuis heredibus:q2 ceſſat cauſa alimētorum:vt
no.in iuribus ſuperius alle. ¶ Quare ex oībus predictis cōcludo qḋ
dicta dos nō debet remanere apud dictū Mattheū ſed redire ad he-
redes dicte dñe Euāgeliſte quatenꝰ hoc fecit ex neceſſitate tanqꝫ he-
res.vt.ſ.dixi.q2 tūc mere ſuccedit in loco alimētorū. Nico.Abbas.

¶ Conſilium.cxvj.

1 Pater ſi inſtituit filium in aliqua re minus quā legitima poteſt
filius petere ſupplementum.
2 Pactum de non ſuccedendo patri aut filio valet quando tantū quis
percipit quantum ſibi debetur occaſione ſucceſſionis.
3 Cōpromittere quis nō poteſt in partē aduerſam tāquam in arbitrū.

Omnipotētis dei poſtulato
ſuffragio.Illud de iure queritur.Utrū viſa remiſſione fa
cta per Antoniū columbini in nardū patrē ipſius Anto
niẏ in Nerotiū mariani nicaletis:ac laudo inde ſecuto per dictū Ne-
rotiū de cōſenſu dicti nardi alias nō cōtradicente dicto Antonio ac
donatione poſtea ſubſecuta per dictū Nardū perſonā dicti Antonẏ
filẏ ſui predicti valeat dictus Antonius preſertim poſt mortē dicti
Nardi patris ſui aliquid petere in bonis ſeu de bonis dicti patris
ſui occaſione ſue legitime.Et primo videtur qḋ poſſit petere legiti-
mā ſuā ſaltē poſt mortē dicti Nardi patris ſui quoniā filius non po-
teſt excludi ⁊ priuari hereditate paterna ſine cauſa legitima alias te-
ſtamentū patris eſſet nullū.vt aut.vt cū de appel.cog.§.aliud quoqꝫ
capitulū.⁊ legitur ⁊ nota.in.l.filio preterito.ff.de iniuſt.rup.⁊ irri.te-
1 ſta.† Et ſi pater inſtitueret dictū Antoniū in aliqua re minus valēte
quā legitima poterit petere ſupplementū.vt in.l.omnimodo.⁊.l.quo
niam nouella.⁊.l.ſcimus.C.de inoffi.teſt.debet tñ cōferri quod pater
ſibi donauit.licet dixerit in premiū emācipationis:q2 illa eſt pura do
natio nō autē facta ob cauſam legitimā q2 potius pater debet ꝑmia-
ri a filio qñ ipſum emancipat quā ecōtra vt probatur in.l.cū oportet.
§.cum autē.C.de bonis que lib.Et qḋ talis donatio facta a patre in
premiū emācipationis debeat cōferri alẏs filẏs.firmat Bart.in.d.l.
cū oportet.⁊.l.vt liberis.C.de colla.⁊ videtur quaſi probari ibi in fine
litere.Nō obſtat ſi dicatur qḋ dictꝰ Antonius videt̃ renūtiaſſe here-
ditati paterne in eo qḋ remiſit ſe iudicio patris ⁊ dicti Nerotẏ pro-
mittens ſe fore cōtētū illa parte que per illos ſibi deputabit̃ ⁊ nunqꝫ
amplius aliqd ſe in bonis dicti Nardi peritur ū:q2 pactū de nō ſucce
dendo patri nō valet.vt.l.pactū.C.de pac.⁊.l.pactū.C.de col.nec ob-
ſtat ſi dicatur qḋ hic interuenit iuramentū qḋ habet cōualidare tale
pactū vt hodie probatur in.c.quāuis pactū.de pac.lib.vj.notāt doc.
iuris ciuilis in.d.l.pactū.⁊ in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.⁊ in.l.ſtipu
latio hoc modo cōcepta.ff.de verb.obli.⁊.l.ſi.C.de pac.Quia ad hoc
poteſt reſpōderi dupliciter.Primo qḋ iuramētū nō extēditur ad ca-
ſum noſtrū:quoniā dictꝰ Antonius cōpromiſit in patrē ⁊ Nerotiū:
iurauit ſeruare quicquid ipſi circa hoc diſponerēt.Demū non ambo
ſed ſolus Nerotiꝰ laudauit:vt in certis bonis ſibi dādis a patre eſſet
cōtētus.⁊ ſic iuramentū cū ſit ſtricti iuris nō debet ad iſtū caſum ex-
tendi.vt in.c.penul.de iuretur.licet dictꝰ nerotius dixerit ſe hoc ſolū
feciſſe ex cōmiſſione dicti Nardi:q2 videtur ꝙ Nardus non potuerit
hoc remittere in perſonā illiꝰ tātū:q2 a perſona arbitratoris ſeu arbi
tri nō debet recedi cū videatur electa legalitas ⁊ fiducia perſone.vt in
l.ſi qs arbitratu.⁊ qḋ ibi no.ff.de ver.obli.⁊.l.ſi merces.ff.loca.cū ſimi
libus.Preterea ⁊ ſecūdo dictꝰ Nardus illa bona cōtulit dicto Anto
nio filio ſuo nō pro parte ipſum contingente nec vt ſatiſfacere laudo
prius lato:ſed pure ⁊ ſponte in premiū emācipationis.⁊ ſic donauit
ob alterā cām quā fuerit in laudo expreſſa vt patet in inſtrumēto in-
de cōfecto:ergo nec laudū nec iuramentū in cōpromiſſo appoſitū ha
bet dictū Antoniū excludere ſucceſſione paterna.⁊ ſaltē in dubio de
bet fieri interpretatio pro dicto Antonio quia odioſum eſt filiū exclu
di a ſucceſſione paterna:vt in.d.§.aliud quoqꝫ capitulū.⁊ in.l.maxi-
mum vitiū.C.de lib.prete.preſertim hodie cū ſublata ſit differētia ſe-
xus ⁊ patrie poteſtatis.⁊ in aut.defuncto.ad tertẏl.⁊ in corpore vnde
ſumitur.in aut.de here.que ab inteſt.defe.§.cōſequēs.⁊.§.⁊ hoc qui-
dē.Itē q2 verba ſunt interpretāda cōtra dictū nardū qui in dicta do-
natione potuit intentionē ſuā clarius exprimi.vt in.l.veteribus.ff.de
pac.⁊ in regula cōtra eū.de reg.iur.li.vj. ¶ Sed his nō obſtantibus
que vere caſu noſtro minime ꝑiudicare arbitror cōtrariā ſn̄iam puto
de iure veriorē.videlicet qḋ dictꝰ Antoniꝰ nil ampliꝰ poſſit propter
volūtatē paternā ſibi vēdicare in bonis dicti Nardi patris ſui occa-
ſione legitime ſue.Et ad hoc tenēdū moueor principaliter ex duplici
capite quorū quodlibet ſufficere videt̃ ad ipſiꝰ cōcluſionē de ꝑ ſe.Et
primo rōne nudi pacti.Nā pactū de nō ſuccedēdo patri aut filio va-
let qñ tātū qs percipit,qꝫtum ſibi debet̃ occaſione ſucceſſionis vt ſin-
gulariter probat̃ ſm vnū intellectū in.l.j.§.ſi parēs.ff.ſi qs a parent.
fue.ma.⁊ hoc firmauit Bar.in duplici loco.ſ.in.d.§.ſi parēs.⁊ clariꝰ
in.l.ſi.C.de pac.nec reperi illud dictū ab aliquo reprobari:imo qḋ va
leat:facit q2 ceſſat ratio quare pactū annullat̃.nā ratio videt̃ ne pro
modico qs renūtiaret ſucceſſioni paterne:vñ voluit lex obuiare dece
ptionibus vt no.Bar.in.d.l.ſi qs pro eo.ff.de fideiuſ.Que qdē ratio
ceſſat in caſu noſtro cū in facto mihi preſupponebat̃ ꝙ dictus Anto
nius tm̄ perceperit quātū ſibi tūc deberet̃ rōne ſue legitime ⁊ pōt di-
ci ꝙ habuerit plus rōne tēporis:q2 habuit illa bona in vita cū nō de
berētur ſibi niſi poſt mortē patris.vt in.l.j.§.ſi impuberi arrogato.ff.
de colla.bo.no.Bar.in eadē.l.§.nec caſtrēſe.⁊ in aut.ingreſſi.C.de ſa-
croſan.ec.Excludit̃ dictꝰ Antonius ex ſecūdo capite clariori.ſ.rōne
iuramēti adiecti.nā iurauit ſe fore cōtentū illa parte bonorū que ſibi
daretur ⁊ aſſignaret̃ per dictos Nardū ⁊ Nerotiū ⁊ ꝓmiſit ampliꝰ nō
petere in bonis dicti Nardi:iuramētū tñ indubie habet hoc pactum
validare.vt in.d.c.ẏ.de pac.lib.vj.⁊ tenēt legiſte in locis ſuperiꝰ alle-
gatis.Nec obſtat ſi dicatur ꝙ iuramētū ſe nō extēdat ad hunc caſum.
q2 dico ꝙ imo extēditur ſi bene verba dicte remiſſionis ⁊ donationis
inde ſecute ad laudū ponderent̃.Nā dictꝰ Antoniꝰ ſolēniter corā of-
ficialibus mercātie cōſtitutus in ꝑſentia patris ſui ⁊ de eiꝰ cōſenſu et
autoritate aſſeruit ſe nō velle amplius cōmorari cū Nardo eiꝰ patre
⁊ volēs ſe remittere in manibꝰ ipſiꝰ Nardi ⁊ Nerotẏ qui dēt ⁊ faciāt
ſibi illā partē de bonis dicti Nardi que placebit dictis Nardo ⁊ Ne-

votio omni modo iure ⁊ forma ⁊c.libere et pure ſimpl'r remiſit ſe in di
ctos Nardū patrē ſuū ⁊ Nerotiū dās et cōcedēs dicto Nardo ⁊ Nero
tio plenā licentiā et autoritatē cōcedēdi ⁊ dādi ipſi Antonio de bo-
nis dicti Nardi totū ⁊ quicqd videbat̄ ⁊ placebat ipſis Nardo ⁊ Ne-
rotio,⁊ promiſit ⁊ cōuenit dictꝰ Antonius dicto Nardo ſtipulāti ⁊c.
vlterius nō petere de bonis dicti Nardi patris ſui ſed remanere taci-
tū ⁊ cōtentū parte que ſibi fiet per dictos Nerotiū ⁊ Nardū ⁊ iurauit
corporaliter tactis ſcripturis cōtra p̄dicta nō venire ⁊c.vnde pōderā
do diligenter oīa verba ſuperius recitata que ſunt formaliter verba
inſtrumēti cōfecti ſuper dicta remiſſione nō habeāt dicti Nardus et
Nerotius aliqd iudicialiter ſeu in forma iudicij iudicare,ſed ſolū per
verba facti fuit hoc in eis remiſſum.facit qđ legitur ⁊ not.in.c.quin-
tauallis.⁊.c.veniēs.de iureiur.⁊ in.l.ſocietatē.§.arbitrorū.cū.l.ſeq.ff.
pro ſocio.vnde dictꝰ Nerotius fuit aſſumptꝰ tanꝙ bonus vir ⁊ ami-
cus.vt in.l.iij.de arbitris.Nardus vero erat pars vnde poterat ſe im-
pedire vigore remiſſionis ſibi facte.qꝛ pōt quis in partem aduerſam
tanꝙ in arbitratorē ⁊ bonū virū ſe remittere,vt in dictis.c.quintaual
lis.⁊.c.veniens.⁊.l.ſi libertus.ff.de operis liber.ſatis ergo eſt ad vali-
ditatē actus vt appareat qualitercunqꝫ de iſtorū volūtate ⁊ placētia
ſeu animorū iudicio cum vt dixi nō habeāt iſti iudicialiter iudicare
nec corā eis poterat eſſe iudiciū.vt not.Inno.in.d.c.quintauallis.ali
3 ter nō potuiſſet in dictū Nardū cōpromittere.†qꝛ tanqꝫ in arbitrum
nō poteſt quis cōpromittere in partē aduerſam,vt in.l.pe.ff.de arbi.
voluntas autē alicuius exprimitur nedū verbis ſed factis,imo facta
fuit forma ad declarandā tam volūtatē ꝙ verba que ſepe proferūtur
cōtra intentionē proferētis vt in.c.dilecti.de appel.⁊.c.eſtimant.xj.q.
iij.cū multis iuribus ibi allega.in gl.Nerotius autē ſatis declarauit
verbis intentionē ſuā laudādo expreſſe et exprimēdo bona que debe
rent aſſignari dicto Antonio pro ſua parte iuxta tenorē remiſſionis.
Nardus autē approbauit nedū illud laudū approbādo,ſed etiam fa-
ctis.qꝛ punctualiter aſſignauit dicto Antonio oīa laudata per dictū
Nerotiū.ergo ſatis apparuit de volūtate ⁊ placētia dictorū Nardi et
Nerotij in quos facta fuit remiſſio,vt dictus Antonius eſſet pro ſua
portione cōtētus dictis bonis.⁊ pro hoc optime facit quod in ſimili
no.Bar.in.l.cū pater.§.libertis.in fi.de leg.ij.⁊ Bart.in.l.filius.C.de
pe.here.⁊ Jo.an.in regula qui tacet.de reg.iur.li.vj.in merc.Nec ob-
ſtat ſi dicat̄ ꝙ pater donauit in premiū emācipationis,nō autē vigo
re remiſſionis in eū facte ſue laudi precedētis vt patet ex verbis do-
nationis,qꝛ dico ꝙ illa verba fuerūt appoſita per ignorantiā ex com
muni ſtylo eorū qui emācipāt hodie filios credētes ꝙ ita ſit dicendū
⁊ faciēdū.vt ſentit Bar.in.d.l.cū oportet.⁊.l.vt liberis.p̄ealle.Prin
cipalis autē cauſa fuit vt illa bona aſſignarētur dicto Antonio pro
ſua parte titulo tñ donationis vigore illius remiſſionis ⁊ laudi inde
ſecuti,qđ probo multiplici cōſideratione.Primo quia cū filius eſſet
in diſcordia cū patre,nec vellet amplius cū illo cōmorari vt ipſemet
filius confeſſus eſt in preſentia officialiū ⁊ inde fuit ſubſecuta illa re-
miſſio ſeu cōpromiſſum ⁊ expreſſe actū,vt per iſtos ſibi aſſignaretur
certū qđ de bonis dicti Nardi pro ſua parte nō eſt veroſimile ꝙ pa-
ter voluerit ſimpliciter poſtea emancipare ⁊ illa bona ſimpliciter ſibi
donare cū non ſit veroſimile ꝙ ilico mutauerit intentionē ſuā,preſer-
tim qꝛ corā dicto Nerotio quilibet eorū ſcilicet pater ⁊ filius ſuā par-
tem ⁊ iura ſua allegabat ⁊ proponebat.ad hoc.l.nō ad ea.ff.de cōdi.⁊
demō.preſumit̄ eñ qs perdurare in ſua priori volūtate.vt in.c.maio
res.prope fin.de bapti.⁊ in.l.eū qui.ff.de probatio.Itē facta ⁊ verba
dubia recipiūt interpretationē ſm precedentia.vt in.l.ſi ſeruus plu-
riū.in fi.ff.de leg.j.Preterea hoc colligitur ex alio,qꝛ pater pūctuali-
ter aſſignauit filio bona que vigore remiſſionis fuerūt expreſſa in lau
do per dictū Nerotiū.ergo voluit approbare ⁊ exequi cōtēta in dicto
laudo.nō autē de nouo donationē incogitatā facere.ar.in.l.plane.ff.
de leg.j.Nec obſt.ꝙ vſus fuit verbo donationis.qꝛ hoc nō cōtradicit
ſed cōfirmauit predicta.nā dictus Nerotius in ſuo laudo dixit prope
finē ꝙ illa diuiſio ſeu donatio fieret cū rationibꝰ ⁊ cauſis,ita ꝙ de iu
re valeret ⁊c.vnde pōderādū eſt illud verbū ſeu donatio.voluit enim
ꝙ fieret per viā diuiſionis aut donationis ita ꝙ valeret.vnde pater
volēs hoc probare ⁊ exequi ſciens ꝙ donatio facta filio in poteſtate,
regulariter nō valet.vt in.l.antepe.C.de dona.inter vir.⁊ vxo.⁊ a pa-
rent.in li.fa.elegit viā validiorē.nā primo emancipauit poſtea dona-
uit.dixit autē in premiū emācipationis per ignorātiā cū ex emācipa
tione potius fuiſſet ipſe premiādus a filio.vt.ſ.dixi.Attēdi autē de-
bet modus vulgariū loquētiū.⁊ ita nuditer ſicut ſunt in vſu debēt in-
telligi.nō autē debēt capi proprie:vt legit.⁊ no.in.l.ſtipulatio iſta.§.
hic quoqꝫ.⁊.§.plane.ff.de ver.obli.qđ autē iſte Nardus pater volue-
rit principaliter donare aſſignādo ſibi partē iuxta formā laudi prin-
cipaliter in premiū emācipationis apertiſſime vltra p̄dicta probant
quedam verba appoſita in dicta donatione vbi inter cetera ſic dicit.
Itē donauit in alia manu cētum vigintiquinqꝫ florenos auri in illis
terminis modis ⁊ forma qui ⁊ que locis declarātur ⁊ ſpecificātur per
quoddā laudū latū per Nerotiū mariani in curia officialiū mercātie
⁊c.vnde diligēter pōderāda ſunt illa verba in illis terminis modis ⁊
forma ⁊c.per que colligit̄ expreſſe ꝙ nō intēdebat dictꝰ Nardus pu-
re donare,ſed ſub illis modis ⁊ forma que continent̄ in laudo.Mo-
dus autē ⁊ forma in laudo cōtēta erant vt iſte Antonius haberet illa
bona pro ſua portione ⁊ vlteriꝰ aliquid petere in bonis dictis Nardi
nō poſſet:vnde cū illā donationē fecerit ſe referēdo ad dictū laudū ⁊
ſub cōmemoratione ipſiꝰ apparet apertiſſime qđ ab illo recedere nō
intēdebat:ſed potius illud exequi ⁊ obſeruare.ar.in.c.cū venerabilis.
de excep.⁊ in.d.l.nō ad ea.cū ibi no.motiuū claudit iudicio meo ma-
teriā aliter dictā donatione interpretandi:nec debemus curare quod
fuerit vſus illis verbis donauit in premiū emācipationis:qa cōtra-
ctus ⁊ diſpoſitio iudicatur magis ſecūdū ſuā naturā ⁊ materiā ſubie
ctā quā ſm verba expreſſa in ea.vt eſt tex.no.⁊ ibi per gl.⁊ Bar.in.l.ſi
vno.ff.locati.⁊ per glo.notabilē in.l.j.ff.de ſuperficie.⁊ per Bart.in.l.
cotē.§.qui maximos.ff.de publi.Et ſemper ad intellectū ſtipulatio-
nis debemus prius cōſiderare quid actū fuit vt in.l.ſemper in ſtipu-
lationibus.ff.de reg.iur.⁊ ſi nō apparet cōſiderandū eſt id quod ve-
roſimilius eſt,vt in.c.inſpicimus in obſcuris.de reg.iur.lib.vj.⁊ in.l.
in obſcuris.ff.eo.¶ In caſu autē noſtro prius actū fuit:vt iſti Anto
nio daretur pars ſua ⁊ alterius aliud petere nō poſſet:vt patet ex pre
dictis.Itē veroſimilius eſt propter diſcordiā inter patrem ⁊ filiū pre
ſertim cū eſſet genitus ex vxore premortua quod voluerit donare ob
cauſam predictā quam pure et ſimpliciter.Euadet preterea hanc in-
terpretationē diſpoſitio laudi per dictū Nerotiū qui mandauit illa
bona poſtea donata debere donari occaſione partis ſue:ergo cauſa
adimplendi illud laudū videtur facta donatio ſubſequēs per tex.no-
tabilem.⁊ qđ ibi no.Bart.in.l.fi.C.de ali.pup.preſtan.⁊ per eundē in
l.cū ſeruus.ff.de ver.obli.⁊ illa bona donādo videtur pariter donaſſe
⁊ diſpoſitionem laudi approbaſſe.l.iij.§.filius.ff.⁊.C.eod.ad maced.
¶ Quare ex omnibus predictis cōcludo dictū Antoniū non poſſe
amplius quicquam petere in bonis paternis dicti Nardi patris ſui
occaſione legitime ſibi debite iure nature:ſed debere eſſe contētū bo-
nis alias ſibi donatis per patrem.¶ Et ad contraria ſupra formata
ſatis patet reſponſio per predicta. Nicolaus Abbas.

¶ Conſilium.cxvij.

1 ☞ Mulier de iure communi permittitur libere diſponere de bonis
ſuis vltra legitimam debitam filijs.
2 Mulier habēs filios ex primo matrimonio ſi tranſit ad ſecūda vota
nō pōt in teſtamento aut inter viuos vel ex ſpōſalitia largitate plus
conferre ⁊ donare ſecundo viro ꝙ donet alicui filiorum ſuorum.3.

IN ſancte trinitatis nomine
Amen.Videt̄ primo ꝙ maritus nihil debeat lucrari ex do
tibus vxoris p̄mortue.Illud aūt in primis certū eſt quod
de iure cōmuni nihil lucrat̄:ſed dos debet integre redire ad heredes
mulieris vt in.l.vnica.C.de rei vx.ac.⁊ in.l.aſſiduis.C.qui pot.in pig.
hab.⁊ in.c.j.⁊.ij.⁊ in.c.nuper.de do.poſt diuor.reſtit.nec etiam de iure
municipali:qm̄ ſtatutum Senenſe nō ſolū in caſu noſtro in quo ſup-
ſunt ipſi mulieri defuncte filij non indulget marito aliquam partē do
tium:imo expreſſe diſpoſuit in additiōe corrigendo ſtatutū antiquū
vt nihil lucretur:vt ptꝫ ex ſtatuto poſito ſub rubrica que pars cedit lu
cro viri ſoluto matrimonio per mortem vxoris.nā verba additionis
facte ad illud ſtatutū ſunt hec,videlicet quod ſi mulier ſecūdo nubit
viro ⁊ filiū vnum vel plures habuerit ꝙ dictus talis vir nihil lucret̄
ex dotibus ſed filij ipſius mulieris ex vtroqꝫ viro ex ipſa muliere nati
ſuccedāt in capita.ita pūctualiter contingit in caſu noſtro.deceſſit eñ
illa domina relictis filijs ex vtroqꝫ mr̄imonio:ergo maritus nihil de
bet ex ſuis dotibus lucrari vigore ſtatuti.Et per cōſequēs dicendum
videtur ꝙ nec vigore pacti initi inter dictos cōiuges tēpore cōtracti-
matrimonij:licet eñ fuerit inter eos expreſſe actum vt ſuperuiuēs ex
eis debeat certū qđ lucrari ex dotibꝰ vel donatiōe pp̄ nuptias nomi-
ne antifacti:tñ tale pactū videtur non valuiſſe tanꝙ habitum ꝯtra p
hibitū ex ſtatuto ad hoc ꝙ not.glo.in.l.j.C.ne fideiuſ.do.dentur.⁊ gl.
ſuper rub.de decurio.lib.x.⁊ ſic videt̄ qđ nullo iure debet iſte maritus
aliquid lucrari ex dotibus vxoris defuncte.Preterea ⁊ ſecūdo videt̄
ꝙ preſuppoſito ꝙ vir aliqd lucrari debeat vigore pacti tñ hoc lucrū
nō debet detrahi de quarta pte de reliqs tribus partibꝰ q̄ vigore ſta-
tuti applicant̄ filijs qm̄ ſtatutū tribuit mulieri ptātē p ſuo arbitrio ď
quarta bonoꝝ ſuorū diſponēdi nō obſtāte diſpoſitione quam primo
fecerat.Statutū eñ iſtud cū ſit cōtra ius cōmune reſtringens poteſta
tē mulieris debeat large intelligi quatenus tractatur de fauore mulie
ris ⁊ ſtricte quatenus ipſius facultas reſtringitur qꝛ omnis receſſus a
iure communi eſt odioſus:ideo reſtringēdus.vt.c.is qui.de fi.preſby.
li.vj.⁊ in.c.ꝙ dilecto.de ꝯſangui.⁊ affini.⁊ in.c.cū dilectus.de cōſue.
1 ⁊.l.ij.C.de noxa.†Mulieri eñ de iure cōi permittitur libere diſpone-
re de bonis ſuis vltra legitimā debitā filijs.que in caſu noſtro eſſet ter
tia pars oīm bonoꝝ cū nō habuerit vltra quatuor filios.vt in aut̄.no
uiſſima.C.de inoffi.teſt.⁊ in aut̄.vt cū de app.cog.§.aliud quoqꝫ capi
tulū.ergo dictū ſtatutū debet ſtricte ītelligi quatenus aufert mulieri
poteſtatē diſponēdi de tribꝰ partibus ⁊ ſolū reſeruat reſpectu quarte
poteſtatem:debet ergo intelligi vt deductis omnibus oneribꝰ poſſit
mulier diſponere de quarta parte vt ſic minꝰ ꝙ fieri poſſit preiudicet
iuri

Iuri communi,vt in iuribus preallegatis.⁊ preſertim iſte intellect⁹ eſt amplectendus:q̄ꝛ verba ſtatuti pertinētis mulieri diſpoſitionē quarte partis generaliter ⁊ ſine omni diſtinctione ſunt poſita.ergo generaliter ⁊ indiſtincte debēt intelligi:vt in.c.ſi rom.in.vj.xix.di.⁊ in.c.ſolite.de maior.⁊ obe.⁊ l.c.qd ſi dormierit.ꝑ.g.j.⁊.l.de ptio.ff.de pub. Faciūt etiā illa verba ſtatuti in fine poſita ibi.Nō obſtante diſpoſitione quā primo fecerat.⁊c.que innuūt ꝙ licet aliquid per prius diſpoſuerit mulier:tamen hoc nō obſtante habet facultatem diſponendi ꝓ ſuo arbitrio de quarta parte omniū bonoꝝ ſuoꝝ.¶ Sed ꝙ̄ ꝙ predicta ſuperficialiter vigere videantur contrariā tamē ſententiam arbitroꝛ de iure veriorem.videlicet ꝙ dictus vir debeat lucrari id qd fuit inter eos conuentū nomine antifacti.⁊ tale lucrum de quarta de qua mulier poteſt diſponere non aūt de reliq̄s tribus partibus que relinquuntur filiis.Quod autē marit⁹ iſte debeat lucrari id quod fuit inter eos conuentū probo per tex.in.l.hac edictali.C.de ſecun.nupt.vbi
a probatur † ꝙ ſi mulier habēs filios ex primo matrimonio trāſit ad ſecūda vota nō pōt in teſtamēto aut inter viuos vel ex ſpōſalitia largitate plus cōferre ⁊ donare ſecundo viro ꝙ donet alicui filioꝝ ſuoꝝ: ergo nō extendēdo illā menſurā pōt apponere pactū vt vir lucref certā portionē vel certū quid pro centenario de dotibus ſuis:vt ibi clarius ſentiunt docto.ꝓ hoc facit q̄ ante.l.C.poterat mulier quicquid volebat cōferre ſecūdo marito dūmodo filios nō ꝑuaret ſua legitima vt in.d.§.aliud quoq̄ capitulum.⁊ in aut.nouiſſima.ſed facultas reſpectu ſcdi mariti fuit reſtricta ꝑ.l.C.vt in.d.l.hac edictali.legif ⁊ notaf.citra ergo ꝓhibitionē poteſt mulier diſponere in maritum vt libet:cū rei ſue quilibet ſit legitimus moderatoꝛ ⁊ arbiter.vt in.l.in re mādata legitimā.⁊.c.de his.de ſepul.Sꝫ in caſu noſtro lucrū cedēs marito nō excedit portionē relictam cuilibet ex filiis,ergo de iure cōmuni valuit tale pactū.Nec ob.ſi dicatur quod filiis debentur tres partes ex diſpoſitione ſtatuti ⁊ contra voluntatē mulieris.De quarta vero pte de qua mulier pōt diſponere nihil fuit collatū alicui filioꝝ.ergo nihil potuit trāſferre in maritū per.d.l.hac edictali.Or ad hoc reſpōdeo dupliciter.Primo,imo dicta dña inſtituit omnes filios equaliter detracta illa quarta pte,nec mulier ꝓhibetur a ſtatuto diſponere de tribus partibus,ſed nō poteſt diſponere de illis ita vt filii priuentur,⁊ ſic loquitur ſtatutū.Sꝫ ſi vult diſponere in filios nō ꝓhibetur: imo cōceditur a cōtrario ſenſu ſtatuti qui cōtrarius ſenſus eſt amplectendus,cum cōſonet diſpoſitioni iuris cōmunis.iuxta no.per Bar. in.l.omnes ppl'i.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊ Bal.in.l.quēticulā.C.de epi.⁊ cler. facit.c.cū apoſtolica.de his que fiunt a pre.⁊ qd not.Jo.and.in.c.publicato.de elec.Scdo pōt rñderi ꝙ predicta obiectio procedit habito reſpectu ad ius cōe.iuxta qd mulier poteſt:vt.ſ.dixi libere diſponere debonis ſuis dempta legitima que erat modica debita filiis.vnde videbatur inhoneſtū ꝙ mulier preferret in bonis ſuis ſecundum maritum alicui filioꝝ.Sed in caſu noſtro ceſſat ratio.q̄ꝛ vigore ſtatuti filii habēt oīa bona velit nolit excepta quarta parte de qua pōt ſm eiuſdē ſtatuti tenorē mulier ꝓ ſuo arbitrio diſponere.vnde nō poteſt cōtingere ne ſaltē in caſu noſtro accidit ꝙ maritus habeat pluſꝙ aliquis filioꝝ.Nec ſupradictis obſtat predictū ſtatutū allegatū in cōtrarium. q̄ꝛ cauef vt vir nihil lucref ſupſtitibus filiis ꝙ dico virū excludi ex diſpoſitiōe ſtatutaria:q̄ꝛ ſtatutū noluit hoc caſu in additione tollere lucrū qd detulerat marito.Vñ fateoꝛ q̄ꝛ de iure ſtatutario nihil lucraf. Sed in caſu noſtro vir petit vigore cōis pacti inter eos haberi tempore ꝯtractus matrimonii hoc aūt nō ꝓhibet ſtatutū:imo potius permittit ſi bene ponderef in fine dum ſic dicit videlicet ſaluo qd in premiſſo caſu vbi ſcdo nupſerit poſſit mulier diſponere ſm iura ⁊ ſtatuta cōmunis Senar.⁊c.Quaſi dicat ꝙ ex diſpoſitiōe mulieris poterit maritus lucrari dūmodo mulier diſponat ſm iura ⁊ ſtatuta Senarū puta ꝙ nō det ſecundo marito vltra ꝙ̄ habeat aliquis filioꝝ.Itē ꝙ non diſponat vltra quartā ptē bonoꝝ ſuoꝝ.nā poteſtas mulieris ſic limitatur ſm iura ſtatuta.Senaruꝫ.Et hoc reſpondetur ad id ꝙ ſupra opponif.ſ.ꝙ nō pōt fieri ꝑ pactū.ex quo ꝓhibef ꝑ ſtatutū.imo ꝑmittif attēta diſpoſitione mulieris que accidit in caſu noſtro.Preterea ſtatutū ꝓhibet maritū lucrari.ſed non aſſiſtit dādo lucrum ſuperſtitibus filiis marito etiā ſi in fine non permitteret valet pactum.Nā magna differentia eſt inter ꝓhibere ⁊ non aſſiſtere.iuxta notata in ſimili per Bart.in.l.ſed ⁊ ſi.§.ſcire.ff.de peti.heredi.¶ Ex quibus omnibus clare patet maritū debere lucrari antifactum vigore pacti initi in cōtractu matrimonii,dūmodo vt predixi lucrū nō excedat id qd contingit alicui filioꝝ dicte mulieris ꝑmortue.¶ Qd aūt debeat deduci iſtud lucrū ex quarta pte de qua pōt diſponere mulier ⁊ non de tribus ptib⁹ q̄ debent filiis relinqui,ꝓbaf aperte ex diſpoſitione ſtatuti cōtenti ſub rubrica ꝙ mulieres hñtes filios nō relinquāt vltra quartā partē In qua cauef in effectu habito reſpectu ad ipſum ſtatutuꝫ ⁊ ei⁹ additionē:ꝙ mulier habēs filios vel filias,vnū vel plures nō poſſit relinquere vel donare vel vendere vel alienare:ita ꝙ filii eius q remanſerint poſtea poſſint ꝑuare bonis ſuis,niſi cauſa neceſſitatis ſeu victus ſaluo ꝙ quartā partē bonoꝛuꝫ poſſit pro ſuo arbitrio diſpenſare ⁊c.Que verba ſi bene pōderentur cōcernūt nedū diſpoſitionē in vltima volūtate:ſꝫ ēt inter viuos.⁊ ſic ſtat regula ex illo ſtatuto,ꝙ mulier habēs filios nō poſſit nec inter viuos nec in vltīa volūtate diſponere de bonis ſuis illa alienādo vltra quartā partē.Sꝫ nulli in dubiū venire pōt quin iſtud lucrū contingēs marito ex cōi pacto inter eos habito ꝑueniat ex diſpoſitiōe mulieris:q̄ꝛ ſi mulier non fuiſſet ſic pacta vir nihil fuiſſet lucrat⁹,vt apte hoc legif ⁊ notaf in.d.l.hac editali.ergo dꝫ cōputari in quartā ſuā.Nā ſi diceremus oppoſitum ſequeretur ꝙ mulier poſſet indirecte diſponere de medietate bonoꝝ ſuoꝝ puta q̄ꝛ poſſet apponere pactū dū cōtrahit ſecūdas nuptias vt vir ſuperueniens lucref quartā partē bonoꝝ ſuoꝝ:⁊ demū in morte vel in vita tractu tpis poſſet diſponere de alia quarta parte quod ſonat in abſurdū ⁊ foret expreſſum ꝯ mentē ⁊ ꝟba dicti ſtatuti in quo diſponif ꝙ nō poſſit diſponere niſi cā ſui victus,ita ꝙ filii priuenf trib⁹ ꝑtib⁹ bonoꝝ.Nec eadē rōne debet illud lucrū antifacti deduci de integra dote,q̄ꝛ ſm hoc partes integre non remanerēt apud filios ⁊ mulier reperiref diſpoſuiſſe vltra quartā partē toti⁹.Nō obſtat finis illi⁹ ſtatuti dū dicit.Nō obſtāte diſpoſitione quā primo fecerit ⁊c.q̄ꝛ non debet intelligi vt mulier poſſit pluries diſponendo relinquere vltra quartam.q̄ꝛ aperte eſſet ꝯ mentem illius ſtatuti.⁊ facti in arg.l.ſancimus.C.de dona.al's de facili filii poſſent priuari bonis maternis.⁊ illud ſtatutū poſſet deludi.ꝙ nō eſt dicēdū ſꝫ pōt intelligi de diſpōne ſi quā prius feciſſet quo ad vſumfructū bonoꝝ.Vel ſcdo pōt intelligi ⁊ meli⁹ ꝙ ſi mēs illi⁹ finis ſit vltra tres partes ꝑueniāt ad filios nō obſtāte diſpoſitiōe quā mulier prio feciſſet de illis bōis.Hinc eſt ꝙ in additione ad illud ſtatutū appoſita ſunt hec verba vꝫ.Reliq̄ tres ptes ꝓ rata inter filios diuidanf.Nā diſpoſitio mulieris vltra quartā partē nullius eſt momenti:vt colligif ex mēte ſtatuti.⁊ facit ꝙ in ſimili legif ⁊ no.in.d.l.hac edictali.Et plus iudicio meo poſſet attētari ꝙ nedū debet hoc lucrū ꝑueniēs ex pacto viri cū muliere deduci ex quarta parte de qua diſponere pōt:imo idē puto ſi illud lucrū cōtingeret marito.lꝫ ex diſpoſitione ſtatuti,quia ex facto ſuo medietas contingit marito ꝯhendo matrimoniū ⁊ dando illi tātā dotem,q̄ꝛ ille qui nō pōt alienare ꝑ pactū debet curare ne ex facto ſuo oriaf alienatio a lege vt in.l.codicillis.§.antepe.ff.de leg.ii.Et hec voluiſſe videnf in ſimili qōne Jac.bu.Bar.Frā.de alber.⁊ Bal.in.d.l.hac edi-
3 ctali.⁊ ang.ſup aut.de nup.in.§.q̄ꝛ ꝟo.vbi dicūt † ꝙ ſcōs maritus nō pōt amplius lucrari ꝙ̄ vnus ex filiis nō ſolū ſi lucrū perueniat ex pacto mulieris:ſꝫ etiā ex diſpōne ſtatuti:q̄ꝛ ipſa mulier videf reliquere dando cauſam huic lucro.ſ.cōtrahēdo ſecūdas nuptias. ¶ Ex his patet rñſio ad oīa ſuperius allegata in contrariū.Vñ iterū concludo vtrū deberet lucrari antifactū ex pacto inito cū muliere nō obſtāte ſupeſſentia filioꝝ dūmodo non habeat plus ꝙ̄ aliquis filioꝝ.Et tale lucrū debet deduci ex illa quarta de qua mulier diſponere poterat:vt ſic tres partes relinquanf ītegraliter filiis.Et hec ſufficiāt.Nic.Ab.

¶ Conſilium.cxviii.

1 ☞ Poſitiones quare admiſſe ſint.
2 Poſitio impertinens dicitur que non facit ad fundandā vel iuuādā intentionem imponentis.
3 Sententia dicitur certa ſi poteſt certificari in aliqua parte actorum.
4 Confeſſio ad ſui validitatem non requirit telam iudicii.
5 Libellus gñalis licet poſſit reſpui tñ ſi ad illum reſpondef tenet rñſio ⁊ iudicium ſuper illo fundatum.

IN Chriſti nomine Amen.

